Registres du Conseil de Genève

Publiés par la Société d'histoire et
d'archéologie de Genève
Genève, 1900-1940

T. 2: Du 10 février 1461 au 9 février 1477

Numérisé par les
Archives d'Etat de Genève
en 2015

Registres

du

Conseil de Ge

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOL

DE GENÈVE

TOME II

Du 10 février 1461 au 9 février 1477 (Volumes 5 à 7)



GENÈVE
LIBRAIRIE KÜNDIG
1906

Registres

du

Conseil de Genève

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE

DE GENÈVE

TOME II

Du 10 février 1461 au 9 février 1477 (Volumes 5 à 7)



GENÈVE
LIBRAIRIE KÜNDIG
1906

REGISTRES

DU

CONSEIL

DE

GENÈVE

II

1461-1477

GENÈVE

1906

REGISTRES

DU

CONSEIL DE GENÈVE

TOME SECOND

Publié par les soins

de

Louis Dufour-Vernes, Archiviste d'Etat

et

Victor van Berchem

Registres

du

Conseil de Genève

PUBLIÉS PAR LA

SOCIÉTÉ D'HISTOIRE & D'ARCHÉOLOGIE

DE GENÈVE

TOME II

Du 10 février 1461 au 9 février 1477 (Volumes 5 à 7)



GENÈVE
LIBRAIRIE KÜNDIG
1906

GENÈVE
IMPRIMERIE W. KÜNDIG & FILS

PRÉFACE

Le tome deuxième des *Registres du Conseil de Genève*, que nous publions aujourd'hui, embrasse une période beaucoup moins longue que le tome premier [1]. Il contient les procès-verbaux des séances des divers Conseils de la ville pendant les années 1461 et 1462, 1473 à 1476. Ces procès-verbaux forment les volumes 5 à 7 de la série des « Registres du Conseil », conservée aux Archives de Genève. On trouvera, à la suite de la Préface, la description sommaire de ces manuscrits.

Le cinquième volume renferme les registres des années 1461 et 1462; la rédaction en est due au secrétaire Nicod Breyset, notaire, qui avait été reçu bourgeois de Genève le 17 décembre 1456 [2]. Breyset succédait au notaire Pierre Braset, dont le Conseil eut quelque peine à obtenir la

[1] Publié par Emile Rivoire, Genève, 1900, in-8°. (Du 26 février 1409 au 6 février 1461.) — Rappelons ici, avec reconnaissance, que pour permettre à la Société d'histoire de continuer la publication des *Registres*, M. Rivoire lui a généreusement abandonné le produit de ce volume, dont il avait pris à sa charge tous les frais.

[2] A. Covelle, *Le Livre des bourgeois de l'ancienne république de Genève*, Genève, 1897, p. 40.

restitution des registres de 1459 et 1460; il conserva sa charge jusqu'à sa mort, survenue en 1463, et fut remplacé, pendant la fin de cette année, par le notaire Pierre Prevost [1].

Le sixième volume est formé des registres de 1473 et 1474. Il est de la main du notaire Guillaume de Carro, qui ne remplit les fonctions de secrétaire que pendant ces deux années. Fils du notaire Berthet de Carro, qui fut longtemps receveur général de la ville, puis très souvent syndic, Guillaume de Carro devint à son tour syndic à trois reprises (1482, 1485 et 1490); il occupait encore sa place dans le Conseil pendant les dernières années du XV[e] siècle [2].

Le septième volume est l'œuvre du secrétaire Claude Cavussin, notaire lui aussi, et contient les procès-verbaux des années 1475 et 1476. Cavussin ne conserva pas sa charge plus longtemps; réintégré en 1487 dans la bourgeoisie de la ville (nous ignorons à quel propos il l'avait perdue), il se fit délivrer par le Conseil un certificat constatant que, pendant nombre d'années, il avait rempli jadis les fonctions de conseiller, de secrétaire et de syndic [3].

[1] Archives de Genève, *Comptes de la communauté,* n° 6, fol. 392 v°. — Prevost avait déjà fonctionné comme secrétaire en 1458, et comme syndic en 1459.

[2] J.-A. Galiffe, *Notices généalogiques sur les familles genevoises*, t. II, 2[e] éd., Genève, 1892, p. 134; Galiffe fait à tort de François de Carro, cousin germain de Guillaume, le secrétaire des années 1473-1474. — Voir aussi Covelle, ouvr. cité, p. 15.

[3] Covelle, ouvr. cité, p. 102. — Dans le volume déjà cité des Comptes de la communauté, Michel Monthion est indiqué comme secrétaire pour l'année 1464, et C. Cavussin comme vice-secrétaire; c'est Cavussin qui paraît avoir fonctionné en réalité. Il fut syndic pendant la seconde partie de 1470, puis en 1473.

Nous nous sommes conformés, pour la publication de ces textes, aux règles adoptées par l'éditeur du tome premier; il suffira donc de renvoyer le lecteur à la Préface de ce volume, où ces règles sont exposées. Nous n'avons guère innové qu'en un point, l'introduction de quelques notes au bas des pages. Elles ont pour but d'indiquer la cote de certaines pièces mentionnées par le registre et conservées aujourd'hui encore aux Archives de Genève, ou de relever l'intérêt historique de tel article du registre. On ne s'étonnera pas que l'annotation ait pris une importance plus grande dans la dernière partie du volume, à l'occasion des événements des guerres de Bourgogne. L'intérêt de ces événements pour l'histoire de Genève a justifié aussi à nos yeux la publication, en appendice, d'une lettre inédite de Charles-le-Téméraire aux Genevois. Enfin nous avons inséré, à la suite des registres, une Liste des syndics, des secrétaires et des trésoriers de la ville pour les seize années de la période qu'embrasse le présent volume. Cette liste a été dressée à l'aide de l'ancien « Livre des bourgeois [1] » et de la collection des « Lettres de bourgeoisie », conservée aux Archives.

L'index a été établi sur le même plan que celui du tome premier; il est donc rédigé en latin. Nous avons cherché à en faciliter la consultation en multipliant les références d'un article à un autre, et en créant des subdivisions assez nombreuses dans les articles consacrés à des noms de choses.

La transcription des volumes 5 et 6 des Registres est due à L. Du-

[1] Archives de Genève, *Manuscrits historiques*, n° 122; voir Covelle, ouvr. cité, *Avant-Propos*, p. v. En tête des listes annuelles de nouveaux bourgeois, on trouve généralement les noms des syndics, du secrétaire et du trésorier qui ont procédé à l'admission. — Comp. A.-C. Grivel, *Liste chronologique des syndics et des secrétaires d'Etat de Genève jusqu'à l'an 1792*, dans le *Bulletin de l'Institut national genevois,* t. IX, p. 1-89 (1859).

four-Vernes, celle du volume 7 à V. van Berchem. MM. Emile Rivoire et Léopold Micheli ont bien voulu prêter leur concours aux éditeurs pour collationner les épreuves avec le texte original. Avec son dévouement accoutumé, M. Rivoire s'est aussi astreint à relire les épreuves de tout le volume. Enfin nous avons fait appel, en mainte occasion, à l'expérience de plusieurs de nos collègues de la Société d'histoire, en particulier de MM. Ernest Muret, Théophile Dufour et Frédéric Gardy. Nous sommes heureux de témoigner ici à tous ces collaborateurs notre vive gratitude.

La seconde moitié du XV^e^ siècle a un intérêt spécial pour l'histoire de Genève. Elle relie le moyen âge aux temps modernes et sert d'introduction au siècle, important entre tous, qui vit s'établir à Genève l'indépendance politique et la Réforme religieuse. A ce titre, cette époque mérite d'être étudiée de plus près qu'elle ne l'a été jusqu'ici. Ce n'est pas seulement l'histoire intérieure de la ville dont on pourra suivre le développement à travers les procès-verbaux réunis dans ce volume; deux événements, d'un caractère plus général, y occupent une grande place, et les registres montrent la ville de Genève s'initiant, dans ces deux occasions, à ce rôle international que lui assignait déjà sa situation géographique, et auquel la Réforme devait donner une valeur plus haute. C'est d'abord, en 1462, la révolte de Philippe de Savoie contre le gouvernement de son père, le duc Louis I^er^, révolte qui était aussi dirigée contre l'influence prépondérante que le roi de France Louis XI exerçait sur les affaires de la Savoie. En second lieu, ce sont les guerres de Bourgogne, dans lesquelles Genève se trouva engagée malgré elle. Ces guerres entraînèrent la ruine partielle de la ville; mais, du même coup, en étendant la sphère politique des Confédérés, elles devinrent le point de départ des relations de plus en plus étroites que Genève noua avec la Suisse.

Puisse le tome deuxième des *Registres du Conseil* projeter une lumière nouvelle sur ce chapitre de notre histoire et contribuer ainsi à faire revivre un passé cher à tous les cœurs genevois!

Genève, mai 1906.

MANUSCRITS

Registres du Conseil. VOLUME 5. — Il est formé de seize petits cahiers, dont les feuillets mesurent de 290 à 295 millimètres de hauteur sur 100 à 103 millimètres de largeur. En tête, un feuillet blanc; les autres feuillets sont numérotés de 1 à 197; le feuillet 87 est resté blanc. Quatre petites feuilles intercalées portent les numéros 45*bis*, 80*bis* (2 listes de noms) et 149*bis*.

VOLUME 6. — Il comprend: 1° le registre de 1473, transcrit sur quatre cahiers, dont les 94 feuillets mesurent 285 millimètres sur 135 à 140. Le premier feuillet, qui n'est pas numéroté, et les feuillets 82 à 93 sont restés blancs; — 2° le registre de 1474, qui est transcrit sur deux cahiers et occupe les feuillets 94 à 178 et 154*bis*. Ces feuillets, hauts de 300 millimètres et larges de 200 à 210, sont suivis de 13 feuillets blancs, non numérotés, qui ont été utilisés en partie pour un répertoire moderne.

VOLUME 7. — Il comprend: 1° le registre de 1475, transcrit sur quatre cahiers, dont les feuillets mesurent 280 millimètres sur environ 195 et sont numérotés de 1 à 94 (les feuillets 2 et 3, 91 et 92 sont restés blancs); — 2° le registre de 1476, transcrit sur deux cahiers qui comprennent 65 feuillets, d'environ 292 millimètres sur 210, numérotés de 95 à 159.

Chacun de ces volumes a une reliure moderne en parchemin plein; il a été numéroté et pourvu d'un répertoire alphabétique très sommaire, de 1856 à 1859, par les soins de A.-C. Grivel, alors archiviste d'Etat.

VOL. V.

JHESUS

(1) Christi nomine invocato, in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen.

Anno Domini millesimo quatercentesimo sexagesimo primo et die decima mensis februarii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de negociis ipsius civitatis inferius mencionatis, per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. Songey, consindicos; — Girardum de Nex, Ja. de Sancto Michaele, H. de Bona, Jo. de Rotulo, Jo. de Orseriis, Clemente Poutex, Leod. Chivallerii, P. Ciclat, G. de Vaudo, A. de Peymes, M. Bocheti, H. de Ysapania; Peronetus Emonini, notarius.

In quoquidem consilio nobilis Christophorus Bonifacii dixit et proposuit quod nobilis G. Denex, tanquam consindicus civitatis Gebenn., ad instanciam cujusdam Johannis Suchilliz, in domo episcopali hujus civitatis Gebenn. quandam talem qualem fecit protestacionem contra eum et, quod ipse non credit, quod ipse talem protestacionem fecerit de consensu sindicorum et consiliariorum dicte civitatis; ideo requisiit super hiis per supranominatos sibi responderi an vel ne processerit de mente et consilio 4 sindicorum vel ne, et an vel ne ipsi tali protestacioni adherere velint vel non. Quibus auditis per jamdictos dominos sindicos et consiliarios, concluserunt inter se quod illi consenciebant et adherere volebant ad evitandum majora sinistra.

Subsequenter supervenit nobilis Hanniquinus Copini, olim locumtenens domini vicedompni Gebenn., qui dixit et proposuit quod tam ipse quam ejus consortes et vocati per eum sequti fuerunt illum qui fecit insultum in personam domini Nycodi Monachi et quod ipsi diversimode molestantur per consilium Chamberiaci, et quod ea que

fecerunt, fecerunt nomine communitatis, requirendo quod communitas faceret partem et causam ipsam pro eisdem assumeret, requirendo super hiis responsionem ab ipsis dominis sindicis et consiliariis habere. Fuit ordinatum per supradictos quod non deffendatur castellanus. Ulterius fuit ordinatum quod domini vicarii requirentur ad loquendum de ipsa materia cum domino Camere, vicedompno, et plus quod causa duceretur nominibus intitulatorum.

Successive fuit propositum quod fuit quidam presbiter captus et detentus per vigilles, et quod vicarii eos citaveri fecerunt et inde, quia non venerunt, interdici ordinarunt, a qua ordinacione fuit appellatum et inhibicio obtenta et successive exequta contra procuratorem fiscalem, et pendet assignacio in Vienna ad xv hujus februarii.

Fuit conclusum et ordinatum quod micterentur lictere procuratori civitatis et quod causa duceretur expensis civitatis, actento quod non fuit captus contra formam franchesie.

(Donum.) — Postremo fuit propositum quod forte communitas deberet facere unum donum domino Camere, vicedompno moderno hujus civitatis, ad eo quod ipse subveniret et esset magis nuitus ipsi civitati.

Fuit conclusum et ordinatum in ipso consilio quod fieret sibi unum donum usque ad valorem viginti quinque aut viginti sex scutorum etc.

(2) *xiij februari.*

Die decima tercia mensis februarii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de negociis ipsius civitatis inferius mencionatis, per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. Songey, consindicos, et F. Crochons qui eodem die fecit juramentum in manibus G. de Enex; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, H. de Bona, Ay. Versonay, Peronetum Emonini, Ay. de Malliis, F. Vicencii qui eodem die fecit juramentum in manibus dominorum sindicorum superius nominatorum, Jo. de Liga qui similiter fecit juramentum, P. Guersy similiter fecit juramentum, Ny. de Espagnia, Jo. Besson qui juravit, A. Marvalli, Jo. Macri qui similiter fecit juramentum.

In quoquidem consilio fuit propositum quod Janinus Bellocti obtinuit quandam marcham contra Catellanos et quod postmodum fuit revocata. Et cujusquidem marche occasione fuit tradita dominis sindicis et consiliariis quedam supplicacio in qua narratum extitit, inter alia, quod ipsa marcha fuit revocata et quod perquiretur revocacio in archivis dicte civitatis.

Super quibus fuit ordinatum quod perquirentur revocacio ipsius marche et omnia actitata ipsius occasione, postea traderentur doctoribus, et quod haberetur bonum consilium et habito consilio fieret cras responsio ipsis mercatoribus.

Ulterius fuit dictum, propositum et expresse arrestatum inter dictos dominos sindicos et consiliarios quod si in futurum, quod absit, oriretur questio sive discordia inter alterum sive aliquem ex ipsis consiliariis, quod ipsi teneatur et debeant stare ordinacioni et disposicioni ipsorum sindicorum, sub pena privacionis, et quod ille qui noluerit obtemperare magistris et ordinacioni ipsorum consindicorum privetur a jamdicto consilio.

Et similiter domini sindici teneantur stare et obtemperare ordinacioni predictorum dominorum consiliarum, sub pena premencionata, videlicet qui ille qui noluerit obtemperare privari debeat a sindicatu et consilio premencionato.

Nomina dominorum sindicorum :

Primo Jo. Servionis, item A. de Sax, item F. Crochon, item Jo. Songey.

Nomina consiliariorum :

Primo G. de Enex, item Ja. de Sancto Michaele, item A. de Peymes, item M. Montionis, item Jo. de Orseriis, item Clemens Poutex, item H. de Bona, item P. Ciclat, item Peronetus Emonini, notarius, item G. de Vaudo, item Jo. de Rotulo, item Michael Bocheti, item H. de Yspagnia, item Leod. Chivallerii, item F. Vicencii, item Jo. de Lyga, item Jo. Macri, item P. Guersy, item Jo. Besson.

(3) *Martis die decima septima mensis februarii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per Jo. Servionis, A. de Saxo, Fr. Crocho, Jo. Songey, sindicos; — G. de Enex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Ja. de Sancto Michaele, H. de Bona, Jo. Macri, P. Ciclat, Clemente Poutex, L. Chivallerii, F. Vicencii, Peronetum Emonini, G. de Vaudo, M. Montionis, Jo. de Lyga, P. Guersy, et P. Mercerii.

In quoquidem consilio fuerunt admissi servientes subscripti ad por-

tandum baculum et ad exercendum officium vicedompnatus, qui fecerunt juramentum in forma, videlicet quod ipsi erunt fideles domino nostro Gebenn. episcopo et suis officiaris et civitati Gebenn., et servare franchesias et non exercere officium a solis occasu usque ad ortum solis, videlicet Glaudius Roujardi, de Villa Magna, item Franciscus Sarbaudi, Trevensis diocesis, et Petrus Clerici, de Semena, habitatores Gebenn.

Die vicesima mensis februarii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis per Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, C. Poutex, Jo. Macri, Peronetum Emonini, F. Vicencii, G. de Vaudo, P. Guersi, Jo. de Liga, H. de Bona.

In quoquidem consilio fuerunt ordinata sequencia. Primo, de facto peyroleriorum hujus civitatis, qui portant cuprum apud Anessiacum pro actando, super eo quod pedagiator pontis Areris facit eis solvere pedagium, fuit ordinatum quod ipse pedagiator advisaretur quod restitueret pignora et quod dimicteret ipsos peyrolerios in libertate qua consueverunt esse; et si non velit obtemperare, quod citaretur coram dominis vicariis ad instanciam ipsorum peyroleriorum et quod domini sindici irent contra ipsum ad judicium et eis insisterent.

Ulterius supervenit castellanus Galliardi qui dixit quod econtra Champellum aqua Areris destruxit iter, sic quod perreria domini nostri Sabaudie ducis non potest admodiari. Et requisiit dominos sindicos quod facerent reparare ipsum iter et dedit memoriale suum, super quo fuit ordinatum quod fieret sibi responsio.

(4) Ibidem domini sindici requisierunt P. Braseti quod restitueret eis jura et scripturas factas ad opus civitatis Gebenn. Et idem P. Braseti obtulit se facere omnia premissa et jurata per eum, requirendo eciam ipsos dominos sindicos quod sibi faciant satisfacere de hiis in quibus ipsa communitas eisdem tenetur de pena et laboribus suis per ipsum habitis pro communitate.

Et confessus fuit habere penes se librum faciens ad opus maladerie, originale franchesiarum, processum fluminantem coram dominis officialibus Gebenn. et Lausan. super ipsa franchesia et certas licteras per dominum nostrum Sabaudie ducem concessas.

Ulterius ipse P. Braset reddidit xxij licteras missivas etc., cum quadam commissione facta per dominos de capitulo Gebenn. dominis sindicis, sede vacante.

xxiij februarii. — Domini sindici, videlicet A. de Saxo, Johannes Songey et F. Crochon, associati Peroneto Emonini, F. Vicencii, notariis, H. de Bona, Mermeto Flory, dicto Richon, tissocto, Ludovico Trucheti, dicto Jacuz et Nycodo, vigilibus, visitaverunt murum quem construi facere valebat P. Vessy in carreria Sancti Leodegarii bassa et sibi limitaverunt peysonam fiendam inter carreriam et suam possessionem.

Martis die vicesima quarta mensis februarii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Sogey, sindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, L. Chivallerii, P. Ciclat, Jo. Macri, C. Poutex, Peronetum Emonini, G. de Vaudo, P. Guersy, F. Vicencii, M. Bocheti, Jo. Ligocti, H. de Bona, P. Mercerii, consiliarios.

In quoquidem consilio dominus Jo. Fabri, nominibus Hugonini de Nanto, alias Bucterii, Bertheti Janini et aliorum vicinorum carrerie Sancti Leodegarii, requisiit quod reparetur iter ante domos ipsorum. Super qua requisicione fuit dictum quod alias fuit commissa reparacio fienda Clementi Poutex et Roleto Guillieti et quod stetur illi commissioni, adjungendo eis G. de Nex et L. Chivallerii.

Eciam fuit facta querimonia de denariatis que venduntur ad pondus decem octo unciarum et xv unciarum, sicut de ferro, amidalis ficus, racemis et certis aliis denariatis etc. Super quibus fuit dictum quod alias fuit facta ordinacio et quod stetur illi.

(5) Ulterius Petrus Braseti, notarius, restituit primo librum franchesiarum civitatis Gebenn., duos processus fulminantes per dominos officialem Gebenn. et Lausan., librum maladeriarum Carrogii et Quercus, licteras concessas per illustrissimum principem dominum nostrum ducem quod non exequantur marche durantibus nundinis, unum scriptorium stanni.

Item ulterius dixit quod tradidit binos processus cum aliis actitatos occasione ipsius contra Aymonem Alliodi nobili Jacobo de Sancto Michaele, et nobilis G. Denex dixit quod idem Jacobus sibi tradidit ipsos processus et quod ipse tradidit domino Mermeto de Juria.

Ulterius dixit idem Petrus Braseti et contentus fuit stare summarie ordinacioni dominorum sindicorum et consiliariorum civitatis Gebenn., de hiis que ipse posset habere agere cum communitate Gebenn.

Ibidem nobilis G. Denex reddidit duas claves arche civitatis que est in Sancto Petro, videlicet illam quam ipse custodivit de anno preterito, quo anno ipse fuit consindicus, et illam quam custodivit A. de Peymes.

Die vicesima quinta mensis februarii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros etc., post prandium, pro facto Anniquini Copini, Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Sogey, sindicos; — G. de Nex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, H. de Bona, Jo. de Rotulo, Jo. Macri, Peronetum Emonini, F. Vicencii, P. Guersy, C. Poutex.

(6) *Die vicesima septima mensis februarii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros etc. Jo. Servion, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Sogey, sindicos; — G. de Nex, Jo. Orseriis, M. Bocheti, C. Poutex, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, P. Guersy, F. Vicencii, Jo. Besson.

In quoquidem consilio fuit appellata Francisca, relicta Reymondi Malens, et sibi expositum quod ipsa fecerat fieri econtra possessionem suorum liberorum sitam in Plano Palacii juxta suos confines, videlicet unum terrale quod non consuevit esse, et requisita per consilium quod compleret terrale predictum et restitueret ad pristinum statum sicque transitus qui tendit ad Planum Palacii remaneat decupatus.

Item fuit propositum quod petantur in consilio generali restitui claves arche, ubi sunt computa, per .

Item supervenit Anniquinus Copini qui dixit et proposuit quod alia die, quando ipse fuit ibidem in consilio, ipse peciit se admicti ad locumtenentem officii vicedompnatus Gebenn. et facit fidem de locumtenente per relacionem Glaudii Viennesii, et quod fuit sibi dictum quod fieret sibi responsio hodie; ideo requirit quod fiat sibi responsio an vel ne velint ipsum admictere vel non. Cui fuit responsum quod pridie ipse fecit similem propositam super qua non potuerunt adhuc deliberare, eo quia non habent adhuc claves arche ubi sunt scripture, et ideo ipsis habitis et habita conferencia cum aliis eorum precessoribus, et quod

habita deliberacione inter eos ipse vocabitur et fiet sibi responsio. Et ipse respondit quod ipsi haberent conferenciam ad ipsorum placitatem et ipse haberet pacienciam.

Item fuit conclusum quod die dominica proxime ventura teneatur consilium generale, sicut alias fuit conclusum et ordinatum.

Item fuit conclusum quod domini de capitulo requirantur quod fiat processio generalis.

Item quod si locatur de scriba, quod respondeatur illis qui voluerint loqui de ipso facto quomodo ipse Bartholomeus gubernavit.

Item quod requiratur quod visitentur computa et quod eligantur illi qui debent videre, si non sint deputati.

(7) *Die dominica prima mensis marcii,* que fuit post quarta tempora cinerum, fuit tentum consilium generale infra claustrum Sancti Petri Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Franciscum Crochon, Jo. Songey, sindicos, et per alios cives et consiliarios dicte civitatis, videlicet per dominos G. Picerii, A. de Albenco, doctores; — Jo. de Orseriis, H. de Bona, Michaelem Bocheti, Ja. Sambavillaz, Jo. de Rotulo, Jo. Macri, P. Gursy, G. de Peymes, L. Chivallerii, Ja. Barme, Thoma Magnini, Jo. Perrodi, Jo. de Oreriis, Peronetum Emonini, notarium, G. de Jonvillaz, G. de Fogia, F. Vicencii, P. Nycodi, P. Monachi, Jo. Rogeti, P. Gavit, G. de Nex, R. Privissini, B. Vicencii, Michelem Montionis, P. Ciclat, G. de Capella, R. Guillieti, A. Marvalli, Johannem de Liga, M. Varemberti, Jo. Seyracti, Ja. Grossy, R. Lullini, Jo. Meystrocti, G. Ravinelli, Ste. Gotrosii, Jo. de Crosa, P. Joly, G. Tricot, G. Boverii, Jo. Noblet, Perretum Chinuz, G. Mourerii, Ny. de Nanto, P. Ruby, filius Aymoneti Cortagier, Ansermetum de Fontana, Theobaldum de Lausana, Ja. Molleti, L. Trucheti, R. de Cresto, P. Choutagnie, Jo. Borsaz, Jo. de Jous, P. Rosseti, Jo. Trollieti, Ny. Rufferii, P. de Putheo, magistrum Miguet, dictum Chautemps, Jo. Mariglerii, P. Francisci, G. de Fogia, P. Clareti, Jo. Perrodeti, H. Beatrisii, A. Reymondi, Jo. de Nanto, condurerius, A. Crachii, P. Moreti, dictus Estine, sellarius, P. de Sancto Johanne, Jo. Fornerii, notarium, Ludovicum de Vinea, cum quamplurimis aliis civibus et burgensibus dicte civitatis.

In quoquidem consilio fuerunt electi pro visitando computa civitatis

temporis preteriti, illa que erunt et videbuntur visitanda, subnominati: primo Humbertus de Bona, Lionetus de Alamanis, Petrus Nycodi, Johannes Macri, Jacobus Tombeti, Jo. de Oreriis, quibus fuit data potestas videndi et visitandi et datus eis terminus ad refferendum quicquid factum fuerit per eos super ipsis computis ad primum consilium generale pro parte ipsius civitatis tenendum.

(8) Ulterius fuit ordinatum quod Petrus Nycodi custodiat unam ex clavibus arche ubi sunt reposita dicta computa et videat illam quam habet et que fuit sibi tradita per Aliodi.

Eciam fuit conclusum et ordinatum quod fiat inventarium de instrumentis, licteris et documentis existentibus in arca civitatis que est in Sancto Petro et de omnibus aliis documentis ipsius civitatis.

Ulterius protestatus fuit P. Nycodi quod si domini sindici facerent expensas frustratorias litigando aut alias per vinditam, quod ipsi teneantur supportare et solvere tales expensas et non ipsi sindici.

Successive domini sindici fuerunt requisiti per Nycodum de Nanto quod ipsi ponant Aymonem Alliodi, qui est detentus in Insula, ad dominos justicie et quod cognoscatur de casu suo.

Domini sindici responderunt quod fuit eis inhibitum ex parte domini nostri Gebenn. episcopi, sub pena excommunicacionis et pecuniaria, ne se intromicterent de causa sua nec de ipso, offerendo se sibi ministrare justiciam, quantum in eis erit, dum revocentur inhibiciones etc.

Ulterius fuit conclusum in dicto consilio quod consilium de Quinquaginta resecaretur et restitueretur ad viginti quinque et quod domini sindici cum suis consiliariis eligerent viginti quinque homines ex civibus et burgensibus hujus civitatis, bonos, probos et legales, de prioribus consindicis vel de aliis, prout eis visum fuerit faciendum, cum quibus consilium strictum habeat conferre et consilium habere loco et tempore opportunis.

Die Martis tercia mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. douz Sogey, sindicos; — M. Montionis, A. de Sancto Michaele, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Jo. Macri, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, P. Guersy, F. Vicencii

Jo. Besson, M. Bocheti, Jo. de Liga, G. de Vaudo, H. de Bona, P. Mercerii.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod alias Anniquinus Copini requisiit se admiti ad locumtenentem officii vicedompnatus, et quod alias fuerat ordinatum quod quando ipse faceret revocare certas licteras per eum apportatas contra civitatem et quod ipse confiteretur se male fecisse, quod tunc ipse admicteretur iterum ad exercendum dictum officium et quod reciperetur suum juramentum, prout erat consuetum.

Post hoc supervenit idem Anniquinus Copini ad premencionatum consilium et ipsum consilium intravit, et dixit dominis de consilio quod ipse tribus aut quatuor vicibus jam fuerat in premencionato (9) consilio et dominos sindicos et consiliarios dicti consilii requisierat, videlicet quod ipsi reciperent suum juramentum ad eo quod ipse posset exercere officium predicti vicedompnatus, in quoquidem officio ipse fuerat constitutus et ordinatus pro locumtenente et fidem fecerat de locumtenente per relacionem Glaudii Viennesii. Et plus dixit quod ipse pretendebat quod domini sindici et eorum consiliarii dicebant quod, tempore quo alias ipse exercere habuerat premencionatum officium, ipse forte erraverat contra franchesias et libertates civitatis Gebenn., quod non credebat fecisse nec errasse contra ipsas franchesias et communitatem.

Cui quidem Anniquino fuit dictum et responsum per dominos sindicos et consiliarios quod ipse expresse erraverat et defecerat contra ipsas franchesias et communitatem, et illas, prout promiserat, non observaverat, et quod ipse confiteretur deffectus quos fecerat contra communitatem et franchesias pretactas, et si ipse confiteretur deffectus quos fecit et ipsos deffectus emendaret pro posse, ipse benigniter per ipsos dominos sindicos et consiliarios tractaretur sic et taliter quod merito deberet contentari.

Et post premissa et plura alia verba hinc inde dicta, proposita et replicata, ipse Anniquinus dixit et confessus fuit quod ipse contra dictas franchesias et communitatem erraverat et defecerat, et quod ipsum penitebat eo quia ipse defecerat et erraverat contra ipsas franchesias et communitatem. Et se obtulit et promisit de defectibus per eum quoquomodo perpetratis contra ipsas franchesias et communitatem Gebenn.

stare summarie ordinacioni et cognicioni dictorum dominorum sindicorum et consiliariorum, et ipse pacienter faceret et supportaret ordinanda per eos super defectibus premencionatis, requirendo veniam ab ipsis dominis sindicis et consiliariis de ipsis defectibus et forefactis sibi impartiri.

Et ulterius promisit et juravit idem Anniquinus, per juramentum suum in manibus dictorum dominorum sindicorum in presencia eorum consilii corporaliter prestitum, quod sicut alias pro parte sua fuerunt apportate certe littere rigorose ab illustrissimo principe domino nostro Sabaudie duce et eciam reverendissimo in Christo patre et domino domino nostro Gebenn. episcopo et principe emanate contra ipsam communitatem et franchesias, quod ipse de hinc ad proximum festum Pasche procurabit in effectu erga ipsos dominos ducem et episcopum quod ipsi rescribent predictis dominis sindicis et communitati Gebenn., de et super materia in ipsis licteris contenta, alias licteras duces et illarum premencionatarum revocatorias et ipsis licteris premencionatis derogatorias, et que lictere apportande alias licteras revocabunt; et alia faciet prout supra dixit et convenit, requirendo semper quatenus ipsi domini sindici et consiliarii recipiant suum juramentum ad effectum quod ipse jamdictum officium exercerat et exercere possit.

(10) Et hiis sic peractis et actentis premissis promissionibus et convencionibus et venia per eundem Anniquinum ab ipsis dominis petita et requisicionibus jam sepe factis per ipsum Anniquinum, ipsi domini scindici et consiliarii receperunt juramentum ab eodem Anniquino Copinii, qui promisit et juravit per juramentum suum ad sancta Dei evvangelia corporaliter prestitum quod ipse erit fidelis et obediens domino nostro Gebenn. episcopo et civitati Gebenn., ipseque nunc et in futurum dictas franchesias insolidum observabit et racione sui officii neminem opprimere habebit, quinymo bonam et brevem justiciam unicuique quantum in eo erit ministrabit.

Et paulo post idem Anniquinus Copini, tanquam castellanus et locumtenens premencionatus, protestatus fuit quod aliqua que ipse fecerit aut dixerit dicatque aut faciat non possint prejudicare nec prejudicium aliquomodo generare domino nostro Sabaudie duci et domino nostro Gebenn. episcopo nec juribus ipsorum. Et similiter predicti domini sindici et consiliarii protestati fuerunt quod per quemcunque actum,

factum aut fiendum super materia premencionata, quod ipsi non intellexerunt neque intendunt quod debeat esse in prejudicium predictorum dominorum ducis et episcopi nec ipsis prejudicare possit aut valeat, nec eciam communitati et franchesiis civitatis Gebenn., in generali nec in particulari. Et, casu quo reperiretur contrarium, predicti domini sindici et consiliarii protestati fuerunt iterum et protestantur quod quicunque actus per eos facti super premencionata materia sint nulli nulliusque valoris et efficacie, quinymo ad statum pristinum ipso facto sint reducti et restituti.

Die Veneris sexta mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi etc. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. de Songey, sindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, P. Ciclat, Jo. Macri, Peronetum Emonini, F. Vicencii, P. Guersy, Jo. Besson, H. de Bona, L. Chivallerii, M. Bocheti, G. de Vaudo.

In quoquidem consilio fuit lecta quedam lictera missiva ab illustrissimo principe domino nostro Sabaudie duce emanata, quequidem lictera continebat in effectu quod fuerat sibi relatum per dominum (11) Camere quod erant aliqui criminosi penes ipsos detenti, avisando dominos sindicos et consiliarios quod facerent bonam justiciam etc.

Ibidem nobilis Girardus Denex peciit legi ordinacionem ultimate factam cum castellano, que fuit sibi lecta et demonstrata. Et, ipsa lecta, peciit copiam ipsius ordinacionis. Habitis oppinionibus et relacionibus tocius consilii, fuit conclusum quod non traderetur sibi copia, eciam quod non est neccesse congregare consilium generale.

Eciam fuerunt lecte alie lictere missorie ex parte domini principis Pedemoncium, que continebant in effectu quod ipsi domini sindici relaxarent a carceribus Andream Regis etc. Super quibus fuit ordinatum quod fieret responsio verbalis portitori ipsarum licterarum et non rescriberetur.

Eciam Benedictus Levrerii et Johannes de Nemoribus quod officiarii terre Gaii occasione reparacionis cujusdam itineris existentis econtra possessiones situatas prope Sanctum Johannem, et quod dicti officiarii eos malestant ad reparari faciendum ipsum iter et quod debet esse aliquis pro parte civitatis, et fuit electus Girardus Gervasii, de Sancto Gervasio.

Die Martis decima marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi etc. per nobiles et honorabiles Jo. de Rotulo, loco Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. Denex, Jo. de Orseriis, G. de Vaudo, C. Poutex, P. Ciclat, Peronetum Emonini, F. Vicencii, P. Guersy, Jo. Macri, A. de Sancto Michaele, M. Bocheti, Jo. Besson, P. Mercerii.

In quoquidem consilio fuit propositum pro parte Mermeti Bucterii, alias de Nanto, quod fons situatus ante ejus furnum erat destructus et quod Johannes Roberti admoverat sibi aquam que intrabat infra ejus domum, requirendo quod fieret reparacio. Et propterea fuit dictum quod alias fuit dictum in consilio coram precessoribus ipsorum dominorum sindicorum et consiliariorum. Et sic fuit dictum et conclusum quod dictus Bucterii deberet investigare aquam et facere sive reparare fontem ad ordinacionem dominorum sindicorum, eo mediante quod dentur sibi duodecim floreni ad eo quod ipse reperiat duos burgenses creandos etc.

(12) Ulterius prefati domini sindici et consiliarii vocari et appellari fecerunt Petrum Braseti, olim secretarium et scribam dicte civitatis, et, ipso vento ad consilium et intrato, prefati domini sindici et consiliarii pecierunt sibi tradi et expediri registrata ipsius civitatis de tempore quo ipse stetit scriba, juxta promissa et conventa per eum, cum tribus aliis licteris missivis per eum a Domo civitatis extractis, cum instrumento sindicatus et aliis scripturis et juribus et documentis que penes se habet etc.

Et idem P. Braseti obtulit se fore paratum premencionata jura et ea que penes se habet reddere et restituere, dum tamen sit sibi satisfactum de suis salario et hiis in quibus civitas sibi tenetur.

Et predicti domini de consilio dixerunt et responderunt eidem Petro Braset quod, ipsis restitutis videlicet scripturis pretactis et hiis que habet, ipsi erunt et sunt contenti quod sibi sit satisfactum de hiis in quibus civitas sibi tenetur et, hoc facto, precipient thesaurario civitatis quod sibi solvat et satisfaciat de hiis in quibus civitas sibi tenetur.

Et, casu quo nollet restituere premencionata, predicti domini sindici et consiliarii protestati fuerunt de dampnis, gravaminibus, expensis et interesse que possent venire civitati et communitati et que ipsa civitas et communitas supportare possent.

Idem P. Braseti, hoc facto, sine alia responsione recessit et ab ipso consilio exivit.

Ulterius fuit ordinatum et conclusum quod idem P. Braset compelleretur meliori modo quo fieri posset.

Item plus fuit dictum in dicto consilio quod per errorem et inadvertenter fuerunt facta dicto Petro Braseti duo mandata, videlicet unum de novem scutis, aliud de quadraginta novem florenis, et de quibus quantitatibus non tantum sibi competit, et quod nichil solvatur ipsi donec revisis per dominos sindicos et consilium, et, ipsis visis, quod fieret sibi satisfacio congrua.

Ytem fuit dictum quod Rogeti habuerat pre manibus registrum ipsius Braset anni preteriti.

Ideo fuit dictum quod dictum registrum petatur a dicto Rogeti.

Et fuit conclusum quod Jo. de Orseriis et G. de Nex loquantur sibi Rogeti, videlicet quod restituat registrum et locatur ipsi Braset, demonstrando sibi deffectus sui.

Die Jovis duodecima mensis marcii, fuit tentum in Domo Communi consilium per nobiles et honorabiles Jo. de Rotulo, loco Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — Jo. de Orseriis, H. de Bona, P. Ciclat, Jo. Macri, Peronetum Emonini, (13) P. Guersy, F. Vicencii, Jo. Besson, G. de Vaudo.

In quoquidem consilio fuit lecta quedam commissio apportata a Pedemoncio, que emanata fuit a domino nostro Gebenn. episcopo, que est de directo contra franchesias et libertates civitatis Gebenn.

Ideo fuit interrogatum qualis provisio fieri debebat, cum copie fuerint tradite doctoribus, videlicet con[clu]ditur quod.....
habetur consilium et relacio dominorum doctorum et quod stetitur consilio ipsorum dominorum doctorum.

Die Veneris decima tercia mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles Jo. de Rotulo, loco Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — Jo. de Orseriis, H. de Bona, P. Ciclat, Peronetum Emonini, F. Vicencii, P. Guersy, Jo. Besson.

In quoquidem consilio Hugoninus Bucterii et Berthetus Janini, cum

nonullis aliis carrerii Sancti Leodegarii, venerunt et adduxerunt paviserium videlicet Alemanum, qui dixit quod ipse livellavit et visitavit carreriam Sancti Leodegarii et quod aqua bene potest cadere per ante ecclesiam Sancti Leodegarii, admotis terris. Et fuit eis dictum quod quilibet removeret terram econtra se et postea quod ipsi facerent fieri pavimentum. Et ita fuerunt contenti, dempto nobili P. Galliardi.

Et ulterius Mermetus Bucterii dixit et se astrinxit fieri facere fontem ad ordinacionem dominorum sindicorum, mediantibus xij florenis sibi ordinatis.

(14) *Die Lune xvj marcii,* fuit iterum tentum consilium in Domo Communi etc. per nobiles et honorabiles Jo. de Rotulo, loco Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — Jo. de Orseriis, H. de Bona, Jo. Macri, L. Chivallerii, C. Poutex, F. Vicencii, P. Guersy, Jo. de Liga, P. Emonini, Jo. Besson, G. Vaudo, consiliarios; — Ja. Sambavillaz, G. Serrallion, Jo. Dorerii, Ja. Ruby, G. de Rippa, Dyonisius Bizelli, Ste., sellarius, Hanse Le Borsier, Jo. Copet, Jo. Follieti, Jo. Velluti, G. Gervasii, Symonetus de Joyez, Ja. Guinat, Ja. Grossy, P. Nycodi, G. de Capella, Jo. Seyracti, Garnerius, G. de Peymes, Ay. Versonay, Ste. Achardi, P. Magnini, Jo. Trolliet alias Engleys.

In quoquidem consilio fuit dictum quod sunt nonnulli mercatores qui, a pauco tempore citra, emerunt bladum in portibus civitatis juxta lacum, sicuti frumentum et avenam, et postea illud portant extra patriam et aliquando revendunt in dicta civitate, et quod illud erat in prejudicium rei publice.

Et sic fuit conclusum quod domini sindici se deberent transferre in loco ubi tale bladum putatur esse. Et si ita sit sicut propositum extitit et reperiatur, illud capiatur et, pro precio quo habent illud, vendatur et expediatur.

In predictoque consilio fuit lecta commissio quedam faciens mencionem inter alia quod dominus episcopus advocat causas criminales per annum etc., et interrogati omnes superius nominati in dicto consilio astantes, qui dixerunt omnes quod habeatur consilium cum dominis doctoribus, utrum ipse dominus episcopus talia et contenta in ipsis licteris possit facere de jure vel non, et postea fiat provisio ordinacioni et determinacioni premencionatorum dominorum doctorum.

Die Martis xvij marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles etc. Jo. de Rotulo, loco Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, Ja. de Sancto Michaele, Jo. de Orseriis, M. Bocheti, C. Poutex, Jo. Macri, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, F. Vicencii, G. de Vaudo, P. Guersy, Jo. Besson, H. de Bona, P. Mercerii.

(15) In quoquidem consilio supervenit Hugoninus Mallieti et peciit sibi dari et solvi viginti tres solidos et octo denarios, in quibus communitas Gebenn. sibi tenetur pro certis clavibus et crochetis per ipsum Hugoninum Petro Chantellat, cinturerio, traditis; item plus duos solidos pro reparacione porte civitatis, vocate Sancti Leodegarii. Fuit ordinatum quod haberet pro omnibus unum scutum regis, et datum fuit in mandatis thesaurio quod solvat dictum scutum. Et hiis mediantibus idem Mallieti quictavit P. Chantellat. — *(Habet mandatum Mallieti.)*

Ibidem Ja. de Sancto Michaele restituit clavem arche civitatis situate in ecclesia Sancti Petri, quam recepit nobilis F. Crochon, consindicus.

Ibidem fuit propositum quod Janinus fuit detentus in castro Insule Gebenn., et restitutus et expeditus in manibus sindicorum. Et denunciavit Jo. de Oreriis criminaliter, et successive instavit primus Johannes de Bornillaz et, assignatis partibus ad dandum signatam denunciacionem, interim concordaverunt et sic non habuit denunciatorem neque accusatorem, et quod dominus G. Pilicerii dixit quod ipsi nolebant plus instare et, petitis licteris testimonialibus, noluit quod scriberentur, fuitque conclusum quod absolvatur diffinitive, si absolvi debeat.

Ulterius fuit propositum quod sunt duo aut tres in consilio ultra consilium alias solitum. Concluditur quod omnes illi qui sunt remaneant, ad eo quod non fiat alicui injuria, et quod domini sindici debeant dimictere de suis salariis quilibet duos florenos parvi ponderis etc., et de hoc fuerunt contenti ipsi domini sindici superius nominati.

Fuerunt creati burgenses subscripti :

Primo Henricus Nergue, de Collongiis, suctor, habitator Gebenn., pro septem florenis parvi ponderis et una colovrina usque ad valorem xv solidorum. — *(Levatum est.)*

Item Petrus Michaelis, de Compesseres, carpentator, habitator Gebenn., pro septem florenis parvi ponderis et una colovrina usque ad xv solidos. — *(Levatum est.)*

Item Dalmacius de Usana, mercator, habitator Gebenn., pro et mediantibus sexdecim florenis parvi ponderis et una colovrina valente xv solidos. — *(Levatum est.)*

Item Petrus Bernardi, borserius, de Sancto Glaudio, habitator Gebenn., pro decem florenis parvi ponderis et una colovrina valente xv solidos. — *(Levatum est.)*

Die Veneris vicesima mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles etc. Jo. de Rotulo, loco Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, H. de Bona, (16) Michaelem Bocheti, Jo. Macri, Peronetum Emonini, G. de Vaudo, P. Guersy, Jo. Besson.

In quoquidem consilio venerunt Perretus et Humbertus de May, dicendo quod eis fuit prohibitum, sub penis in franchesiis contentis, quod ipsi non portarent eorum mercancias per civitatem nisi temporibus nundinarum et diebus fori, sub pena contenta in franchesia civitatis, requirendo se ab prohibicione et deffensione liberari et relaxari.

Concluditur quod si ipsi velint facere sicut et ceteri burgenses civitatis, quod ipsi gaudeant franchesiis, aliter non, cum ea que faciunt sint in prejudicium aliorum burgensium et civium civitatis Gebenn.

Ulterius fuit dictum, pro parte domini de Dusilliez, quod si placeret civitati sibi tradere turrim porte Sancti Anthonii, quod illam domificaret ad opus civitatis et civitatem gaudere permicteret tociens quociens sibi esset opus. Ulterius quod eadem civitatis sibi permicteret fieri duas fenestras econtra domum suam super meniis civitatis, eo mediante quod illas bene ferraret, et eciam unum scanum ante ipsam domum.

Concluditur quod nichil tradatur sibi de rebus que pertinent communi civitatis etc.

Die Martis vicesima quarta mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, P. Ciclat, Jo. Macri, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, P. Guersy, G. de Vaudo, H. de Bona, P. Mercerii.

In quoquidem consilio fuerunt exhibita et lecta certa capitula super

policia et regimine civitatis et in deliberacione in ipso consilio posita.

Super quibus capitulis et contentis in eisdem fuit dictum et conclusum quod vocarentur priores confratriarum civitatis et eis legerentur et exponerentur ipsa capitula et, habitis deliberacionibus ipsorum et ipsis auditis super ipsis capitulis, quod iterum traderentur et portarentur doctoribus civitatis et, habitis deliberacionibus ipsorum doctorum, quod ipse deliberaciones apportarentur ad consilium iterum et quod ibi fieret plena deliberacio super eisdem capitulis.

(17) Ibidem Petrus Ciclat dixit et proposuit quod alias nobilis Georgius de Thoeria fuit captus et detentus in castro Insule civitatis Gebenn., eo quia ipse percuserat cum pede Petrum Prepositi, tunc considicum presentis civitatis, et antequam ipse exiverit a dictis carceribus, ipse cavit de non offendendo aliquem ex dicta civitate. Sed non obstante caucione premencionata et juramento per eum prestito, ipse iterum minatur ipsum P. Prepositi, P. Ciclat et L. Chivallerii offendere, prout relatum extitit. Super quibus peciit provisionem condecentem fieri et ulterius dixit quod ipse erat pro presenti in presenti civitate Gebenn.

Conclusum fuit quod domini sindici loquerentur cum ipso Georgio, et si uteretur minis, quod ipsi providerent taliter quod ipsi essent securi de persona sua.

Ibidem supervenit Petrus Lameti cui fuit dictum quod de facto et sine consensu dominorum civitatis ipse et dictus Gru, serviens, sigillari fecerant archas existentes in platea communi de Longamala, et quod de hoc non contentus, quinymo eis dixit quod ipsi non tenerent in ipsis locis nisi ipsi locarent ab eo, cum ipse locasse domum domini Marescali cum ipsa platea.

Quiquidem P. Lamet respondit cum omni humilitate quod sic non erat, et sic fuit dictum quod ipse nullum impedimentum existens in ipsa platea non daret et quod domini sindici ad ipsum locum irent ad visitandum locum premencionatum, et quod archas ibidem existentes removi facerent cum ceteris impedimentis existentibus in prejudicium nei publice.

Item supervenit in jamdicto consilio filius Nycolay de Sens, secum Thoma Magni et Dalmacio de Usana, qui dixit et proposuit quod ipse Nycolaus est burgensis presentis civitatis et fecit fidem de ipsa borgesia,

sed, eo non obstante, P. Gavit facit sibi solvere pro quolibet quintali ferri duos denarios, quod est in prejudicium ipsius Nycolay et tocius civitatis, requirendo quod sibi observarentur franchesie et libertates presentis civitatis.

Visa lictera borgesie et audita deliberacione tocius consilii, concluditur quod observentur sibi franchesie et libertates presentis civitatis.

Postremo fuit dictum et propositum quod sunt aliqui prope pontem Areris, qui ibidem habent possessiones econtra franchesias et deffensionem factam per civitatem, et quod tales fecerunt sepes et clausuras et sibi appropriant rem communem, et quod fieret provisio bona sic quod res communis semper decupata remaneret.

Conclusum extitit quod domini sindici irent et quod, si ita esset quod sepes essent constructe supra commune, quod de facto removerentur etc.

(18) *Die Jovis xxvj marcii post prandium,* fuit tentum consilium in Domo Communi, super negociis inferius descriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Ay. Versonay, M. Bocheti, Peronetum Emonini, G. de Vaudo, P. Guersy, L. Chivallerii, Jo. de Liga; — Ja. Sambavillaz, G. Serrallion, G. de Peymes, Jo. Paccocti, Jo. Clementis, P. Gatilliardi, Hanse Le Borsier, Jo. de Rup, P. Malagniodi, B. Bernardi alias de Monte, P. Vessier, Ja. Roguz, Ja. Guinacti, Jo. de Fogia, Jo. Rogeti, R. Privissini, P. Rodeti, Ny. de Espagnia.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod sermocinator plura bona dixit fienda et que fieri debent ad causam policie et super policia civitatis, et que dicta per ipsum sermocinatorem forte non possunt fieri sine maximo prejudicio civitatis. Et super ipsa policia et regimine dicte civitatis fuerunt facta et extracta [non]nulla capitula et ordinaciones super regimine et policia premencionatis, videlicet quedam per nobilem Johannem Servionis et quedam alia per honorabilem Jo. Songey, ipsaque capitula in consilio premencionato lecta hinc inde.

Et, post plura verba, et multis opinionibus super ipsis capitulis hinc inde habitis in ipso consilio, fuit conclusum quod ipsa capitula et descripta in foliis papireis, per Jo. Servionis et Jo. Songey traditis, traderentur et expedirentur honorabilibus viris Peroneto Emonini et Leodegario Chivallerii, et que fuerunt eis tradita. Et quod ipsi consulerent et haberent consilium, sumptibus civitatis, super ipsis scripturis sive capitulis cum aliquibus doctoribus per eos eligendis, et quod die crastina, in consilio tenendo ipsius civitatis, quod ipsi Peronetus et Leodegarius apportare debeant ipsa capitula cum oppinionibus doctorum, videlicet quid sit fiendum super ipsis capitulis et an transire debeant sicut sunt aut non et que pene imponi debent, et quod dictari faciant fienda super ipsis capitulis et, habitis deliberacionibus et opinionibus ipsorum doctorum et ipsorum Peroneti et Leodegarii, quod consilium strictum concludere possit et exequcioni ponere fienda (19) et declaranda sicut predictum super ipsis capitulis per jamdictos dominos doctores eligendos. Et ita fieri voluerunt omnes superius nominati.

Item plus fuit dictum ac propositum quod pridie fuit facta querimonia in consilio dicte civitatis ex parte et pro parte P. [Ci]clat, P. Prepositi et L. Chivallerii, videlicet quod nobilis Georgius de Thoeria minabatur eis eo quia, tempore quo ipsi fuerunt et steterunt sindici presentis civitatis, propter sua demerita et offensam perpetratam in personam predicti P. Prepositi, cui dederat de pede, ipse fuit detentus in castro Insule. Et dicit quod sibi fuit facta per eos maxima injuria, tamen antequam recesserit ipse promisit non offendere aliquem et de non offendendo aliquem cavit. Et ideo fuit tunc conclusum in ipso consilio quod ipsi sindici irent ad eum, associati aliquibus ex suis consiliariis et vocatis secum vigilibus. Et ita fecerunt ipsi domini sindici sicut fuit eis dictum et preceptum; tamen non invenerunt ipsum, quamvis bene sit verum quod postea ipsi invenerunt duos nobiles, qui dicebantur esse ejus nepotes, cum Georgio de Sancto Michaele, qui plura verba dixerunt specialiter dicto Songey et inter alia quod fuerat male factum eo quod ipsum iverant investigatum in suo hospicio etc.

Et super hiis ipse misit unam licteram missivam Jo. Servionis et Jo. Songey, que fuit lecta in ipso consilio et que continebat inter alia quod mandaretur sibi causa quare ipsum ivverant investigatum in suo hospicio etc.

Fuit conclusum quod rescriberetur sibi quod ipsi.....

Die Veneris xxvij mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servio-

nis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. Denex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Jo. Ligot, G. de Vaudo, Jo. Besson, Peronetus Emonini, L. Chivallerii.

In quoquidem consilio fuerunt creati burgenses sequentes :

Primo Rodulphus Fornerii, de Cholay, suctor, habitator Gebenn. in parrochia Sancte Crucis, vij florenis, j colovrina xv solidorum.

Item Johannes de Cruce, de Sonzier, chapellerius, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Leodegarii, vij florenis, j colovrina xv solidorum.

Item Humbertus Somaretaz, de Sonzier, chapellerius, habitator Gebenn. in parrochia Beate Marie Nove, vij florenis, j colovrina xv solidorum. — *(Registrata.)*

Item Johannes Magnini, de Bertous, Lausannensis diocesis, barrelerius, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Gervasii, promisit et juravit solvere in manibus thesaurarii civitatis Gebenn. de sufferta, videlicet quolibet anno, duodecim solidos tamdiu quamdiu ipse manebit in presenti civitate Gebenn. vel usque quo ipse effectus et creatus fuerit burgensis etc.

(20) *Eodem die,* iterum fuit tentum consilium de sero per jamdictos sindicos necnon per subscriptos consiliarios, de rebus et pro rebus inferius mencionatis, primo per G. de Nex, Jo. de Orseriis, Ay. Versonay, Jo. de Rotulo, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, C. Poutex, P. Guersy, Jo. Besson.

In quoquidem consilio fuerunt apportata per jamdictos Leodegarium et Peronetum ordinaciones et advisamenta dictata ad opus et pro policia imponenda in civitate, occasione rerum mencionatarum in ipsis ordinacionibus sive advisamentis, et inde ipsa advisamenta lecta in ipso consilio.

Et conclusum in ipso consilio quod remaneant ipse ordinaciones, sicut fuerunt lecta et declarata, addicto quod declaretur cui pertinere debent pene in ipsis mencionate et quod duplicentur; et inde tradatur copia clerico curie vicedompnatus Gebenn. pro cridis fiendis et originale remanere debeat in Domo Communi civitatis Gebenn. etc.

Die Martis ultima mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., super negociis inferius descriptis, per nobiles et

honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, Ja. de Sancto Michaele, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Jo. Macri, P. Ciclat, M. Bocheti, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, P. Guersy, Jo. Besson, Jo. Ligot, G. de Vaudo, P. Mercerii.

In quoquidem consilio fuerunt creati burgenses subscripti :

Primo Johannes Garbelli, patisserius, de Chivignier, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Gervasii, mediantibus septem florenis parvi ponderis, j colovrina xv solidorum.

Item Mermetus Neyreti, condurerius, de Megeveta, habitator Gebenn. in parrochia Beate Marie Nove, mediantibus vij florenis et j colovrina xv solidorum. — *(Registrate sunt in libro.)*

(21) Item Berardus Stenguiliz, alemanus, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Gervasii, mediantibus vij florenis et j colovrina usque xv solidos.

Item Jacobus de Arsonay, de Chargiouz in Michalia, mercerius, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Gervasii, mediantibus vij florenis, j colovrina xv solidorum. — *(Registrate sunt in libro civitatis.)*

Item fuit lecta quedam lictera missiva et transmissa per dictum Foquier nobili Jo. Servionis super clamacione armarum domini Dalphini[1] et lecta in jamdicto consilio etc.

Super qua fuit conclusum quod nobilis Jo. Servionis, eo quia fuit sibi particulariter transmissa, debeat rescribere unam aliam licteram que respondeat illi etc., et, ipsa scripta, quod ipse debeat apportare ad consilium ad videndum an bene scribat vel non.

Item fuit propositum quod nobilis Aymo de Artas, uti castellanus Bastide pro nobili Georgio de Thoeria, venit ad nobilem Jo. Servionis et sibi dixit quod ipse Georgius male contentabatur, eo quia fuerat investigatus in hospicio suo per sindicos et vigilles, et quod ipse bene desiderabat scire causam quare. Cui fuit responsum per eundem Jo. Servionis, ut dixit, quod ipse non fuit perquisitus nisi pro honore suo et quod, quando ipse veniret ad civitatem, sindici loquerentur secum et dicerent sibi causam, si esset neccesse.

Conclusum fuit quod sufficiat ipsa responsio etc.

[1] Il s'agissait d'un nouvel appel aux armes par le dauphin, plus tard Louis XI, contre son père le roi Charles VII, qu'il ambitionnait de remplacer sur le trône.

Ulterius supervenit magister Ysbrandus qui dixit et proposuit quod castellanus capi fecit unum ex burgensibus nostris, videlicet Claux Rupi, vi, violenter et de facto, absque eo quod offenderit, eciam contra formam et tenorem franchesiarum civitatis.

Concluditur quod vadant quatuor sindici et loquantur ipsi castellano de ipso negocio, requirendo ipsum quod observet franchesias et quod admictat eum ad caucionem et liberet eum.

Supervenit Dalmacius de Usana, familiaris Nycolay de Sens, et dixit quod magister suus est burgensis et ipse adhuc quocum, et non permictit gaudere franchesiis prout faciunt alii burgenses.

Concluditur quod moneatur per conservatorem franchesiarum ad observandum easdem franchesias et fiant lictere sumptibus partis et quod domini sindici asistantur et.....

Postremo venit Hanse Le Borsier qui dixit quod Johannes Suchilliz, alemanus, sibi dixit quod si ipse voluisset consentire, quod tota civitas Gebenn. fuisset inbrasata.

Et ulterius sibi dixit: Ego veni nunc ad istas nundinas, et non potuit habere racionem, sed, si ego non habeant racionem, villa voluisset quod constitisset sibi centum millia florenorum Alemagnie antequam sit annus, si ego non habeam racionem.

(22) *Hic cessavit thesaurarius.*

Die Martis post Pascha septima mensis aprilis, fuit tentum consilium in claustro Sancti Petri Gebenn., super materiis inferius mencionatis, per honorabiles et nobiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — Jo. de Orseriis, C. Poutex, Jo. de Rotulo, Jo. Macri, L. Chivallerii, P. Ciclat, H. de Bona, M. Bocheti, G. de Vaudo, P. Guersy, P. Mercerii. Et fuit tentum dictum consilium in dicto claustro, eo quia Judei erant retractatti in Domo Communi etc.

In quoquidem consilio fuit expositum et dictum scandalum quod fuit die herina factum et perpetratum in domibus Judeorum et super verberibus et rebus captis et substractis ab eisdem.

Et fuit conclusum quod vocarentur desinarii et quod quilibet ipsorum haberet paratos illos de sua desinaria, et ulterius quod post prandium teneretur consilium iterum super eadem materia et quod si domini vicarii aut castellanus velent capere aliquos de istis malefactoribus, quod ipsi desinarii facerent ipsos fortes.

Ulterius fuit dictum quod die herina, in exitu sermonis, aliqui ex vigilibus civitatis removerant tissutos aliquibus filiabus que asseruntur esse pectatrices sine consensu consilii civitatis. Et fuerunt vocati tres ex dictis vigilibus, videlicet Robertus de Cresto, Nycodus, crida, et dictus Abes, qui fuerunt interrogati quare ad remocionem ipsorum tissutorum processerant, qui responderunt et dixerunt quod A. de Saxo et Songey eis dixerant quod custodirent illas que portabant in vallis et truderent. Crochon et Servion dixerunt quod non consenserant et quod fuerat factum sine ipsorum consensu.

Ibidem fuit ordinatum quod ipsi vigilles restituerent unum tissutum quem penes se habebant de ipsis tissutis, et quem tissutum ipsi vigilles incontinenter apportaverunt et posuerunt in manibus nobilis Jo. Servionis etc.

Eodem die et post prandium, fuit iterum tentum consilium in Domo Communi, super negociis subscriptis et superius mencionatis, per sindicos supradictos; — Jo. de Orseriis, H. de Bona, Jo. de Rotulo, C. Poutex, P. Ciclat, Jo. Ligot, G. de Vaudo, H. Perrodi, F. Vicencii, P. Guersy, Jo. Macri.

(23) In quoquidem consilio fuit propositum et dictum quod domini vicarii episcopatus Gebenn. scripserunt unam licteram domino nostro Gebenn. episcopo et unam aliam illustrissimo domino duci Sabaudie, in quibus narratur offensa et violencia facta Judeis et quomodo predicator dixit in suo sermone quod, quando viderentur Judei, quod verberarentur manus et quod non fieret eis malum *et vos m'entendé byem;* et quod ipsi vicarii et castellanus et civitatis facient taliter quod ipsi erunt contenti, et quod ipsi vicarii dixerunt quod sindici subscriberent ipsam licteram.

Concluditur quod si ipsi scribant sicut narratur quod bene erit factum, tamen non signetur per sindicos.

Item fuit lecta copia citacionis que fuit exequta contra sindicos pro parte Aymonis Alliodi et conclusum super eadem quod fiat una cedula per aliquem doctorem, ubi narrentur inhibiciones facte dominis sindicis ne se intromicterent de ipsa causa et quomodo allegavit suspectos olim

sindicos et consiliarios, et quomodo causa fuit advocata, et quod concludatur in ipsa cedula quod si ipse revocari faciat inhibiciones et penas eis impositas, quod ipsi sunt parati ministrare sibi bonam et brevem justiciam, sic quod merito debebit contentari, et que cedula producatur in causa ipsa coram judice metropolitano et petantur lictere testimoniales de oblacione contenta in cedula et postea ulterius non prosequatur etc.

Item fuit propositum quod sindici olim nolunt venire ad consilium et nescitur quare hoc faciunt. Concluditur quod sciatur veritas utrum velint venire ad consilium vel ne et requirantur per scribam nostrum et unum vigillem, qui nobis referant veritatem de responsione quam eis facient quando requirentur etc.

Die Veneris decima mensis aprilis, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de materiis et super materiis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. de Songeto, sindicos; — dominos P. de Sancto Michaele, M. de Juria, doctores; — G. de Nex, H. de Bona, Jo. de Orseriis, M. Montionis, Ja. de Sancto Michaele, Jo. de Rotulo, C. Poutex, M. Bocheti, H. de Yspagnia, G. de Vaudo, F. Vicencii, A. de Peymes.

In quoquidem consilio constitutis et existentibus nobilibus viris Girardo de Nex, Jacobo de Sancto Michaele, Michaele Montionis et Amedeo de Peymes, olim sindicis civitatis Gebenn., qui exposuerunt quod pridem inter ipsos velut sindicos dicte civitatis extitit quedam causa ventilata coram venerabilibus viris dominis vicariis (24) episcopatus Gebenn. contra Aymonem Alliodi, que ad promocionem et instigacionem dicti Aymonis Alliodi commissa fuit, coram quibus vicariis inter prenominatas partes fuit litigatum pro conservacione et manutencione juridicionis spectantis et pertinentis ad sindicos et communitatem dicte civitatis Gebenn. In quaquidem causa asseruit dictus Aymo justiciam sibi fuisse denegatam per prefatos dominos vicarios et ob hoc quandam assertam appellacionem interposuisse, ipsamque introduxisse in curia metropolitana Vienn., et ab officio Vienn., velut judice asserto, metropolitanas licteras citatorias et alias obtinuisse, vigore quarum licterarum citatoriarum procuravit citari prefatos olim sindicos, prout in copia quam tunc exhibuerunt et modernis sindicis presentaverunt, ad finem et effectum ipsosque instantissime requirendo ut onus dicte cause et appellacionis premencionate pro ipsis Girardo, Jacobo, Michaele et Amedeo, olim sindicis, inquantum ipsos concernebat et concernere poterat, quovismodo in se assumerent ipsosque deffenderent et immunes servarent, premaxime actento quod quicquid in dicta causa factum et gestum fuerat, fuit factum cum deliberacione et mandato consilii dicte civitatis, et quod tanquam tunc sindici dicte civitatis fecerunt ea que fecerunt et quicquid fecerunt, non autem ut particulares persone et nominibus suis propriis. Quare requirunt ut supra, videlicet quod moderni sindici onus premencionate cause in se assumant et ipsam defendant; et de hujusmodi requisicione pecierunt sibi fieri licteras testimoniales. Nobilis G. de Nex dixit quod domini sindici faciant fieri unam cedulam per dominos doctores P. de Sancto Michaele et M. de Juria et, ipsa facta, quod monstretur aliis doctoribus etc.

Item nobilis Jo. de Orseriis dixit quod dicta causa non pertinet proprie consilio ut sibi videtur, ymo habeatur consilium cum predictis dominis doctoribus et videatur quid sit fiendum in ipsa causa et aliis circunstanciis ejusdem cause, actento quod alias ipsi domini doctores viderunt ipsam materiam et penitus debent esse informati et, habito consilio ipsorum dominorum, si videatur esse expediens, monstretur aliis dominis jurisperitis. Et si videatur quod civitas debeat deffendere causam ipsam, deffendatur nomine civitatis. Et habitis oppinionibus C. Poutex, H. de Yspania, G. de Vaudo, F. Vicencii, M. Bocheti, M. Montionis, Ja. de Sancto Michaele, A. de Peymes, F. Crochon, sindici, et Jo. Servionis fecit conclusionem.

Et censum fuit sic quod deffendatur ipsa causa nomine civitatis, actenta materia, et quod requirantur domini P. de Sancto Michaele et M. de Juria quod ipsi videant unam cedulam dictatam per dominum Jo. Magnini super ipsa materia et, habito consilio super prenarratis, procedatur prout fuerit racionis et mictatur in Vienna unus nuncius nomine dicte civitatis pro deffendendo ipsam causam.

Et, hiis sic peractis, discretus vir Johannes de Songeto dixit quod non consenciebat ipsi conclusioni, quia non sibi videtur quod civitas debeat deffendere ipsam causam, actento quod fuit lata sentencia et pronunciatum in eadem quod fuit captus contra franchesiam civitatis. Et ulterius dixit quod post prandium consilium erit simul et videatur iterum magis materia, et aliter dicit non consentire, ymo protestatus fuit, pro se et se-

cum adherere volentibus, quod si que dampna eveniant, restent sumptibus indebite prosequentium.

(25) Ulterius dixit discretus vir Michael Montionis quod ipse non tendit quod fiant expense communitatis, sed quod non enerventur franchesie pro facto ipsius Alliodi.

Et plus dixit quod capiatur processus ipsius Alliodi et tradatur sex aut septem doctoribus non suspectis. Et si ipsi dicant quod ipse Alliodi fuerit captus contra formam franchesie, se submictit solvere expensas propterea legitime factas.

Die Martis xiiij aprilis, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. Denex, Ja. de Sancto Michaele, M. Montionis, A. de Peymes, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Jo. Macri, P. Ciclat, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, F. Vicencii, Jo. de Liga, G. de Vaudo, P. Guersy, H. de Bona, M. Bocheti, P. Mercerii.

In quoquidem consilio multa fuerunt dicta, sed nichil conclusum etc.

Die Veneris xvij aprilis, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Peronetum Emonini, H. de Bona.

Die Martis vicesima prima mensis aprilis, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis civitatis et super negociis civitatis, per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, M. Montionis, Jo. de Rotulo, H. de Bona, M. Bocheti, C. Poutex, Jo. Macri, F. Vicencii, Jo. Besson, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, P. Ciclat, P. Mercerii.

(26) In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod processus captivorum existencium in Insula fuit traditus domino G. Consilii qui facit magna dubia super ipso processu et dicit quod ipse laudaret quod expectaretur responsio domini.

Item postea fuit traditus domino Johanni Magnini idem processus, qui non fecit adhuc relacionem suam; eciam sunt aliqui qui debent plus inquirri, et queritur qualis justicia debet fieri.

Concluditur super ipsa materia quod teneatur consilium doctorum et procedatur contra detentos prout fuerit ordinatum per doctores.

Item plus fuit dictum quod sunt certi lapides citra Arerem et eciam ultra Arerem qui pertinent civitati et perduntur. Fuit datum in mandatis Roberto de Cresto quod semper adduci faciat illos qui sunt in Palacio et citra Arerem, versus turrim Belli Rigardi.

Item eciam fuit conclusum quod reficeretur crida et reparetur in passibus tangentibus franchesiam.

Eodem die post prandium, prenominati domini quatuor sindici; — Jo. de Orseriis, F. Vicencii, P. Guersy, Peronetus Emonini, M. Bocheti, H. de Bona, Jo. Macri et Jo. Besson. Fuit locutum de facto mercatorum de Luca, et conclusum quod ipsi dent et tradant in scriptis que voluerint et postea respondebitur eis etc.

Die Martis vicesima octava mensis aprilis, fuit tentum consilium in Domo Communi, super materiis inferius descriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — Montionis, Jo. de Orseriis, H. de Bona, Jo. de Rotulo, M. Bocheti, L. Chivallerii, P. Guersy, F. Vicencii, Jo. Besson, Peronetum Emonini, P. Mercerii.

In quoquidem consilio supervenit Mermetus Follieti qui exposuit et dixit quod Girardus de Fogia receperat ab eodem, veluti receptor cujusdam leve, que leva non sortita est effectum, videlicet quatuor florenos parvi ponderis, quos requirebat sibi restitui facere etc.

Concluditur quod restituantur sibi ipsi Follieto dicti quatuor floreni, actento quod leva non sortita est effectum, quinymo fuit revocata.

Et ibidem in eodem consilio eidem Girardo de Fogia per dictum consilium preceptum fuit quod restitueret dictos quatuor florenos. Et idem respondit quod ipse erat obligatus usque ad summam quatuor milium florenorum et petebat cancellari obligacionem. Et domini sindici sibi dixerunt quod ipse faceret venire notarium qui recepit obligacionem et ipsi preciperent sibi quod cancellaretur.

(27) Et eciam fuit dictum et propositum quod illustrissima domina duchissa miserat licteras pro habendo plateam pro fieri faciendo certa

negocia in sua capella, et quod ille qui apportaverat petebat sibi fieri responsionem.

Concluditur quod visitetur locus et habeatur relacio cum magistro operis quantum capere intendit de platea. Et, hoc facto, vocetur consilium ordinarium cum consilio de Viginti-Quinque, et postea ponatur casus in terminis, et quicquid factum fuerit per consilium, fiat.

Ulterius Robertus Janini supervenit, qui peciit sibi dari et tradi pecunias in quibus civitas sibi tenetur pro thacheria Alarum.

Concluditur quod fiat sibi unum mandatum de xxx florenis parvi ponderis, inclusis viginti florenis quos jam confessus fuit habuisse a dicta civitate. — *(Habet mandatum R. Janini.)*

Die Martis quinta mensis maii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, sindicos; — Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, H. de Bona, L. Chivallerii, Jo. Macri, P. Ciclat, F. Vicencii, M. Bocheti, Jo. Besson, Peronetum Emonini, P. Guersy, G. de Vaudo, P. Mercerii.

Supervenit P. Monachi qui dixit quod ipse habet unam grangiam in Carrateria juxta grangiam Peroneti Emonini, hostellerii, et quod ipse fecit certa operagia, et sibi videtur quod ipse dampnificaverit ipsum; ideo requirit dictos dominos sindicos et consiliarios quod vadant visitatum et videant si bene fecerit aut male. Fuit sibi responsum quod domini sindici ibunt ad visitandum locum.

Iterum fuit ordinatum quod restituantur Mermeto Follieti quatuor floreni parvi ponderis recepti ab eo per Girardum de Fogia.

Ulterius supervenit P. Monachi qui peciit sibi dari et solvi penam et laborem certorum instrumentorum per ejus patrem receptorum.

Et fuit replicatum et dictum quod ejus pater de ipsis instrumentis et de pena et labore ipsis communitatem quictavit, et istud debet constare per registra clericorum et scribarum que perquirantur. Et concluditur quod dicatur ei quod ipse expectet usque quo fuerint perquisita.

(28) Ulterius fuit dictum et propositum quod magister Cristinus investigat mercatores qui portant monetas et aurum, et deligavit pridie in Aqueano ballas cujusdam mercatoris pro investigando si portabant billionum aut non.

Concluditur quod vocentur experti ad hoc et qui noticiam habent

in materia, et postea eligantur unus vel duo experti qui vadant ad dominum nostrum ducem et qui habeant sibi remonstrare etc., eciam domine duch[iss]e de platea quam petit pro fieri faciendo suam capellam etc.

Item similiter concluditur quod ponderetur panys juxta morem consuetum.

Item fuit propositum et dictum quod macellarii vendunt excessime eorum carnes, eciam emunt in passagiis et extra portas contra franchesias, et quod apponeretur remedium, videlicet quod saltem ipsi venderent carnes cum pondere.

Concluditur quod perquirantur lictere concesse per beate memorie dominum nostrum Felicem, concesse super pondere posito in macello, et postea quod procuretur quod illas observent et vendant carnes cum pondere. Et, si sit neccesse, quod exhibeantur ipse lictere domino nostro Gebenn. episcopo, et si narretur quomodo fuerunt concesse per dominum nostrum tunc Felicem, et quod obtineatur quod ipsi teneant pondus et vendant cum pondere. Contra illos qui nolunt observare franchesias, concluditur quod obtineantur lictere a judice et conservatore ipsarum franchesiarum contra pedagiatorem Crusilie et illos qui receperunt pecunias ultime leve que non tenuit, et quod compellantur ad restituendum etc.

Die Veneris octava mensis maii, fuit tentum consilium in Domo Communi etc. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. de Songeto, sindicos; — G. de Nex, H. de Bona, F. Vicencii, P. Guersy, G. de Vaudo, Jo. Besson, Jo. de Orseriis.

In quoquidem consilio supervenit nobilis Johannes Blondeti, castellanus civitatis Gebenn., qui dixit quod Judei sunt in salva gardia illustrissimi principis domini nostri ducis Sabaudie et domini nostri Gebenn. episcopi et principis, et quod insultus qui fuit factus pridie contra Judeos duravit per sex horas, et quod || nobilis Anniquinus Copini || concastellanus sibi dixit quod ipse tenuit modum quod ipsis Judeis, durante sua juridicione et tempore quo ipse castellanus debet exercere juridicionem, nulla facta fuit eis offensa nec fractura, sed, adveniente tempore juridicionis ville et post solis occasum, fuerunt facte omnes fracture et depredaciones que facte fuerunt, et quod fuerunt aliqui

ex malefactoribus etc. qui fuerunt capti et detenti in castro Insule civitatis Gebenn. qui fuerunt relaxati per dominos sindicos, mediantibus caucionibus, quod non debuit fieri, ut sibi videtur.

(29) Et ulterius dixit quod facte fuerunt cride prout in eisdem continetur, quibus non obtemperatur, et quod est res mali exempli, specialiter contra Judeos qui sunt in jamdicta salva gardia; et dici audivit nobili Berthodo de Novasella quod dominus dux dedit injuriam sibi illatam dominis comiti Gebenn. et Philipo Monser
requirendo eciam dominos sindicos et consilium quod eum faciant fortem, si esset sibi neccesse, pro non observacione cridarum.

Concluditur quod domini sindici faciant congregare eorum consilium ordinarium cum Viginti-Quinque adjunctis consilio, postea exponantur verba dicta per castellanum, et fiat sibi constellano responsio prout fuerit ordinatum etc.

Eodem die fuerunt restitute lictere concesse per illustrissimum dominum nostrum ducem, concesse in Chamberiaco contra marchas etc.

Et lictere revocacionis marche Johannis Bellocti, que fuerunt reposite in armario dicte civitatis.

Die Martis duodecima mensis maii, fuit tentum consilium ordinarium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. de Songeto, sindicos; —G. de Nex, Jo. de Orseriis, H. de Bona, Jo. de Rotulo, M. Bocheti, P. Ciclat, C. Poutex, Jo. Macri, Peronetum Emonini, P. Guersy, P. Mercerii.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod domina duchissa per suas licteras missivas petit plateam juxta suam capellam etc.

Item quomodo magister Cristinus, magister monetarum, capit monetas.

Item quod macellarii vendant cum pondere.

Item quod provideatur super hoc quod dicitur quod dominus dux revocavit licteras concessas civitati et mercatoribus etc.

Item de facto pedagiatoris Crusilie.

Concluditur quod convocetur consilium iterum post prandium et exponantur eis res superius registrate.

(30) *Eodem die iterum post prandium,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. de Songeto; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, M. Montionis, C. Poutex, P. Guersy, Jo. Macri, Jo. Besson, L. Chivallerii, Peronetum Emonini.

In quoquidem consilio fuerunt exposite lictere missive domine duchisse etc.

Item quod Braseti restituat registra.

Item quod Fogia reddat ea que recepit.

Item similiter Jo. de Cabulo.

Concluditur quod convocetur cras consilium ordinarium cum adjunctione Viginti-Quinque etc., et eis legantur lictere domine duchisse et alia exponantur, et postea fiat quidquid fuerit ordinatum etc.

Die Mercuri decima tercia mensis maii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, F. Crochon, Jo. de Songeto, sindicos; — Jo. de Orseriis, H. de Bona, M. Bocheti, Jo. Macri, Peronetum Emonini, Jo. Ligot, G. de Peymes, M. Varamberti, P. Magnini, P. Gatilliardi, Jo. Besson, filius Aymonis Cortagier, Ja. Tronchonaz, A. Regis, Jo. Ruphi, Hanse Le Borsier, G. Gervasii, Ste. Pacocti, P. Monachi, F. Vicencii, Ny. de Avullier, Ja. Roguz, H. Perrodi.

In quoquidem consilio fuit lecta quedam lictera missiva, per illustrissimam dominam duchissam de Sabaudia sindicis et consiliariis ac civibus Gebenn. transmissa, que continet inter alia quod ipsa domina duchissa petit plateam juxta suam capellam pro fieri faciendo sanctum sepulcrum et unum campanile etc.

Concluditur quod expectetur magister capelle antequam fiat alia mencio de ipsa platea nec responsio super ipsa capella.

(31) *Martis decima nona mensis maii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles Jo. Servionis, H. de Bona, loco A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, M. Montionis, Ja. de Sancto Michaele, Jo. de Orseriis, M. Bocheti, Jo. Macri, F. Vicencii, P. Guersy, G. de Vaudo, Jo. Besson, Jo. de Rotulo, P. Mercerii.

In quoquidem consilio fuit exposita quod pro parte illustrissime domine duchisse fuit apportata quedam lictera missiva et in ipso consilio exhibita et per quamplures lecta et visa, que continet quod ipsa domina petit plateam juxta ecclesiam Fratrum Minorum, inclusa media porta civitatis.

Et si ipsa domina caperet tantum sicut lictera continet, esse rei publice maximum prejudicium.

Ulterius fuit dictum quod consilium strictum super ipsa materia nichil potest deliberare sine consilio generali.

Ideo advideatur si sit de neccessitate quod convocetur ipsum consilium generale.

Concluditur quod domini sindici cum suis consiliariis accedant ad locum premencionatum, et interrogetur per eos magister capelle sive lathomus quantum ipse vult et intendit capere super ipsa platea et quot pedes sive theysias, et de sua responsione fiant secrete lictere testimoniales etc.

Et ulterius quod non teneatur consilium generale usque quo recesserint commissarii qui debent venire ad istam civitatem ex parte .

Item propositum fuit quod Aymo Alliodi citari fecit nobiles Jo. Servionis et F. Crochon in Vienna, et quod causa sua concernit et tangit communitatem, et ad hoc dixerunt dicti Jo. et F. quod inquantum ipsa causa concernit seu concernere potest communitatem, sunt contenti et facere quod in eis erit. Et propterea requisierunt consilium quod ipsi super hiis deliberarent. Et si ipsi consulerent quod ipsi revocarent procuratores, ipsi revocabunt; et de requestis pecierunt licteras testimoniales.

Item fuerunt lecti certi articuli concernentes factum Judeorum, et conclusum quod consulerentur et corrigerentur ad dictamen doctorum, postea fiat examen neccessarium super ipsis.

(32) *Die Veneris xxij maii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon et Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, P. Ciclat, L. Chivallerii, F. Vicencii, Jo. Besson, Jo. Macri, Peronetum Emonini, G. de Vaudo, P. Guersy.

In quoquidem consilio fuit iterum dictum et narratum quod magister capelle illustrissime domine nostre duchisse vult et intendit incipere campanile et petit quod deliberetur sibi platea neccessaria ad faciendum etc.

Johannes Servionis et F. Crochon dixerunt quod ipsi visitaverunt locum et plateam, et quod dictum campanile bene potest fieri sine capiendo plus de platea nisi duntaxat sicut continet capella jam incepta.

Concluditur quod domini sindici et consiliarii debeant visitare locum post prandium et quod convocentur cum ipsis duo aut tres lathomi ad hoc experti pro videndo cum ipsis quid ipse magister petit et quantum vult se extendere supra plateam etc.

|| Item fuit ordinatum quod mandetur thesaurario quod solvat Roberto de Cresto decem florenos parvi ponderis pro lapidibus quos facit adducere juxta turim inceptam prope bordellum etc. || —*(Habet.)*

Successive fuit dictum et propositum quod sunt certe neccessarie juxta domum nobilis Guillelmi de Jonvillaz, eciam sunt tot et tante immundicies quod aqua que debet transire versus lacum non potest transire. Eciam est una alia carreriola sive dobia inter domum Jo. de Sales et hospitale F. Versonay eciam similiter que indiget reparacione. Comictitur Ay. Versonay et Johannes Besson qui reparari faciant prout neccessarium fuerit et or[dina]tum etc.

Item dixit et proposuit P. Mercerii quod sunt in infra cancellum Judeorum due grangie civitatis que minantur in ruynam, et quod est quidam qui petit unam; et ipse reparabit illam et dabit civitati salarium sive censam competentem.

Concluditur quod visitetur per sindicos et consiliarios, postea referatur in consilio et fiat bona provisio etc.

Supervenit eciam in jamdicto consilio providus vir Peronetus Emerici, ducalis secretarius, qui dixit et proposuit verba sequencia, seu in effectu similia, videlicet quod facta fuit quedam commissio venerabili viro domino , de Savilliana, et sibi ipsi, que continet quater viginti articulos, quorum unus est de facto Judeorum, de insultu sive offensa eis facta, et quod ipsi Judei steterunt in presenti civitate Gebenn. per decem, viginti, triginta, quadraginta annos etc., et quod dominus noster dux non habet in presenti civitate nisi illud quod ipse capit super Judeos, qui solvunt colletas et rigallias. Et plus quod fuerunt quamplurimi in dicto insultu, tam potentes quam pauperes, et quod nulla diligencia facta fuit per dominos sindicos nec per castella-

num contra grossos et potentes, nisi duntaxat contra pauperes et illos qui nichil habent etc.

(33) Et ulterius quod non sunt contenti de insultu predicto, ymo non permictunt ire Judeos libere per villam et faciunt contra eos tabussetum et verberant ipsos; et quod dominus reputat plus ad injuriam talia quam insultum primo perpetratum, quia dominus bene scit quid de insultis.

Et plus dixit quod ipse citaret dominos sindicos et castellanum, voce preconia, ad ostendendum processus per eos formatos contra delinquentes et ad docendum de diligenciis factis per eos contra illos qui talia perpetraverunt, et ad videndum se privari juridicione qua uterentur in criminalibus etc.

Super quaquidem materia fuit conclusum quod incontinenter post prandium, videlicet hora secunda post meridiem, convocaretur totum consilium cum dominis doctoribus et aliis honorabilibus viris ad videndum qualis responsio fieri debeat dicto commissario etc.

Die Martis xxvj mensis maii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros A. de Saxo, Jo. Macri loco Crochon, Jo. Songey; — Jo. de Orseriis, Jo. Macri, L. Chivallerii, F. Vicencii, Jo. de Liga, P. Guersy, Peronetum Emonini, C. Poutex, Jo. de Rotulo, P. Mercerii.

Fuit conclusum quod congregaretur consilium post prandium cum consilio de XXV, et quod apponeretur finis in ipso consilio in facto capelle illustrissime etc. domine duchisse.

Item similiter fiat responsio commissario ducali etc.

Eciam fiat responsio domino de Dusilliez, qui petit se recipi in burgensem, eciam super hoc quod petit quod detur sibi facultas edificandi super meniis etc.

(34) *Die xxvj maii, hora tercia post meridiem,* iterum fuerunt congregati A. de Saxo, consindicus, Jo. Macri loco Crochon, Jo. de Orseriis, Peronetus Emonini, Jo. de Liga, P. Guersy, G. de Rippa, H. Grossy, P. Gatilliardi, F. Vicencii.

Die Mercuri xxvij maii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros dominos P. Conodi

et G. Consilii; — Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, L. Chivallerii, Jo. de Liga, P. Guersy, Peronetum Emonini, H. de Bona. — Alii vocati : Ja. Sambavillaz, Jo. douz Peyrat, R. Guillioti, A. Marvalli, P. Jaqueti, Jo. de Rup, G. de Malodumo, Stephanus sellarius, Symonetus de Joyez, P. Aguliaterii, H. Coctoneti, A. Regis, P. Malagniodi, Copelleti, G. Gervasii, P. Gatilliardi, P. Gay, Ja. Tronchonaz, Ja. Rogouz, P. de Vessier, Ja. Ruby, Jo. Seyracti, Peronetus Emonini hostellerius, Jo. Velluti, Jo. Clementis, B. Charanczonay, P. Nycodi, H. Perrodi, G. de Rippa, Martinus Varamberti, Stephanus Achardi.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod domina duchissa requirit quod detur sibi platea juxta suam capellam et ecclesiam Fratrum Minorum pro fieri faciendo unum campanile etc.

Item eciam fuit narratum quomodo honorabilis Peronetus Emerici, ducalis secretarius, venit ad hanc civitatem, uti commissarius ab illustrissimo principe domino nostro duce deputatus, pro insultu Judeorum etc.

(35) Item eciam fuit dictum quod nobilis et potens vir Johannes de Menthone, dominus Dusilliaci, requirit quod ipse recipiatur in burgensem, eciam quod detur sibi facultas domificandi super meniis civitatis econtra domum suam, situatam juxta portam Sancti Anthonii civitatis Gebenn.

Concluditur quod complaceatur domine duchisse in hiis que ipsa petit, demptis Servionis et H. de Bona qui dixerunt quod eis videbatur quod esset bonum ire ad dominam et sibi remonstrare factum rei etc.

De facto commissarii concluditur quod habeatur consilium doctorum et postea fiat quicquid per eos fuerit consultum etc.

De facto domini de Dusillier concluditur quod exponatur in consilio generali et postea fiat ad ordinacionem dicti consilii.

Die Veneris xxix maii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — Jo. de Orseriis, L. Chivalerii, Peronetum Emonini, H. de Bona, C. Poutex et P. Mercerii, receptorem.

|| In quoquidem consilio fuit receptus in burgensem Hugoninus Ramelli, chapellerius, de Petra, pro vij florenis, j collovrina.

Item similiter Mermetus Paqueti, chapellerius, de Collongiis in terra Gaii, sicut precedens.

Item eciam Peronetus de Palude, sutor, de Saconeto parvo, sicut precedentes. ||

(Registrate sunt in libro domus ville etc.).

Eodem die xxix maii, fuit iterum tentum consilium in Domo Communi dicte civitatis per quatuor sindicos superius nominatos, Jo. de Orseriis, C. Poutex, F. Vicencii, Jo. Macri, P. Guersy, L. Chivalerii, Jo. de Rotulo.

In quoquidem consilio fuit propositum quod illustrissimus comes d. Philipus de Sabaudia venerat et erat in presenti civitate, et quod esset bene factum si faceretur sibi aliquod placitum.

Concluditur quod faciatur sibi unum simile donum sicut factum fuit domino principi Pendemoncium, quando fuit ultimate in presenti civitate.

(36) *Die Martis secunda junii,* fuit tentum consilium in Domo Communi presentis civitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, M. Montion, Jo. de Orseriis, H. de Bona, M. Bocheti, L. Chivallerii, Jo. Macri, Peronetus Emonini, Jo. de Rotulo, Jo. de Liga, F. Vicencii, P. Mercerii receptor.

In quoquidem consilio supervenit Colletus Guersy qui dixit quod pridem ipse litigavit cum communitate hujus civitatis Gebenn., eo quia ipsa communitas non permictebat sibi domificare grangiam suam supra lacum econtra domum suam, sitam in carreria Ripparie, juxta , requirendo quod ipsa communitas sibi permicteret et dimicteret domificare predictam suam grangiam, actento quod ipse jam habuit duas ordinaciones sive sentencias super processus occasione ipsius edificii ventilatos.

Concluditur quod visitentur processus et postea, visitatis, quod exponatur casus in consilio generali, et omnes sic concluserunt, dempto Servionis qui dixit quod si doctores et consiliarii dicerent quod res non posset manuteneri, quod communitas dimicteret sicut est.

Ulterius supervenit Petrus Braseti, notarius, quod dixit quod ipse

stetit in servicio presentis civitatis spacio duorum annorum et fuit, ipso tempore durante, communis scriba, et apportavit copias registrorum suorum ipsorum duorum annorum, quas presentavit prefatis dominis sindicis et consiliariis, protestando quod si reperiretur error in aliquo passagio, quod ipse talem errorem semper possit reparare. Et de ipsa presentacione et exhibicione premencionata eciam de hoc ipsis dominis sindicis et consiliariis dimisit premencionatas copias; peciit licteras testimoniales.

Cuiquidem Petro Braseti fuit responsum per jamdictum consilium, nemine discrepante, quod ipse non debebat nec tenetur detinere registra ipsius civitatis, quinymo restituere tenetur originalia etc.

Et ulterius fuit dictum quod visitentur pacta facta cum eo, quando ipse intravit consilium civitatis, postea, secundum ipsa pacta, provideatur contra ipsum sic quod restituat originalia, si ita fieri debeat etc.

Mandatur receptori emolumentorum civitatis quod solvat Johanni de Liga viginti florenos parvi ponderis et unum grossum pro dono facto illustrissimo domino Philipo de Sabaudia etc. — *(Habet.)*

Similiter mandatur eidem receptori quod solvat Roberto Janini, lathomo tacherie Alarum civitatis, videlicet viginti florenos parvi ponderis ultra xxx florenos quos jam habuit etc., et in diminucionem dicte tacherie etc. — *(Habet.)*

(37) Successive fuerunt exhibita per Songey nonnulla capitula que essent bona et utilia civitati, ut dicebat, si possent confirmari per dominos vicarios, et ipsa capitula in ipso consilio lecta et exaudita.

Et auditis, per consilium ultimum fuit repulsum; super aliis fuit conclusum quod ponerentur in consilio et visitarentur per doctores, postea quod fieret super ipsis illud quod domini doctores dicerent etc.

Iterum fuit dictum quod Johannes de Blany vult incipere campanile juxta capella domine duchisse et quod alias fuit dictum quod ipse non caperet plus de platea quam contineat ipsa capella de transverso per supra carreriam, et quod esset forte neccesse complacere sibi in aliquo.

Concluditur quod F. Crochon et Jo. Macri sint cum eo et quod ipsi possint pachiare cum eo usque ad viginti quinque scuta etc.

JHESUS

Die dominica septima mensis maii [junii] et post festum Eucaristie domini nostri Jhesu Christi, fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gebenn., super materiis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, F. Vicencii, Jo. Macri, Peronetum Emonini, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, L. Chivalerii, P. Guersy, Jo. Besson, Ja. de Sancto Michaele, H. de Bona, consiliarios; — Jo. Rogeti, P. Mercerii, Ja. Guinacti, Anthonius de Castro, Ay. Thonerie, Ste. de Nemore, M. de Nanto, G. Mourerii, P. Vessier, L. Chenevalis, Jo. Ternier, P. Fassoreti, Jo. Meystrot, Anthonius chapellerius, A. Perreti, P. Vignioli, G. Monaton, Jo. de Oreriis, Jo. de Castrorubeo, B. Vicencii, Reymondus Privissini, Roletus Guillieti, P. Nycodi, Ja. Balme, Ste. de Putheo, Girardus Gervasii, P. Gatilliardi, Ny. de Nanto, H. Vullie, Jo. de Crosa, P. de Sancto Johanne, Lud. Trucheti, Jo. Monachi, P. Monachi, P. Biolley, Ja. Ruphi, M. Bucterii, P. Molleti, Ny. Rufferii, P. Moreti, Jo. Davanodi, Jo. Ramelli, Peccolacti, Bollieti tissutorum magister, Jo. Roberti, Jo. Balli, dictus Balli, A. Ragie, Ja. de Gerdili, Jo. de Jous, Malagniodi macellarius, (38) Benedictus Levrerii, Janinus de Platea, Germagn. condurerius, Jo. Biolley, Ny. Regis, Anthonius Champion, Reymondus de Orsier, P. Chivilliardi, P. Nerga, dictus Jalla, Biolley carpentator, P. de Leysu, P. Lanson, Jo. Alberti, Ja. de Fonte, dictus Tricto, Ansermetus de Platea, Jo. Longy, A. Asinarii, F. Rigardi, Jo. Ansermeti, H. Bosonis, Ste. Gotrosii, Thomas Magni et plures alios tam cives quam burgenses predicte civitatis Gebenn. etc.

In quoquidem consilio fuerunt proposita sequentia, videlicet primo quomodo illustrissima domina duchissa rescripsit bina vice dominis sindicis et communitati ut sibi expediretur platea juxta et prope suam capellam inceptam in ecclesia Fratrum Minorum, pro construi faciendo unum sanctum sepulcrum et unum campanile, requirendo quod fieret sibi responsio etc., et de hoc instabat magister ipsius capelle.

Item eciam de commissario ducali qui dixit dominis sindicis et con-

siliariis quod ipse habebat commissionem etc., et quod dominus noster dux volebat scire qualem diligenciam ipsa civitas fecerat contra illos qui fecerunt insultum contra Judeos et quod ipse volebat videre processus et citaret eos in cruce de Cornavin, voce preconia etc.

Item fuit propositum super computis quod ipsi non potuerunt habere computa antiqua, eciam illi qui reperitur in ipsis computis debitores non fuerunt auditi super erroribus ipsorum computorum, qua forte quando ipsi erunt auditi, ipsi reddent raciones legitimas, sic quod nichil petetur ab eis, et quod daretur deputatis licencia et potestas audiendi ipsos.

Item de novis capitulis fiendis augmento franchesiam.

Item de scribis temporis preteriti qui non restituerunt nec volunt restituere registra civitatis.

Item fuit dictum quod leva pridem facta per olim sindicos, videlicet G. de Enex, M. Montionis, Ja. de Sancto Michaele et A. de Peymes fuit registrata, et quod sunt aliqui qui solverunt illud quod fuerunt taxati, et illi qui receperunt nolunt eis restituere, ymo faciunt ipsos litigare, specialiter G. de Fogia qui recepit a dicto Folliet quatuor florenos parvi ponderis.

Item fuit dictum quod franchesie translate de latino in galicum sunt perdite.

Item fuit dictum quod fuit factum quoddam mandatum Michaeli Montionis de quinquaginta florenis parvi ponderis, ut ipse poneret ad mundum librum leve, quem librum ipse non restituit.

Item similiter Petro Braseti fuit factum quoddam aliud mandatum de xlix florenis pro dicta leva et similiter nichil restituit.

Item fuit dictum et advisatum de insultu facto contra Judeos, quod illius occasione fuerunt facte populo multe prohibiciones, cride et alie deffensiones ne offenderent Judeos; et nolunt tacere nec se astinere quin non offendant eis, et quod illi qui habent pueros et servitores deberent apponere remedium, deffendendo pueris et servitoribus quod non offendant eos, quia eciam incurrunt sentenciam excommunicacionis contra tales latam.

(39) Item de causis inceptis contra Aymonem Alliodi, quas noluerunt prosequi quinymo revocaverunt substitucionem per eos factam, videlicet Songey et Saxo et alii, prosequntur. Ibidem Jo. Servionis

respondit quod ea que facta fuerunt usque nunc, quod ipse et Crochon volebant solvere expensas. Dictus Crochon dixit quod non.

Item eciam de causa Prepositi, Chivalerii, Ciclacti, eo quia sequti fuerunt dominum Montisfortis pro insultu perpetrato contra dominum Nycodum Monachi, qui volunt quod causa ducatur expensis civitatis.

Item eciam fuit locutum de causa vigillum, qui duxerunt de nocte quemdam presbiterum ad carceres civitatis, utrum causa debeat duci expensis civitatis aut non.

Item eciam fuit dictum quod grangie civitatis que sunt in Judearia destruuntur et minantur in ruynam, et quod melius esset quod abbergarentur alicui qui daret pensionem quam si destruerentur omnino.

Item eciam de expensis factis contra Jo. de Lancier, videlicet quod civitas non tenetur illas supportare, ymo illi qui fuerunt minati ab eo.

Item eciam sunt aliqui qui aplicant se supra commune juxta aquam et prope pontem Areris.

Item eciam fuit dictum quod G. de Enex importavit certas scripturas quas ipse extraxit ab armario civitatis.

Idem respondit quod ipse illas habebat per inventarium manu Nycodi Breyseti et quod illas convenerat restituere, et iterum contentus erat illas restituere dominis sindicis, non tamen in manibus A. de Saxo.

Item fuit propositum quod nobilis et potens Johannes de Menthone, dominus Dusilliaci, vult effici burgensis et ulterius quod ipse vult alciare suam domum juxta portam Sancti Anthonii situatam et facere fenestras supra murum civitatis.

Item non potest fieri inventarium rerum et scripturarum arche civitatis eo quia non poterunt habere unam ex clavibus ipsius arche a precedentibus sindicis etc.

Item eciam fuit propositum quod loco de xxv positis cum consilio stricto vocarentur priores consindici.

De facto leve superius mencionate, dixerunt omnes generaliter quod erat revocata, dempto Enex qui dixit quod non erat revocata. Iterum fuit cridatum generaliter quod erat revocata et quod si non esset revocata quod ipsi revocabant eam.

Et ulterius ipsum consilium generale quictavit omnes obligatos civitati ad causam ipsius leve, excepto de expensis faciendo et ordinando talem levam factis.

Et ordinatur quod restituantur pecunie exacte illis a quibus exacte fuerunt et per illos qui illas pecunias exegerunt.

Et ut constaret de revocacione ipsius leve, fuerunt exhibite quedam lictere testimoniales manu Guillelmi Mourerii, ut dicebatur, signate etc.

(40) Concluditur quod consilium sit et remaneat sicut est et quod ipsum consilium cum xxv sibi adjunctis convocet unum bonum numerum hominum et personarum civitatis et de notabilioribus. Et postea legantur et ponantur in eorum presencia capitula superius mencionata, quibus datur potestas procedendi et providendi prout et quemadmodum faceret dictum consilium generale si in ipsius consilii generalis presencia esset etc.

Die Lune octava junii post meridiem, fuit vocatum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., videlicet consilium ordinarium et consilium de xxv.

In quoquidem consilio interfuerunt A. de Sax, F. Crochon, Jo. Songey ; — Michael Montionis, Ja. de Sancto Michaele, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Peronetus Emonini, Jo. de Liga, P. Prepositi, Jo. de Orseriis, Jo. Velluti, Aymonetus Marvalli, Symonetus de Joyez, Jo. Besson, Pe. Vessier, Ja. Roguz, Martinus Varamberti, F. Vicencii, L. Chivallerii, H. Grossy.

In quoquidem consilio fuerunt vocati omnes illi de consilio ordinario et plures alii, videlicet Viginti-Quinque adjuncti et ultra, et noluerunt venire, ideo queritur qualis provisio debet fieri contra eos.

Concluditur quod unus vigilli cum scriba communi vadant ad vocandum eos iterum et omnes illos qui ponuntur in rotulo, et quod ipse habeat intencionem omnium et ponat idem scriba in scriptis in margine rotuli etc.

(41) *Die Martis nona junii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. more solito, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles Jo. Servion, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos ; — G. de Nex, Montionis, Ja. de Sancto Michaele, Jo. de Orseriis, H. de Bona, Jo. de Rotulo, M. Bocheti, Jo. Macri, F. Vicencii, Jo. Ligot, Jo. Besson, Peronetum Emonini, G. de Vaudo, L. Chivallerii, P. Mercerii receptorem.

In quoquidem consilio fuit propositum quod dominus Jacobus Fuserii vult facere unam pyesonam muri econtra domum suam et est supra commune. Concluditur quod domini sindici vadant et deffendant rem, prout decet.

Heremita querit quod Dei amore et pietatis intuitu civitas det sibi pro faciendo unum habitum. Concluditur quod dentur sibi vj floreni.

Item de facto cabareti subtus domum Tavellorum, dicitur quod est quidam qui volebat duo scuta etc. Remaneat platea vacua, sicut est.

Super facto Colleti Guersy, audiatur idem Colletus Guersy et pocius (?) in amicicia quam cum rigore.

Item magis propositum extitit quod Symondus Gazanie dicit quod ipse stetit longo tempore in civitate Gebenn. et non est burgensis, et dicit quod civitas sibi tenetur in quinquaginta scutis et quod ipse vult et querit quod ipse efficiatur burgensis et fiat sibi bona societas. Solvat (major pars consensit ad) viginti scuta.

Eadem die nona junii, iterum fuit tentum consilium post meridiem, de materiis et super materiis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, consindicos; — G. Enex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, H. de Bona, Jo. Macri, Jo. Ligot, F. Vicencii, Peronetum Emonini, Jo. Besson; — Ja. Sambavillaz, Ste. Achardi, Ay. Versonay, A. Asinarii, M. de Nanto, Jo. Rup pelliparius, Ste. Pacocti, Jo. Meystrocti, P. Jaqueti, Jo. de Orseriis, P. Lamet, Symonetus de Joyez, Jo. Girardi, R. Lullini, Girardus Gervasii, Ja. Ruby, G. de Malodumo, H. Grossy, A. Turci, M. Varamberti, P. Nycodi, P. Magnini, Jo. Quarrerii, Jorsinus de Sancto Michaele, Ja. Barme.

(42) In quoquidem consilio fuit iterum narratum quomodo magister capelle domine duchisse petit relacionem haberi super licteris missivis per illustrissimam dominam duchissam predictam transmissis.

Concluditur quod vocetur iterum crastina die de mane, hora sexta, consilium generale et ibi fiat conclusio etc.

Item et quod dicatur dominis vicariis quod ipsi intersint in ipso consilio etc.

JHESUS

Die Mercuri decima mensis junii, fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gebenn., super negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, consindicos; — G. Enex, F. Vicencii, P. Guersy, Jo. Macri, Jo. Ligot, G. de Vaudo, Peronetum Emonini, Jo. de Orseriis, H. de Bona, P. Mercerii, M. Montionis, Ja. de Sancto Michaele, consiliarios; — Ja. Sambavillaz, P. Nycodi, P. Lamet, Ja. Ruby, G. de Capella, A. Asinarii, H. Grossy, Ny. Luyseti, P. de Gerdili, Jo. Ansermeti, P. Chautemps, Ny. Ruffiez, Ja. Barme, Ja. Roguz, P. Vessier, Jo. Balli, P. de Sancto Johanne, Jo. Clementis, Jo. Cortagier, P. Galliardi, A. de Fontana, Theobaldus Pinamberti, Jo. de Crosa, L. Clementis, P. Christini, P. Regis, Jo. Nobleti, P. Gay de Putheo, Jo. Fornerii, B. Vicencii, Reymondus Lullini, G. Boverii, Anthonius Berruti, Ay. Migneti, Jo. Girardi, M. Varamberti, F. Clerici, L. Trucheti, A. douz Marsey, G. Mourier, Ste. de Putheo, Jo. Gervasii, P. Molleti, Ja. de Gerdili, Ja. Trop, Guillermus barbitonsor, G. de Malodumo, Jo. Mariglerii, P. Monachi, P. Vignioli, A. Perreti, A. Clementis, Jo. Borgesii, A. Marvalli, Jo. Longi, Ste. de Furno, Jo. Quarrerii, Jo. Alberti, P. Joly, P. Magnini, Tombeti, Jo. de Oreriis, P. Christin, Michallie, P. Privissini, A. Fabri, P. de Nanto, B. de Charanczonay, P. Espingueti, P. de Eysello, Ja. de Bogiaco, Thomas Magnini, Byoleis carpentator, dictus Boccon, Jo. de Strata, P. Loujon, Anthonius Turci, G. Burgacti, P. de Quercu, F. de Feugeria, P. Malagniodi, P. Peytralis, H. Perrodi, Jo. Ramelli, Peccollati, Jo. Roberti, Jo. Mermodi, P. Marqueti, Jo. Sirventis, H. Beatrisii, Ste. Gotrosii, Symonetus de Joyez, G. Michaudi, Ja. Ruphi, Hugoninus de Bona, Hugoninus Jacaudi, Robertus Janini, tam cives, burgenses, quam habitatores civitatis Gebenn., et quamplures alii ex dictis civibus et burgensibus dicte civitatis Gebenn.

(43) In quoquidem consilio fuit propositum, pro parte illustrissime domine duchisse etc., quomodo ipsa fondavit suam capellam in ecclesia Cordigerorum, et quod ipsa intendit ibi fieri facere sanctum sepulcrum et unum campanile et pro platea habenda juxta ipsam capellam ipsa mis-

sit dominis sindicis trinas licteras missivas, et propterea quod unusquisque dicat votum et quid sibi videtur etc.

Concluditur generaliter in dicto consilio et nemine contradicente quod expediatur sibi domine illud quod ipsa querit, inquantum concernit communitatem civitatis, et quod vocentur domini vicarii per dominos sindicos, qui accedant, si velint, ad magistrum lathomum ipsius capelle, dicendo sibi quod faciat opus, prout utilius erit, et quod ipse non difformet carreriam, nisi ita parum sicut poterit etc.

Ulterius fuit dictum quod die dominica nuper lapsa fuit tentum consilium generale et posite multe res et plura negocia ubi nulle facte fuerunt conclusiones, sed remissum consilio stricto et de Quinquaginta, utrum vellent quod remaneret sicut conclusum fuit.

Concluditur iterum quod ipse conclusiones remaneant sicut facte fuerunt etc. Statim in exitu dicti consilii generalis domini sindici superius nominati requisierunt dominum P., presbiterum, covicarium episcopatus Gebenn., quatenus placeret sibi quod ipse vellet ire ad locum ipsius capelle, et ipsi sindici secum irent ad videndum visitandum locum ipsius capelle et sciendum quantum ipse magister vult se ampliare super dicta platea.

Lictere testimoniales.

Anno Domini millesimo quatercentesimo sexagesimo primo et die decima mensis junii, indicione nona, existentibus et constitutis in castro Insule civitatis Gebenn. nobilibus viris Amedeo de Saxo, Francisco Crochonis, consindicis communitatis Gebenn., et nobili Johanne Blondeti, locumtenente domini vicedompni civitatis Gebenn., dicti domini sindici sibi dixerunt quod die Sabbati nuper lapsa, que fuit septima junii, fuit adductus in castro predicto quidam Amedeus de Rua, de Burdignino, qui multum inculpabatur de quamplurimis latrociniis, et ipsi locumtenenti in custodiam traditus, quem pecierunt ipsi domini sindici sibi exhiberi pro justicia ministranda de eo.

Et idem nobilis Johannes Blondeti, locumtenens predictus, dixit et eisdem dominis sindicis respondit quod idem Amedeus de Rua fuit relaxatus de consensu nobilis Johannis Servionis, consindici predicte civitatis, qui dixit quod ipse veniebat relaxandus, et quod ipse locumtenens sibi dixit quod si deberet relaxari quod relaxaretur, et, hiis sic peractis et

dictis, Guillelmus Philanceti, concustos carcerum dicti castri Insule civitatis, dixit quod nobilis Johannes Servionis ipsum Amedeum sibi deferrari fecit et sibi dixit quod ipsum ire dimicteret. Et de predictis dicti domini sindici pecierunt sibi dari licteras testimoniales. Actum Gebennis, in predicto castro Insule, presentibus ibidem discretis viris Johanne Rogeti, Francisco Vicencii, Petro Guersy, testibus etc.

(44) *Die Veneris xij mensis junii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, A. de Saxo, Franciscum Crochonis et Johanne de Songeto, sindicos; — Jo. de Orseriis, C. Poutex, H. de Bona, F. Vicencii, Peronetum Emonini, G. de Vaudo, L. Chivallerii.

In quoquidem consilio fuit creatus in burgensem honorabilis vir Symondus Gaczanie, campsor, de Florencia, precio viginti scutorum et una colovrina valente xv solidos. — *(Registratum est alibi).*

Mandatur thesaurario quod solvat vigilibus, pro pena pulsacionis campane, xiiij florenos parvi ponderis. — *(Registratus est etc.; habent mandatum).*

Item eciam quod concluditur super facto commissarii, qui jam fuit tot et tantis vicibus in consiliis recitatus, quod dentur sibi quatuor scuta pro suis expensis et remonstretur sibi quod ipse non potest nec debet exercere aliquam commissionem, postea vadat etc.

(Hic cessavit thesaurarius ad solvendum.)

Die Martis xvj junii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. de Songeto, sindicos; — G. de Enex, Jo. de Orseriis, M. Bocheti, C. Poutex, P. Ciclat, Jo. Macri, L. Chivalleri, P. Guersy, et P. Mercerii, G. de Vaudo, Jo. de Rotulo, P. Mercerii receptor.

In quoquidem consilio fuit dictum quod fuerant presentata commissario ducali quatuor scuta que noluit, ymo dixit quod nichil reciperet.

(45) *Die Martis xxiij junii,* fuit tentum consilium in Domo Communi hujus inclute civitatis per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, F. Crochon, Jo. de Songeto; Saxo erat extra pro quadam limitacione etc.; — G. de Nex, Ja. de Sancto Michaele, M. Montionis, Jo. de

Orseriis, Jo. de Rotulo, C. Poutex, H. de Bona, Peronetus Emonini, F. Vicencii, P. Ciclat, P. Guersy, Jo. Macri, L. Chivallerii, Jo. Ligot, G. de Vaudo, P. Mercerii receptor.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod anno nuper lapso fuit reperta in ecclesia Sancti Petri Gebenn. quedam filia et stetit per unam diem antequam reperierit aliquam consolacionem et, videntibus dominis sindicis et dubitantibus ne periret, ceperunt et tradiderunt nutrici que petit pecunias. Concluditur quod G. de Peymes et Ja. Roguz, pro hac vice duntaxat, nutriri faciant super elemosinis pisidis Animarum Purgatorii.

Concluditur eciam quod dentur sex scuta honorabili viro Peroneto Emrici, ducali secretario et commissario, contra illos qui fecerunt insultum contra Judeos deputato, et pro suis expensis, vj scuta.

Et quia Petrus de Loujon, burgensis Gebenn., vendebat vinum quindecim denariis, quod est et erat contra rem publicam, fuit sibi prohibitum sub pena contenta in franchesiis quod non vendat vinum quod vendebat xv denariis nisi decem denariis duntaxat.

Ulterius fuit conclusum quod iretur ad dominos vicarios et quod fieret provisio decens et opportuna contra ipsum Loujon et alios.

Die Martis ultima junii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servion, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, M. Montionis, M. Bocheti, H. de Bona, C. Poutex, Ja. de Sancto Michaele, Jo. Macri, L. Chivallerii, F. Vicencii, G. de Vaudo, Jo. Besson, Peronetus Emonini, P. Guersy, P. receptor.

(46) In quoquidem consilio fuit propositum quod Petrus de Loujon et nonulli alii conqueruntur de crida facta quod non vendatur vinum ultra decem denarios etc.

Concluditur quod crida remaneat sicut est et quod non infringatur, et si sint aliqui qui conquerantur audiantur benigniter coram dominis vicariis etc.

(45 bis) *Die Veneris tercia mensis jullii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, et Johannem de Songeto, sindicos; — Gi-

rardum de Nex, Johannem de Orseriis, Johannem de Rotulo et Franciscum Vicencii.

In quoquidem consilio fuit receptus in burgensem Amedeus Rogimont, marescallus, habitator Gebenn.

Et recepit licteram borgesie idem Franciscus Vicencii in absencia Nycodi Breyseti qui tunc erat scriba communis civitatis etc.

Pro qua borgesia solvit x scuta et xv solidos pro j colovrina.

(46) *Die Martis septima mensis jullii,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Sax, F. Crochon et Jo. Songey, sindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, C. Poutex, P. Ciclat, H. de Bona, M. Montionis, P. Emonini, Jo. de Liga, P. Guersy, G. de Vaudo, Jo. Besson, L. Chivalleri, P. Mercerii receptorem.

In quoquidem consilio fuit propositum quod apponeretur remedium in pondere panys, item utrum debeatur rescribere super lictera Jo. de Lancier.

De introgio vini propter quemdam de Thonono qui non vult solvere.

Propter absenciam tamen communis fuit totum remissum ad Veneris futuram.

Die Martis decima quarta mensis jullii, fuit tentum consilium ordinarium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Johannem Songey, sindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, H. de Bona, C. Poutex, P. Ciclat, Jo. de Liga, P. Guersy, G. de Vaudo, Jo. Besson, L. Chivallerii, Peronetus Emonini, Jo. Macri, P. Merceri receptor.

In quoquidem consilio fuit ordinatum et conclusum quod fierent octo pondera signata ad uncias pro ponderando panem.

Item quod instetur contra illos qui vendiderunt vinum contra formam cridarum, quod pugniantur.

Item fuit deputatus custodia vinearum a parte Sancti Gervasi Petrus Gervasii, habitator Gebenn., qui promisit et juravit bene, probe, fideliter et legaliter custodire premencionatas vineas et quamlibet posam pro duodecim denariis monete cursalis.

Item fuit dictum quod domini sindici irent ad dominos vicarios et re-

quirerent eos quod ipsi dimicterent eis facere justiciam de Roleta que alias testifficata fuit contra Alliodi.

(47) Ulterius supervenit Petrus Croyson qui dixit et proposuit quod ejus consors jam fuit detenta in castro Insule civitatis Gebenn. spacio sex septimanarum vel circa sine cause cognicione, eciam sine denunciatore vel accusatore, quod est contra franchesias et libertates civitatis Gebenn., petendo et requirendo eam relaxari.

Ulterius dixit quod nonnulli venerunt ad ejus domum habitacionis, in qua suum lectum munitum culcitra, pulvinali plumarum et una copertura cum certis aliis suis eximentis et bonis mobilibus ceperunt, requirendo dominos sindicos et consiliarios quod sibi restitui faciant etc.

Et plus dixit quod culpa et deffectu illorum qui detinent suam uxorem et detineri fecerunt, quidam puer suus decessit infra Insulam, quare protestatur de suis dampnis et injuria suis, loco et tempore prosequendis.

Concluditur super prenarrata materia quod domini sindici restitui faciant omnia bona sibi a domo sua extracta, eciam quod liberent mulierem suam seu liberari faciant per modum per quem deliberari debet a dictis carceribus, hinc ad diem Jovis proxime venturam.

Sic et taliter quod idem Croson contentari et pa[ci]ficatus esse debeat.

Eodem die xiiij jullii post prandium, hora vesperorum, fuit iterum tentum consilium in Domo Communi etc. per Jo. Servionis, A. de Saxo, F. Crochon, Jo. Songey, sindicos; — G. Denex, Montionis, Jo. de Orseriis, H. de Bona, C. Poutex, Emonini, Jo. Ligot, P. Guersy, Jo. Besson, P. Guersy.

In quoquidem consilio fuerunt requisiti predicti domini sindici quod sentencia uxoris dicti Croson debeat per ipsos expediri infra cras aut diem Jovis proxime venturam per totam diem et in assisia, sic et taliter quod civitas non gravetur.

Et bona capta dicto Petro Croson et in ejus domo sibi restituantur, et si non reperiantur restituatur sibi verus valor.

Et de premissis requisiti fuerunt domini sindici per dominos de consilio presentes qui dictos dominos sindicos requisierunt, suis et aliorum dominorum consiliariorum nominibus et secum adherere volentibus,

protestando quod non prejudicet communitati et pecierunt licteras testimoniales.

Ibidem predictus nobilis Jo. Servionis dixit quod non fuit consenciens de captione nec de detencione uxoris dicti Croson et quod ipse est presto et paratus adherere consilio et facere que ordinata fuerint per ipsum consilium, et peciit licteras testimoniales.

(48) Et similiter nobilis A. de Saxo dixit quod ipse est presto et paratus facere ea que erunt sibi possibilia et quod feratur sentencia ipsa mulieris sic et taliter quod justicia debeat contentari.

Ulterius supervenit nobilis Anniquinus Copini, locumtenens domini vicedompni, qui dixit et proposuit quod domini vicarii obtinuerunt monere ipsum locumtenentem et dominos sindicos ad restituendum in manibus ipsorum Roletam, qui alias testifficata fuit contra Alliodi, ad sciendum quid fiendum super ipso monitorio.

Item plus dixit quod post recessum nobilis Johannis Blondeti ipse reperit in castro Insule dictam Croysonaz, et plus dixit quod de detencione sua curia domini vicedompni nichil scivit et quod ipsa fuit capta criminosa et per dominos sindicos tanquam criminosa retenta. Et plus dixit quod curia vicedompnatus et servitores ejusdem sunt innocentes de detencione et capcione ipsius Crosonaz; requisiit quod liberatur a carceribus.

Quiquidem dominus castellanus sine locumtenente fuit interrogatus utrum ipse erat bene securus quod officiarii ipsius vicedompnatus nichil sciverunt de detencione ipsius Crosonaz, qui respondit quod sic et quod ipsa curia nichil scivit neque sui officiarii.

Item plus dixit idem castellanus quod fuit capta sine consensu sindicorum et consilii. Songey respondit quod A. de Saxo bene scivit quando fuit capta. Idem Saxo dixit et respondit quod nichil scivit etc.

Quibusquidem dominis sindicis fuit dictum per dominos de consilio superius nominatos et nomine tocius communitatis, primo quod respiciant deffectus suos cum offensis per eos factis et pro honore ipsorum et bono civitatis reparent sic quod culpa et deffectu ipsorum justicia non ledatur. Et si non velint facere, quod dicant ipsis dominis consiliariis, et ipsi facient cridare consilium generale, postea providebunt prout eidem consilio videbitur expediens; et de hiis pecierunt licteras testimoniales domini de consilio pro se et aliis.

Item quod pro illa muliere detenta pro facto Alliodi fuit conclusum quod domini sindici cum castellano irent ad dominos vicarios, requirendo ipsos quod ipsi velint revocare monicionem et eis dimictere ipsam mulierem pro justicia ministranda, et si noluerint faciant quod in eis erit etc.

I(n)tem fuerunt interrogati ipsi domini sindici utrum velint observare dicta et ordinata per consilium, qui responderunt quod sic.

Die xv jullii. — Nobiles Anniquinus Copini, locumtenens etc., Jo. Servionis et Jo. Somgey accesserunt ad venerabilem virum dominum Ja. Fuserii, vicarium etc., et eum requisierunt quod ipse vellet revocare licteras per eum decretas contra eos, eo quod ipsi remicterent Roletam etc., et quod ipsam Roletam eis dimicteret et ipsi se offerebant facere bonam et brevem justiciam. Quiquidem dominus vicarius dixit et eis respondit quod ipsi alias eam habuerunt et non fecerunt justiciam, sed eam habere promiserunt et quod causa fuit advocata, sic quod non intendit eis in aliquo innovare (49) nec ipsam eis dimictere; et de premissis pecierunt licteras testimoniales, presentibus domino Nycodo Monachi et Jordano Regis, testibus etc. Datum in domo predicti domini Jacobi etc.

Die xvj jullii. — Fuit iterum tentum consilium etc., super processu dicte Crosonaz, per nobiles et honorabiles Jo. Servionis, A. de Saxo et F. Crochon, consindicos; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, M. Montionis, Jo. Macri, L. Chivalerii, P. Guersy.

In quoquidem consilio fuit conclusum quod ipse Crochon caperet processum ipsius mulieris et visitare faceret et consuleret ubi place[b]it sibi et quod faceret fieri sentenciam absolutoriam vel condempnatoriam, prout jus requirit, et quod ipse petat utrum posset reformari processus et per quem modum et plus faciat prout videbitur sibi expediens.

(50) *Die Martis vicesima prima mensis jullii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, A. de Saxo, Franciscum Crochon, Jo. de Songeto, sindicos; — G. de Nex, M. Montionis, A. de Peymes, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, H. de Bona, C. Poutex, L. Chivallerii, P. Ciclat, Peronetum Emonini, Jo. Ligot, G. de Vaudo, Jo. Macri, Jo. Besson, P. Guersy, M. Bocheti, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit apportata copia cujusdam citacionis per quam citantur, instante Aymone Alliodi, nobiles F. Crochon et Jo. Servionis, consindici civitatis Gebenn., et querunt ipsi sindici a suo consilio quid sit fiendum.

|| Mandatur thesaurario quod solvat A. de Peymes xx florenos parvi ponderis, quinque solidos et sex denarios monete cursalis, pro conductu aque facto in platea communi sita ante capellam Beate Marie Virginis pontis Rodani, quos xx florenos, quinque solidos, implicavit ipse Amedeus et ita juravit in presencia dicti consilii ad sancta Dei evangelia ad tantum ascendere et plus etc. || — *(Habet mandatum.)*

Iterum fuerunt requisiti domini s(yd)indici per dominos de consilio quod super debatis suis habeant concordare simul etc.

Eodem die, fuit presentatus per nobilem Anniquinum Copini, locumtenentem domini vicedompni civitatis Gebenn., [H. de Bona] dominis sindicis et consilio ut reciperent eum ad portandum baculum et exercendum officium vicedompnatus Gebenn., et sic peracto idem juravit exercere officium et non facere relaciones falsas.

(51) *Die Martis vicesima octava mensis jullii,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, A. de Saxo, Jo. de Songeto; — G. de Enex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, C. Poutex, Jo. Besson, P. Ciclat, G. de Vaudo, H. de Bona, L. Chivallerii, M. Montionis, P. Guersy, Peronetum Emonini, F. Vicencii, P. Merceri.

In quoquidem consilio supervenerunt nonnulli escofferii, qui dixerunt quod officiarii domini nostri episcopi et principis eos pignoraverunt pro certis bancagiis. Concluditur quod domini sindici assistent et compareant cum eis coram dominis vicariis.

Eciam supervenit dicta Croysonaz associata Jo. Rogeti, qui Rogeti pro eadem dixit quod alias fuerunt facte alique requeste dominis sindicis et consiliariis pro parte ipsius Croysonas et sui mariti, condurerii, quomodo ipsa et puer suus fuerat detenta contra formam juris et franchesiarum civitatis, iterum requirendo totum consilium quod decla-

rent et respondeant utrum ipsa et ejus puer capta fuerit de ipsorum consensu aut non, dicendo quod ipsa non tenetur ad expensas quas petunt custodes carcerum.

Et plus dixit quod camera sua fuit forragiata et peciit super hiis provideri, protestando de suis dampnis, interesse et juria, de quibus pecierunt licteras testimoniales, allegando suspectum Songey.

De facto dicti Croyson et sue uxoris concluditur quod conclusiones alias facte remaneant sicut facte fuerunt.

Die Martis quarta mensis augusti, fuit tentum consilium in Domo Communi etc. per nobiles et honorabiles viros Jo. Songey, H. de Bona, loco A. de Saxo etc.; — Ge. Enex, Ja. de Sancto Michaele, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, P. Ciclat, L. Chivallerii, P. Emonini, F. Vicencii, G. de Vaudo, P. Guersy, C. Poutex, Jo. de Liga, Jo. Besson, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod recz Francie [1] decessit et quod de[be]retur cessare a coreis etc.

Concluditur quod sindici se transferant versus vicarios et eis narrent casum et habeant deliberacionem cum ipsis quid sit fiendum etc.

Eciam similiter de falsis etc.

Super facto panis concluditur quod fiat prout consuetum est etc.

Super facto macellariorum perquirantur lictere in archa civitatis.

Iterum fuit dictum quod Johannes de Nemoribus et officiarii non cessant vadiare suctores, eciam pedagiatur Crusilia.

Concluditur quod domini sindici, seu ipsorum aliter, compareant cum ipsis coram dominis vicariis etc.

Constitur H. de Bona, locumtenens, loco A. de Saxo, donec sit sanatus etc.

(52) Iterum supervenit Jo. Rogeti, pro parte dicti Croyson et sue uxoris, qui dixit quod ipse alias fecit certas requestas et protestaciones et sibi de[be]batur super eisdem respondere et nichil fuit sibi responsum. Ideo requirit quod respondeatur sibi etc.

Die septima mensis augusti post prandium, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo.

[1] Charles VII, mort le 22 juillet 1461.

Songey et H. de Bona, loco A. de Saxo; — G. de Nex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, C. Poutex, Peronetum Emonini, P. Guersy, Jo. Besson.

Quiquidem Johannes de Songeto dixit et proposuit quod ipse fuit electus in sindicum et quod deffectu suorum sociorum ipse non potest exercere negocia civitatis, et quod ulterius ipse non intendit amplius se de negociis dicte civitatis intromictere; et protestatur quod per ipsum non stetit neque stat quin negocia civitatis adimpleantur et peciit licteras testimoniales. Et similiter H. de Bona, loco A. de Saxo, similem protestacionem fecit. Et super hiis fuit dictum et propositum utrum debeatur convocare consilium generale vel non.

Iterum, hora vesperorum, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. de Songeto et H. de Bona, pro de Saxo; — Girardus Enex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, C. Poutex, Peronetus Emonini, Ja. Sambavillaz, A. Asinarii, P. Ciclat, P. Guersy, P. Privissini, H. Coctoneti, P. Nycodi, Stephanus sellarius, P. Malagniodi, Guillielmus Cherbonelli, Jo. Besson, G. Ravinelli, G. de Peymes, Jo. Ligot, G. de Malodumo, H. Grossy, Dyonisius Bizelli, P. Vicencii, P. Magnini, Jo. de Oreriis.

In quoquidem consilio fuit propositum quod F. Crochon deposuit se de baculo, A. de Saxo infirmatur, alii non veniunt, nisi Bona substitutus loco Saxo; item quod fuerat vocatus Servionis et non venerat, nescitur qua de causa.

Songey dixit quod erat contentus facere debitum suum.

(53) Concluditur quod vocentur Servionis et Crochon, per Jo. de Orseriis et Jo. de Rotulo, ad consilium, et si velint venire, audiantur quare non veniunt, et si non velint venire, congregetur consilium generale die dominica proxime ventura.

Die Dominica nona mensis augusti, fuit tentum consilium in Domo Communi, circa horam vesperorum, per nobiles et honorabiles Jo. Servionis, F. Crochon, Jo. de Songeto; — G. Denex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Peronetum Emonini, P. Guerssy, Jo. de Oreriis, Jo. Besson, P. Gatilliardi, P. Malagniodi, R. Guilleti, F. Vicencii, Jo. Seyracti, H. Grossy, Jo. Guinacti, Jo. Trollieti.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod A. de Saxo infirmatur, Crochon et Servionis nolunt venire ad consilium, et sic Songey erat solus. Et eadem de causa Orseriis et Rotulo fuerunt missi ad eos, et propterea fuerunt requisiti quod ipsi dicerent quas causas quare non veniebant ad consilium.

Jo. Servionis respondit et dixit, post plura verba, quod ipse erat presto et paratus facere debitum suum etc.

F. Crochon et dixit quod predecessores sui fecerunt debitum suum retroactis temporibus et quod ipse est presto et paratus facere pro civitate possibilia; quoad baculum sindicatus, dicit quod non est intencionis recipere nec abinde se intromictere etc.

Concluditur quod pro crastina die de mane congregetur consilium generale.

(54) *Die Martis xj mensis augusti*, fuit tentum consilium ordinarium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, Jo. Songey et H. de Bona, loco de Saxo; — G. Enex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, P. Ciclat, L. Chivalerii, C. Poutex, Peronetum Emonini, P. Guersy, F. Vicencii, G. de Vaudo, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum pro parte civitatis et tocius consilii quod die nona hujus augusti [fuit ordinatum] (et) quod domini sindici facerent cridare consilium generale et non fecerunt. Ideo, si culpa ipsorum et deffectu dicti consilii generalis, quod esset ipsorum sindicorum propriis sumptibus, et protestati fuerunt contra eos domini de consilio de dampnis, missionibus etc.

Eciam fuit dictum quod sunt aliqui qui ampliant se supra res communes civitatis et sindici non faciunt simulamen, ideo protestatum fuit contra eos etc.

Iterum nobilis Jo. de Orseriis, nomine dicti consilii et civitatis, dixit et proposuit quod pridie fuit conclusum quod domini sindici facerent cridare et congregare consilium generale et non fecerunt nec alia ordinata per consilium adimpleverunt et plus dixerunt quod se exonerarent super sindicos; ideo protestatus contra ipsos de dampnis, missionibus, injuriis et interesse tocius civitatis, et sic similiter totum consilium protestatus fuit etc.

Songey obtulit se et dixit se fore paratum obtemperare ordinatis et dictis per consilium, et similiter Servionis se obtulit etc.

Concluditur quod crastina die convocetur consilium generale.

Petrus Collombeti, habitator Gebenn., fuit deputatus custos vinearum ex parte Champelli, qui promisit custodire per juramentum prestitum in manibus sindicorum, videlicet quamlibet posam pro decem octo decim denariis monete cursalis, et hoc in presencia plurium etc.

(55) Fuit eciam propositum per Mermetum Bucterii quod uxor Petri Moreli turbidat aquam forni sui.

Concluditur quod sumatur informacio, postea provideatur taliter quod ipsam peniteat etc.

Eciam fuit dictum quod est quedam mulier infra Insulam, que cepit agresta.

Concluditur quod vadant ad Insulam.

Die undecima mensis augusti post meridiem, fuit tentum consilium in domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, Jo. de Songeto; — G. Denex, Jo. de Rotulo, H. de Bona, C. Poutex, P. Ciclat, H. Perrodi, F. Vicencii, G. de Capella, A. Asinarii, R. Guillieti, P. Privissini, Jo. Besson, H. Coctoneti, Ja. Rubini, Jo. Quarrerii, Stephanus sellarius, Jo. Trollieti, Ja. Guignat, Jo. de Oreriis, Jo. Clementis, Ny. de Avullier, Jo. Velluti, G. Gervasii, H. Grossy, Symonetus cinturerius, Dyonisius Bizelli, R. de Malodumo, P. Monachi, P. Nycodi, Peronetus Emonini, Jo. Barme.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod A. de Saxo infirmatur et petitum utrum debeatur sibi provideri de uno substituto aut non.

Concluditur quod alii sindici supportent vices suas usque quo ipse sit sanus. De pondere panis concluditur quod pannis ponderetur prout consuetum est. Contra pedagiatorem Crusilie concluditur quod instetur contra eum ad restituendum pignora levata et quod utatur bono consilio.

Die Martis decima octava mensis augusti, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, Jo. Songey, H. de Bona, loco Saxo; — M. Montionis, Jo. de

Rotulo, P. Ciclat, C. Poutex, F. Vicencii, P. Guersy, G. de Vaudo, L. Chivalerii, Jo. Besson, Ja. de Sancto Michaele, P. Merceri.

In quoquidem consilio supervenit H. Coctoneti cum certis aliis suis sequentibus et dixerunt quod relicta dicti Brodel non vult facere epicotoria.

Concluditur quod domini sindici faciant fieri epicotoria aut quod deruantur potest etc.

(56) Eciam fuit propositum quod porterius porte Baudeti non claudit portam, ideo provideatur taliter quod claudatur.

Fuit eciam propositum quod nobilis Glaudius de Yverdone et quidam ex servitoribus Leodegarii Chivallerii sunt de illis qui verberaverunt Reymondum Boneti, et dicitur quod sunt capti penes dominum Thorenci et quod ipse dominus debet remictere.

Concluditur quod requiratur quod ipse dominus Thorenci restituat civitati etc.

Die Veneris xxij maii [*xxj augusti*], fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, Jo. Songey, H. de Bona, loco A. de Saxo; — Jo. de Orseriis, C. Poutex, Per. Emonini, F. Vicencii, P. Guersy, Jo. Besson.

In quoquidem consilio fuit lecta, pro parte Johannis de Lancier, quedam lictera missiva que continet inter alia quod fiat responsio super quibusdam aliis licteris missivis que continent quod detur salvus conductus Johanni de Lancier.

Concluditur quod fiat responsio quod civitas non potest dare salvum conductum.

Fuit eciam propositum quod Crochon dixit quod non intendit amplius portare baculum.

Concluditur quod vocetur consilium generale, quod ponatur unus alius loco sui.

Fuit constitutos custos vinearum, cum jam deputato, Guigo Flassinis, habitator Sancti Gervasii, pro sex denariis pro posa, ultra grossum ac denarium ante constitutum.

Die dominica vicesima tercia mensis augusti, fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gebenn. per nobiles et honorabiles

viros Johannem Servionis, A. de Saxo, Jo. Songey, consindicos; — H. de Bona, Jo. de Rotulo, P. Ciclat, Ja. Guinacti, Ja. Rubini, Symonetus de Joyez, Jo. Balli, Jo. Deruacti, Ja. Neyrodi, Anthonius Pojalis, A. Perreti, A. Ragie, F. Quidenaz, P. Rosseti, P. Carteron, P. de Crouz, Jo. Bocardi, Jo. Forneri, P. Lamet, Hugoninus Grossy, P. Francisci, M. Montionis, G. de Capela, P. Privissins, B. Vicencii, (57) R. Guillieti, P. Monachi, P. Nycodi, Ja. de Bogiaco, H. Beatrisii, G. Mourerii, Ste. de Puteo, Theobaldus Pinamberti, Ja. Balme, Jo Trollieti, Jo. Besson, Ansermetus de Fontana, Ja. Tronchonaz, Jo. Clementis, Jo. Grossy, Mermetus Montanierii, Ny. Cugniardi, F. Vicencii, Jo. Besson, P. Biolley, Ste. Molleti, P. Ramelli, Ay. Thonerie, H. Bosonis, Jo. de Gex, Ja. de Gerdili, H. Bosonis, Jo. de Liga, Jo. de Croso, P. de Gerdili, Ansermetus Marvalli, Ja. Nergue, Ja. Bocheti, Jo. de Nanto condurerius, Cle. Saney, Perretus Chinuti, Valterius Charavex, P. de Sancto Johanne, Jo. Grosset, P. Guersy, G. de Fogia, Jo. Ruppe, Bertrandus Rippuz, Jo. Calabri, L. Chivallerii, Jo. de Orseriis, C. Poutex, Jo. de Petragrossa, P. de Eysello, Mermetus Francisodi.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod computa fuerant visitata et dictum quod sunt aliqui qui reperiuntur debitores et quod deputati non habent potestatem compellendi debitores ipsorum computorum, ideo advideatur si debeatur dare potestas compellendi debitores deputatis.

Item quod quilibet debeat esse munitus de almis etc.

Item fuit propositum quod Crochon dimisit baculum sindicatus et non vult recipere.

Ideo videatur si debeatur poni unus alius loco sui etc.

(58) *Die Lune vicesima quarta mensis augusti,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, A. de Saxo, Jo. Songey; — M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, H. de Bona, Jo. de Fogia, P. Ciclat, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, P. Guersy, F. Vicencii, A. de Peymes.

In quoquidem consilio nobilis Jo. Servionis, consindicus, dixit et proposuit quod nobilis Johannes de Gento hodie venit ad eum et sibi dixit quod nocte preterita nobilis Johannes de Lancier venit ante do-

mum suam, associatus Jo. Suchilliz, Jo. Franc dicto Jaquet, cum certis aliis circa xxv vel xxx.

Concluditur quod ille qui veniet ad habendum licteram Jo. de Lancier detineatur. Datur eciam dominis sindicis omnimoda potestas quod ipsi provideant contra eumdem Johannem de Lancier, sumptibus civitatis, prout eis visum fuerit faciendum.

Die Martis xxv mensis augusti, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. de Songey; — G. Enex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, H. de Bona, P. Ciclat, C. Poutex, L. Chivaleri, F. Vicencii, Peronetum Emonini, P. Merceri.

In quoquidem consilio supervenit Glaudius de Daliens, Lausannensis diocesis, et requisiit se admicti in servitorem civitatis; quidem Glaudius fuit admissus in vigilem et juravit in forma. Postea recipit in eadem domo et in dicto consilio unum vojuz, unam ciladam et duo ganteletos.

|| Mandatur thesaurario quod solvat Anthonio Maliez, Francisco de Mota, Johanni Triperii et Johanni de Leysu, carpentatoribus Ale civitatis Gebenn. et pro tacheria cooperture ipsarum Alarum..... ||

Ibidem fuit ordinatus custos vinearum versus Treynans P. Canardi pro xij denariis pro posa, qui juravit et fecit juramentum in forma etc.

|| Mandatur thesario quod solvat domino R. Sapientis, pro examine testium examinatorum per Jo. Baruchie, v florenos parvi ponderis. ||

(59) *Die Martis prima septembris*, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. de Songeto, sindicos; — Jo. de Orseriis, H. de Bona, Jo. de Rotulo, C. Poutex, P. Ciclat, F. Vicencii, G. de Vaudo, P. Guersy, Jo. Besson, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit exhibita quedam lictera missiva pro parte Guillelmi de Crosa, que continet inter alia quod dominus dux requirebat quod domini sindici et consilium reciperent in burgensem Jo. de Crosa.

Supervenit eciam Colletus Guersy qui requisiit quod consilium faceret sibi responsionem utrum vellent sibi domificare aream suam.

Concluditur super facto burgensis quod domini sindici et consilium juraverunt servare jura civitatis et sic non possunt facere ea que petit, tamen ob reverenciam ipsius domini parati sunt facere possibilia.

Super facto Colleti Guersy, quod eligantur pro parte dicti Guersy duo et pro parte civitatis eligantur alii duo, et quod eligantur persone leves et non graves, et si sit neccesse habere consilium, ipsi facient consulere casum.

Ibidem Johannes Naudini fuit admissus in servientem civitatis Gebenn. et fecit juramentum in forma.

|| Item fuit creatus et admissus in burgensem discretus vir Johannes Crosa, habitator Gebenn. in parrochia Beate Marie Nove, pro vij florenis parvi ponderis, j colovrina xv solidorum. ||

Ibidem fuit propositum de facto monicionis obtente contra sindicos et consilium, que facta fuit de signetis mensurarum, de introgiis bocetorum et aliis contentis in monicione.

Juramentum prestitum per dominum F. de Flecheria.

Anno Domini millesimo quatercentesimo sexagesimo primo et die prima mensis septembris, in Domo Communi officialatus civitatis Gebenn., reverendus pater dominus Franciscus de Flecheria, prior de Chindrioni et vicarius generalis episcopatus Gebenn., in presencia venerabilis viri domini Johannis Brochuti, nobilium Amedei de Saxo et Johannis de Songeto, sindicorum, promisit et juravit servare franchesias juxta ipsarum tenorem et suum posse.

|| Mandatur thesaurario quod solvat vigillibus xiiij florenos parvi ponderis pro pulsacione campane. || — *(Habent mandatum.)*

(60) *Die Martis octava mensis septembris*, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. de Songeto, sindicos; — G. de Nex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, H. de Bona, P. Ciclat, Peronetum Emonini, F. Vicencii, P. Guersy, G. de Vaudo, P. Merceri.

In quoquidem consilio supervenit Colletus Guersy, burgensis Gebenn., qui dixit quod ipse eligebat pro parte sua, in causa quam habet contra civitatem, Amedeum Asinarii et Michaelem Jacodi.

Item pro parte civitatis fuerunt electi Jo. Rogeti et Reymondus Privissini, pro tractando cum ipso Colleto et refferendo in consilio stricto ea qui erunt arresta per eos.

Ibidem fuit dictum et propositum quod nobilis Johannes de Lancier et Johannes Suchilly alias intulerunt minas de ponendo incendium in civitate et de hoc fuerunt advisati domini sindici per G. de Nex et Jo. de Orseriis, requirendo quod domini sindici et consilium apponant remedium, petendo quod non possint dicere quod [non] fuerint advisati.

Item fuit propositum quod liberi dicti Filanceti requirunt quod fiat limitacio inter eorum possessiones et domum heremite Pontis Areris etc. Concluditur quod fiat.

Ibidem fuit receptus in burgensem providus vir P. Mutillieti, clericus, habitator Gebenn. in Sancto Gervasii, pro vij florenis, j colovrina xv solidorum.

Die Martis xv septembris, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. Songey ; — Jo. de Orseriis, M. Montionis, Jo. de Rotulo. L. Chivallerii, P. Guersy, Per. Emonini, G. de Vaudo, receptor.

Fuit receptus in burgensem Johannes Jollieti, de Cormachiz, chapellerius, habitator Gebenn. in parrochia Beate Marie Magdalenes, pro vij florenis, et xv solidis pro colovrina.

Item fuit ordinatum, de consensu castellani operarii ecclesie Sancti Petri, videlicet domini A. Quoquardi, quod fiat crida ne aliquis vendat vinum infra civitatem, videlicet infra citurnos vel sub tectis, nisi sit canonicus, curatus, aut civis aut burgensis, sub pena v solidorum et perdicionis || vini || denariorum.

Item alii burgenses non vendant vinum novum nisi cum tribus denariis, sub pena trium solidorum et perdicionis vini.

Fuit creatus in burgensem Johannes Christini, de Florencia, habitator Gebenn. in parrochia Marie Magdalenes, pro decem florenis parvi ponderis, j colovrina xv solidorum.

Item Johannes Meurerii, notarius, pro vij florenis, j colovrina.

(61) Ibidem fuit conclusum quod si dominus archiepiscopus velit revocare monicionem factam contra cives et restituere signetum ad signandum mensuras, quod dentur sibi due marche argenti.

Fuit eciam receptus Petrus Gervasii, de Dardagniaco, habitator Sancti Gervasii, pro vij florenis parvi ponderis, j colovrina xv solidorum.

Die Martis vicesima secunda mensis septembris, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. Songey ; — G. Enex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, L. Chivallerii, F. Vicencii, G. de Vaudo, Jo. Besson, C. Poutex, Jo. de Lyga, P. Ciclat, P. Merceri.

|| Mandatur thesaurario quod solvat dicto Ligeys, pro xxxiij jornatis per eum factis pro civitate cum Stephano Achardi eundo apud dominum Dalphinum, tunc existentem et retractum penes dominum ducem Burgondie, item pro aliis quatuor jornatis et certis expensis factis in Sydono expectando quemdam processum criminalem et pro sua veste, ix florenos. || — *(Habet.)*

Fuit creatus in burgensem Reymondus de Mota, de Veygier, suctor, habitator Gebenn. in parrochia beate Marie Nove, pro vij florenis et j floreno pro colovrina.

Item similiter Petrus Lombardi, douz Genevrey, suctor, habitator Gebenn. in parrochia Sancte Crucis, pro vij florenis et uno floreno pro una collovrina.

Item fuit creatus in burgensem Petrus Moudons alias Rochea, de Chivrier, carpentator, habitator Gebenn. in parrochia beate Marie Magdalenes, pro vij florenis et j colovrinaz xv solidorum.

Item fuit propositum quod domini vicarii vocaverunt eri A. Saxo et Jo. Songey et dixerunt quod sunt quamplurimi qui conqueruntur de crida facta quod non vendatur vinum nisi cum tribus denariis, et remanserunt in arresto quod deberet esse coram ipsis vicariis hora meridiei hodie.

Item fuit propositum quod civitatis non habet pecunias nec unde possit se juvare et quod alias fuit dictum quod solverentur toto anno tres solidi pro quolibet boceto.

|| Item mandatur thesaurario quod solvat dicto Virys, paviserio, xviij florenos parvi ponderis pro triginta sex theysiis pavimenti facti partium in platea ante Dominam Nostram prope pontem Rodani. || — *(Habet.)*

Die Jovis xxiiij septembris. — Fuit prohibitum Johanni Christini in

personam sue uxoris quod non ignifaciat in camera sue habitacionis donec et quousque epicotorium sit completum, et hoc A. Saxo et Jo. Songey, sindicos.

JHESUS

(62) *Die dominica vicesima septima mensis septembris,* fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gebenn. per cives, burgenses et habitatores Gebenn., in quoquidem consilio interfuerunt nobiles et honorabiles Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. Songey, sindici; — Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, G. de Nex, M. Montionis, R. Guillieti, P. Guersy, P. Nycodi, Jo. de Oreriis, H. Beatrisii, Jo. Clementis; — H. Vullie, Ny de Espagnia, H. Grossy, R. de Malodumo, N. de Avullier, Jo. Roberti, P. Borgesii, P. Lanson, M. Varamberti, A. Marvalli, P. de Gerdili, G. Mourerii, Jo. de Petragrossa, Guillierminus barbitonsor, P. Malagnodi macellarius, Jo. Balli, P. Balli patiscerius, P. Ruby, Le. Chivalerii, Jo. Champion, Jo. Tricot, Jo. de Cabulo, Ny. Jalla, P. de Sancto Johanne, Ja. Sambavillaz, Jo. de Crosaz, H. de Bona, Mermetus Francisodi, F. Vicencii, P. de Sancto Johanne, Ludovicus Trucheti, Perretus Chinuti, Jo. Servientis, Jaquetus Guignatti, Jaquetus de Chesarray, Ay. Thonerie, Ja. Ruphi, Jo. Marchiandi, Jo. Fabri, Ja. Tombeti, Jo. de Gex, Jo. Pentivalis, Ny. Chenevalis, Jo. Borgesii, Stephanus de Putheo, Jo. de Liga, P. Christini, P. Forclo, P. Prepositi, P. Regis, H. Coctoneti, Jo. Borsat, Marglerii, Ste. Bornandi, Joch. Clareti, P. de Quercu, Jo. Neyreti, P. Bollieti, P. Violat, dictus Thoery, P. Joly, P. Jacodi, Jo. de Cliva, Ja. de Fontana, Peronetus Cherbonelli, Jo. Besson, F. Rigardi, Jo. de Palude, Jo. de Gex, L. Ginodi junior, P. B[o]con, P. Chiottens, P. Clareti, Jo. Monachi, M. de Nanto, M. Besson. P. de Nanto junior, A. Borruti, Urbanus Vullierati, Janinus de Platea, P. Vignioli, Janinus de Mara, Jo. Bocheti peyrolerius.

Primo de facto macellariorum, quod vendant carnes ad pondus.

Item de facto vini.

Item de licteris quas habet G. Denex.

Item de ordinatis ad visitandum computa.

Item de illis qui revendunt denariatas.

Conclusum fuit in jamdicto consilio quod macellarii debeant vendere carnes ad pondus, prout erat ordinatum in consilio domini episcopi et civitatis.

Item data fuit potestatis jam ordinatis ad visitandum computa et audiendum debitores etc. et, adjunctis Martino Varambert et Jo. Ligot, componendi, transigendi, concordandi cum ipsis debitoribus, arrestandi et ipsos quictandi.

Item quod omnes revenditores et revenditrices debeant vendere denariatas ante eorum habitaciones, et platee communes dimictantur scamnis etc.

(63) Item quod patisserii et boulongerie et omnes illi qui faciunt panem debeant vendere in domibus suarum habitacionum, et quod ipsi non tradant alicui ad revendendum.

Item quod nullus emat bladum donec levata bannereta etc.

Die Martis vicesima nona mensis septembris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, || A. de Saxo || *(quia modicum infirmabatur)* et Jo. de Songeto; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, H. de Bona, C. Poutex, P. Ciclat, Peronetum Emonini, Jo. Ligot, P. Guersy, Jo. Besson, G. de Vaudo, P. Merceri.

In quoquidem consilio supervenit nobilis Christoforus Bonifacii, ex parte, ut dixit, illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis, dicendo quod dominus noster dux salutabat consilium etc. et quod intencio ipsius domini erat (intencionem) veniendi ad civitatem Gebenn. et quod ipsi poneret talem policiam in vitualibus quod illi qui vendunt et revendunt non ponerent caristiam etc.

Item fuit propositum et dictum in dicto consilio quod domini de consilio episcopatus, saltem dominus archiepiscopus, nolunt restituere signetum mensurarum et plura alia petunt que debent esse in scripturis et rotulis quas penes se habet G. Denex. Et idem Ge. Denex reddidit in presencia consilii.

Postea fuit conclusum quod heedem scripture caperentur cum licteris que sunt in armario que tangunt materiam, et postea quod domini sindici tradant dominis M. de Juria et P. de Sancto Michaele et cum

ipsis habeant consulari, quia ipsi jam sciunt materiam, qua alias transivit per manus ipsorum.

Die Veneris secunda mensis octobris, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles etc. A. de Saxo, Jo. de Songeto, consindicos; — C. Poutex, Peronetum Emonini, P. Guersy.

In quoquidem consilio fuit creatus in burgensem Amedeus Volandi, de Luysino, habitator Gebenn. in parrochia Sancte Crucis, vij florenis, j colovrina.

Ibidem fuerunt apportate per nobiles et honorabiles A. de Saxo et Jo. de Songeto quedam lictere missorie misse pro parte Johannis de Lancier.

(64) *Die dominica quarta mensis octobris,* fuit tentum consilium in Domo Communi post meridiem per nobiles et honorabiles Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. de Songeto, sindicos; — G. de Nex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Ja. de Sancto Michaele, A. de Peymes, C. Poutex, Anthonius de Sancto Michaele, Peronetus Emonini, H. de Ysagnia, Jo. Besson, Jo. Rogeti, Jo. de Liga, Reymondus Privissins, Jo. filius Johannis Johannodi, G. de Peymes, P. Guersy, Ja. Sambavillaz, P. Rodeti.

Supervenerunt domini de Gruffiaco qui conquesti fuerunt de vigilibus et dixerunt quod ipsi retinent eis unum cirogurlum, et de hoc non contenti ymo eri de sero verberaverunt unum de servitoribus suis, et quod civitas ministraret eis justiciam.

Concluditur quod vocentur vigiles et sciatur veritas ab ipsis et, si non sufficiat, de ipsis sumatur informacio cum aliis.

Item fuit dictum et propositum quod dominus archiepiscopus fecit fieri licteras excommunicatorias contra civitatem super monicione facta ad causam banneretarum et banqueragiorum.

Concluditur quod citetur ad diem Jovis procurator fiscalis ad videndum revocari illas tales licteras.

Item ibidem fuit exhibite certe lictere missive pro parte nobilis Johannis de Lanciaco et deinde lecte, et ipsis lectis Montionis, Rogeti, R. Privissini pecierunt illas sequestrari in manibus scribe nostri etc.

Ludovicus Johannodi junior peciit copiam earundem licterarum, cui fuit concessa.

Ulterius fuit conclusum quod dicte lictere exhiberentur domino vicario et quod convocaretur consilium generale ubi deberent legi etc.

(65) *Die sexta mensis octobris videlicet Martis,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo et Johannem de Songeto, sindicos; — G. de Enex, Montionis, Jo. de Orseriis, H. de Bona, Jo. de Rotulo, Peronetum Emonini, P. Guersy, F. Vicencii, G. de Vaudo, L. Chivalerii, Jo. Besson, P. Mercerii.

Ibidem fuit propositum quod dominus archiepiscopus, alias instante procuratore fiscali, obtinuit moneri sindicos et consiliarios, ideo queritur quid sit fiendum.

Concluditur quod citatur ipse procurator fiscalis ad videndum revocari ipsam monicionem cum inde sequtis et quod causa prosequatur cum bono consilio et expensis civitatis.

Item eciam de facto castellani videtur cum matura deliberacione cum dominis de capitulo quibus pertinet etc.

Die Martis decima tercia mensis octobris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, A. de Saxo, Jo. de Songeto; — G. de Enex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, C. Poutex, P. Ciclat, Peronetum Emonini, Jo. Ligot, G. de Vaudo, P. Guersy, Ja. de Sancto Michaele, Jo. Besson, F. Vicencii, P. Merceri.

(66) *Die Martis vicesima mensis octobris,* fuit tentum consilium in Domo Communi etc. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. douz Songey, sindicos; — Jo. de Orseriis, H. de Bona, C. Poutex, P. Ciclat, Jo. de Rotulo, L. Chivallerii, F. Vicencii, G. de Vaudo, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit receptus in burgensem Petrus Burneti, de Cilingier, carpentator, habitator Gebenn. in parrochia Beate Marie Magdalenes, vij florenis, j colovrina xv solidorum, et nichil solvat usque ad nundinas Epiphanie et tunc solvat ij florenos et successive de nundina in nundinam.

Ibidem fuit propositum quod Johannes de Peyracto se obtulit facere fontem, quem debebat facere Bucterii, mediantibus duobus burgensibus.

Concluditur quod visitetur locus et postea monstretur sibi locus et faciat fontem sumptibus suis.

Die Vencris xxiij octobris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. de Songeto, consindicos; — Jo. de Orseriis, P. Guersy, Jo. Besson, P. Mercerii receptore, Peronetum Emonini, C. Poutex.

|| Ibidem fuit receptus in burgensem Petrus Chenevalis, de Vendovres, escofferius, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Leodegarii, vij florenis, j collovrina. || — *(Non fuit receptus etc. quia non fuerunt concordes etc.)*

Ibidem fuit receptus in burgensem Reynaudus Rogueti, de Taneyer, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Gervasii, vij florenis, j collovrina. Et solvat incontinenti colovrinam et residuum infra quatuor nundinas etc.

Ibidem fuit ordinatum et conclusum quod lanietur quoddam mandatum factum Mermeto Bucterii de duodecim florenis parvi ponderis pro erigendo fontem ante ejus furnum et ex nunc cancellatur et laniatur.

Ibidem fuit ordinatum et conclusum et data licencia et potestas Johanni Douz erigendi et construendi unum fontem in carreria publica, prope ormum situatam ante ecclesiam Sancti Leodegarii, loco sibi ordinando per sindicos, modo et forma et ad similitudinem alterius prope domum dicti Bollieti, et ferrare semel sumptibus suis propriis et, (67) hiis mediantibus, quod ipse possit recipere aquam exientem a dicto fonte et conducere ubi voluerit per bornellos feri alias prout voluerit, et hoc inquantum concernit communitatem.

Die Veneris penultima mensis octobris, fuit tentum consilium in Domo Communi more solito per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo, Jo. de Songeto; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, L. Chivallerii, C. Poutex, F. Vicencii, P. Guersy, Jo. Ligo, Jo. Besson.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod domini de consilio episcopali requirebant quod civitatem provideret de locagio dominis ambasiatoribus venientibus ex parte domini regis Francorum.

Supervenerunt venerabiles viri dominus P. de Virier, P. Conodi, Ste. de Putheo et plures alii, qui porrexerunt unam supplicacionem, et assignati ad Martis ad audiendum responsionem super ipsa supplicacione.

Item fuit propositum quod dominus archiepiscopus et illi de consilio suo requisierunt quod provideretur de locagio ambassiatoribus venientibus ex parte serenissimi regis Francorum et quod fiat eis honor etc.

Concluditur quod fiat responsio quod civitas non consuevit facere tales provisiones et pocius loquatur.

Ibidem fuit dictum quod, eri(t) nuper lapso, fuit tentum quoddam consilium, videlicet super eo quod debebatur ponere pondus in carnibus, et quod hodie fuit eis inhibitum ne se intromicterent de ipsa causa etc., et quod assignacio pendet coram vicario de Flecheria, ideo queritur quid sit fiendum.

Concluditur quod compareatur coram ipso vicario et audiatur qui ipsi macellarii facient et quod dicatur quod dominus noster dux mandavit quod poneretur remedium in vitualibus etc.

Item fuit conclusum quod fieret unum donum premencionatis ambassiatoribus, videlicet de xij facibus, de duobus libris confiturarum, de xij libris minutarum candelarum, de duobus piscibus usque ad octo florenos, de una coquassia malvatici et una de ypocrato etc., actento quod dominus noster dux Sabaudie mandavit quod fieret eis ita bonum festum et tantus honor sicut ipsi sindici vellent facere persone sue, eciam eo quia est prima ambassiata missa per serenissimum regem Francorum etc. G. de Nex jam recesserat.

(68) *Die Martis tercia mensis novembris*, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto, sindicos; — G. de Nex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, P. Ciclat, Peronetum Emonini, F. Vicencii, Girardum de Vaudo, Petrum Guersy et Johannem Besson, P. Mercerii.

In quoquidem consilio fuerunt admodiate nobili Petro Monachi Ale

veteres civitatis Gebenn. cum ruagio et aliis juribus ad ipsas Alas pertinentibus et communitati Gebenn. dumtaxat, precio quinque centum quinquaginta quinque florenorum parvi ponderis, quos solvere respondit et promisit discreto viro Petro Mercerii, notario, et de solvendo sufficienter cavit, constante instrumento manu mis notarii subscripti recepto. — N. Breyseti.

Ibidem fuit dictum quod pondus macellariorum fuerat impeditum et quid erat fiendum. Conclusum fuit quod prosequatur materia meliori modo quo fieri poterit.

Item super supplicacione porrecta per dominos P. de Virier et alios, concluditur quod habeatur bona deliberacio super contentis in ipsa supplicacione et deliberacio cum dominis sindicis.

Item super eo quod Peccollati, pedagiator, pignorat habitatores Gebenn. in ponte Areris pro fructibus crescentibus in ipsorum possessionibus.

Ibidem fuit receptus in burgensem Mermetus Borsacti, de Lancier, pro septem florenis parvi ponderis et xv solidis pro j colovrina.

Item similiter fuit receptus in burgensem Stephanus Chapellani, parrochie Sancti Simphoriani, habitator Gebenn., pro septem florenis et xv solidis pro j colovrina.

|| Mandatur Petro Mercerii, receptori emolumentorum, quod solvat dicto Mallieti, serraliono, pro duodecim ponderibus, videlicet factis ad opus dicte communitatis, xviij florenos parvi ponderis. || — *(Habet.)*

|| Item similiter mandatur dicto receptori quod solvat Johanni de Liga xxx florenos parvi ponderis, ix solidos, vj denarios pro torchiis, speciebus, candelis minutis, ypocrato et malvatico donatis domino Philipo de Sabaudia, archiepiscopo et dicto Estri (?) etc. || — *(Habet.)*

(69) *Successive die Mercuri quarta mensis novembris,* fuit tentum consilium de vespere, post adventum ambassiatorum serenissimi regis Francorum, in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto, sindicos; — Girardum de Nex, Johannem de Orseriis, Johannem de Rotulo et Petrum Guersy.

In quoquidem consilio fuit dictum et loqutum qui erat donandum pretactis ambassiatoribus pro eorum adventu.

Conclusum fuit iterum quod eis fieret donum pridie ordinatum in exitu consilii civitatis et superius mencionatum, actento mandato illustrissimi domini nostri ducis Sabaudie si mandavit quod eis impenderentur honores qui possint sibi ipsi impendisi ipse non fuisset in civitate Gebenn. de quinquaginta annis, eciam quia est prima ambassiata missa per jamdictum regem.

Enex nichil voluit dicere etc.

Die Martis decima mensis novembris, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto; — Girardum de Nex, Johannem de Orseriis, Jo. de Rotulo, C. Poutex, P. Ciclat, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, G. de Vaudo, P. Guersy, F. Vincencii, P. Merceri.

In quoquidem consilio supervenerunt Girardus Gervasii, Glaudius Michaudi, Ste. Gotrosii cum quamplurimis aliis ex dicto burgo [Sancti Gervasii] habitatoribus, qui dixerunt et exposuerunt in dicto consilio quod laterne dicti burgi existentes prope pontem Rodani destruuntur et est una res valde periculosa; ideo querunt quod faciant ipsi domini sindici reparari.

Concluditur quod mandatum remaneat sicut est et si ipsi possint reperire burgenses aut alias quod respondeatur eis dicta quantitas, ipsi domini sindici facient fieri.

(70) *Die Jovis post prandium circa horam vesperorum,* fuit iterum tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. de Servionis, A. de Saxo, Jo. de Songeto; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Peronetum Emonini, Jo. Besson, C. Poutex, P. Guersy, L. Chivallerii.

Die Veneris xiij novembris, fuit tentum consilium in Domo Communi etc. per nobiles et honorabiles A. de Saxo, Jo. de Songeto; — G. de Nex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Peronetum Emonini, F. Vicencii.

Supervenit P. Monachi qui dixit quod ipse adduxerat fidejussores suos et est paratus fidejubere. Et fuit sibi responsum quod si ipse vellet

tradere pecunias in denariis numeratas, quod tradentur sibi juxta conventionem factam etc.

Et remissus fuit ad diem dominicum in consilio generali et quicquid fuerit ordinatum in consilio generali adjubebitur.

JHESUS

(71) *Die dominica que fuit decima quinta mensis novembris et post festum sancti Martini yemalis*, fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gen. per venerabiles nobilesque et honorabiles viros Anthonium de Viliaco, sedis apostolice prothonotarium, Petrimandum de Saconeto, canonicos Gebenn.; — Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto, sindicos; — Girardum Denex, R. Guillieti, Mermetum de Nanto, P. Vessier, A. Marvalli, H. Grossy, Peronetum Emonini, P. Monachi, F. Vicencii, Ja. Balme, Jo. Cambrex, Jo. Philipini, M. Alliodi, Jo. Besso[n], Gaspardum Fleyer, Ste. Bornandi, Ste. Marqueti, P. de Grossa, Peronetum de Marnex, P. Leconriouz, L. Trucheti, P. Vigniolli, P. de Sancto Johanne, P. Garneri, A. Champion, Jo. Fabri, N. Cridani, Ny. Regis, P. Malagnodi, A. douz Mara, F. Rigardi, Ny. Ruffiez, Jo. Pentivalis, P. Lanson, A. Berruti, P. Guersy, Hugonetum Cherdon, P. de Gerdili, Jo. Manachi, H. Vullie, R. de Orsier, Ja. Tombeti, F. Borsacti et plures alios tam ex burgensibus quam civibus Gebenn., sive habitatoribus.

(Venda etc.) — In quoquidem consilio fuit extimata et taxata venta vini et extimatur valere quilibet sextarius sex grossos monete cursalis, nemine contradicente.

(72) *Die Martis xvij novembris*, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo et Jo. Songey; — G. Denex, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, C. Poutex, P. Ciclat, F. Vicencii, Jo. Besson, P. Guersy, Peronetum Emonini, Montion, L. Chivallerii, P. Merceri.

(De vino.) — In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod apponatur remedium contra illos qui vendunt vinum ad octo, novem et duodecim denarios. Concluditur quod habeatur recursus ad dominum vicarium et quod provideatur quod ipsi non vendant ita excessive.

(De portitoribus ballarum.) — Item eciam provideatur contra illos qui faciunt ballas et religant mercancias. Concluditur quod provideatur quod aliquis non se intromictat de ipsis balis, nisi sit burgensis, eciam portitores illarum, et narrentur offense perpetrate.

Item eciam supervenit Johannes Braczardi qui conquestus est de quodam mandato xxv florenorum parvi ponderis tradicto magistro Bertheto de Quarro et quem habet Alliodi in manibus suis.

Fuit idem Guillelmus de Quarro [qui dixit] quod ipse nollet eum compellere de ipsis xxv florenis quia fuit pater ipsius de Quarro [qui] recepit.

Item fuit loqutum de facto platee existentis ante domum domini Johannis Chapuys et Petri Guersy, de qua conqueritur ipse P. Guersy.

Concluditur quod loquatur domino Johanni Chapuys et remonstretur et dicatur sibi quod ad ipsum non spectat platea, quia est communis.

Item eciam venit quidam magister scolarum qui querit quod ipse admictatur rectoriam ipsarum scolarum.

Concluditur quod dicatur eidem magistro quod ipse videat et visitet scolas et videat modum ipsarum scolarum hinc ad octo dies, et interim dominus cantor poterit venire, et tunc fiet sibi responsio clara.

|| Mandatur thesaurio quod solvat vigillibus pro fieri faciendo suas vestes xxx florenos parvi ponderis. || — *(Habuit mandatum.)*

Die Martis xxiiij mensis novembris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto; — G. de Nex, Montionis, Jo. de Orseriis, C. Poutex, L. Chivallerii, Peronetum Emonini, F. Vicencii, G. de Vaudo, P. Ciclat, P. Guersy, Jo. de Rotulo, P. Merceri.

(73) In quoquidem consilio fuit apportata quedam lictera missiva illustrissimi principis domini nostri ducis Sabaudie pro parte cujusdam Johannis Suchilli et in dicto consilio lecta.

Concluditur super eadem lictera missiva quod exhibeatur domino vicario etc.

Item eciam fuit ibidem propositum per nobilem Amedeum de Saxo, sindicum, quod die Veneris nuper lapsa de vespere, ipso existente extra portam appellatam Boudeti, nemini juriando, venerabilis vir dominus Mermetus de Juria venit ad ipsum et sibi dixit

Super facto predicto apponatur pax inter partes, si possit fieri.

|| Mandatur receptori quod solvat Nycodo Faverii pro rebus descriptis in rotulo, que ascendunt ad ix florenos, xj solidos, x denarios. ||

Die Martis prima mensis decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Jo. de Songeto; — G. de Nex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, C. Poutex, P. Ciclat, F. Vicencii, Jo. de Liga, Ja. de Sancto Michaele, Peronetum Emonini, P. Guersy, G. de Vaudo, Jo. Besson, P. Merceri.

Supervenit nobilis et potens Jacobus, dominus Viriaci, qui dixit quod dictus Quoquilliodi est in manibus dominorum sindicorum et consiliariorum et quod ipse est factivus, quia si fuisset sagas ipse non fuisset incarceratus; ulterius dixit quod ipse est de bonis parentibus et sunt plures filie in progenie sua et quod, si ipse meruerit penam, quod, si placeret, quod exequcio fieret secreta etc.

Item fuerunt presentate quedam lictere missive pro parte illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis et lecte in dicto consilio.

|| Mandatur receptori quod solvat Roberto Janini videlicet viginti florenos parvi ponderis in deducionem tacherie muri Alarum civitatis Gebenn. || — *(Habet mandatum.)*

(74) In eodem consilio fuit propositum et dictum quod dominus noster dux misit ibidem in presenti civitate venerabilem et religiosum virum dominum Franciscum de Flecheria uti administratorem episcopatus, repellendo dominum archiepiscopum etc.

Nunc idem dominus archiepiscopus tendit ad repelli faciendum ipsum dominum vicarium, ideo advideatur quid sit faciendum.

Concluditur quod duo aut unus ex dominis sindicis cum uno ex consiliariis [eant] ad dominum nostrum ducem in Lausanna, ad eo quod ipse non expellat ipsum dominum vicarium.

|| Mandatur Petro Mercerii, receptori emolumentorum, quod solvat Johanni de Liga, appothecario, xxiij florenos, ij solidos, pro dono facto ambassiatoribus regis Francie, ultra decem florenos quos habuit Johannes Lambardi pro duobus piscibus eisdem ambassiatoribus donatis. || — *(Habet mandatum.)*

Ibidem fuit propositum quod illi duo delati qui sunt in Insula confessi fuerunt interfecisse illam mulierem que fuit reperta in camera dicti Trenneys et dictum quid esset de ipsis fiendum.

Concluditur quod repetantur et compleantur processus, postea tradantur in manibus alicujus sapientis qui dictet et signet sentencias, et postea ferantur ipse sentencie dictamine sapientis etc.

Die Veneris quarta mensis decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, A. de Saxo et Jo. de Songeto; — M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, F. Vicencii, P. Guersy.

|| Ibidem fuit admissus in burgensem Jacobus Compagnonis, habitator Gebenn., condurerius in parrochia Sancti Gervasii, vij florenis, xv solidis pro colovrina. ||

|| Item ibidem fuit admissus in burgensem Andreas Serra, aurifaber, de Escallone, parrochia Sancti Gervasii, omnibus inclusis, v scuta. ||

Ibidem fuit facta admodiacio doliorum nobili Petro Monachi pro firma iiij^{c} et xv florenorum parvi ponderis.

(75) *Die Martis octava mensis decembris,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis, per nobiles et honorabiles viros Jo. Servionis, Amedeum de Saxo et Johannem de Songeto; — G. de Enex, Jo. de Orseriis, Johannem de Rotulo, Petrum Ciclat, F. Vicencii, Johannem de Liga, Girardum de Vaudo, Peronetum Emonini, P. Guersy, C. Poutex, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit presentata quedam supplicacio pro parte domini Johannis Magnini, in qua petit solvi sibi salarium visitacionis octo processuum et octo ordinacionum factarum super ipsis processibus et cujusdam informacionis secrete sumpte contra illos qui fecerunt insultum contra Judeos.

Concluditur quod P. Mercerii et Breyseti vadant ad eum ad sciendum quid ipse vult habere.

|| Mandatur thesaurario quod solvat Johanni Lombardi, pessonerio, pro duobus piscibus sive turturibus datis ambassiatoribus regis Francie, x florenos parvi ponderis. || — *(Habet mandatum.)*

Concluditur quod dentur processus dicti Coquilliodi doctoribus, postea apportetur in consilio sentencia etc.

Die Mercuri ix decembris post prandium, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo et Johannem de Songeto, sindicos; — nobilem Anniquinum Copini, locumtenentem domini vicedompni Gebenn.; — Michaelem Montionis, Johannem de Orseriis, C. Poutex, L. Chivalerii, F. Vicencii, Jo. de Liga, Jo. Besson, P. Guersy, Ja. de Sancto Michaele, Ay. Versonay, Ste. Achardi, Peronetum Emonini.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod die erina Aymo de Greriis percussit Symondum Gazanie et clericus ipsius Greres extraxit pugionem econtra eundem Symondum. Ideo queritur quid sit fiendum.

(76) *Die Jovis decima mensis decembris,* fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gebenn. more solito per nobiles et honorabiles viros.

In quoquidem consilio interfuerunt venerabilis et gregius decretorum doctor dominus Franciscus de Flecheria, prior prioratus de Chindririiz, vicarius generalis ecclesie et episcopatus Gebenn., dominus Amedeus Albenci, utriusque juris doctor et procurator fiscalis domini nostri Gebenn.

Necnon Johannes Servionis, Amedeus de Saxo et Johannes de Songeto, sindici; — Jo. de Rotulo, L. Chivalerii, F. Vicencii, P. Guersy, G. Denex, Theobaldus Pinamberti, B. Vicencii, P. Monachi, H. Grossy, Jo. Besson, Jo. Cambrex, P. Jaqueti, Guillelmus Monaton, Garnerius Lamberti, Jo. de Petra Grossa, Jo. Ligot, P. Blonay, Johannes Longy, Symonetus de Joyes, P. Rosseti, magister Michael Migneti, Guillelmus Boverii, Petrus Peytralis, Petrus Vignioli, Amedeus Crachii, Henricus Beatrisii, Stephanus Bornandi, P. Borsacti, Franciscus de Feugeria, Glaudius de Sieges, Michaletus Albi, Stephanus de Putheo, Johannes Perrodi, Amedeus Perreti, Petrus Privissins, Johannes Besson clericus, Jo. Polliuti, Johannes Marchiandi, Aymonetus Blancheti, Petrus Bollieti, Anthonius Fabri notarius, Ludovicus Morelli, Johannes Molleti, Jacobus Tombeti, Petrus Prepositi, Glaudius Tissocti, Petrus Lamet, Johannes de Lans, Jaquemetus Ruby, Aymarus de Vuachio, Robertus Lullini, Robertus Janini, Stephanus Gotrosii, Girardus Gervasii, Peronetus Cher-

bonelli, Petrus de Sancto Johanne, Johannes Fabri clericus, Petrus Galliardi, Johannes Quarrerii, Petrus de Quercu, Guillelmus de Quarro, Petrus Joly, Johannes Monachi, Petrus Lanson, Johannes Derea et plures alii etc.

Ibidem prefatus dominus Franciscus de Flecheria, vicarius prefati domini nostri Gebenn. episcopi, dixit et proposuit, pro parte domini nostri Gebenn. episcopi et principis, quod ipse dominus episcopus quod ipse preciperet et diceret officiariis suis quod fieret justicia in sua civitate de delinquentibus.

Ulterius precepit officiariis prelibati domini nostri episcopi quod formarentur processus contra delinquentes et quod fieret justicia de eis.

Item similiter precepit locumtenenti domini vicedompni civitatis Gebenn. quod ipse faceret et redderet debitum suum contra delinquentes.

(77) Item plus dedit in mandatis idem dominus vicarius dominis sindicis quod ipsi adimpleant eorum officium.

Item similiter deffendit quod nemo vadat per villam de nocte sine candela, hora suspecta, et illi qui reperientur capiantur et detineantur usquequo sciatur qui ipsi sunt et quid ipsi querunt.

Item plus et requisiit populum quod obediret officiariis.

Ibidem venerabilis vir dominus procurator dixit quod omnes burgenses et illi qui juraverunt franchesias non erant in dicto consilio nec eciam fuerunt, requirendo quod pugnirentur de perjurio et secundum formam franchesiarum.

Ibidem domini sindici rogaverunt et requisierunt quod quilibet haberet unum glaudium retro suam portam anterioris sue domus aut in operatorio ejusdem domus.

Die Martis xv mensis decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto; — Michaelem Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Clementem Poutex, Petrum Ciclat, Jo. Ligot, Jo. Besson, L. Chivallerii, P. Merceri.

|| Ibidem fuit admissus in burgensem Matheus Balli, de Russino, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Gervasii, pro septem florenis parvi ponderis et uno selliocto. ||

Die decima nona mensis decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi dicte civitatis, super negociis ipsius civitatis, per venerabiles et egregios viros dominum Franciscum de Flecheria, dominum procuratorem fiscalem, nobilem Anniquinum Copini; — Johannem Servionis, Amedeum de Saxo et Johannem de Songeto, sindicos; — (78) Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, Ja. de Sancto Michaele, Franciscum Crochon, Johannem de Liga, Petrum Monachi, Amedeum de Peymes, Johannem Ruphi, Petrum Gatilliardi, Johannem Besson, Ja. Sambavillaz, Jo. Polliuti.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod quidam malefactores insultaverunt personam domini Petri Presbiteri junioris, capellani, et inquantum quod ejus faciem destruxerunt, querendo que remedia debent apponi.

Concluditur quod castellanus, procurator fiscalis et domini sindici vadant ad domum dominorum de Virier et requirantur quod si a casu essent in ipsorum domo tales malefactores, quod ipsi exhibeant vobis; et ita fuit ordinatum et datum in mandatis per prefatum dominum vicarium.

Die Martis xxij mensis decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de negociis ipsius civitatis, per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo et Johannem de Songeto, sindicos; — Girardum de Nex, Johannem de Rotulo, Petrum Ciclat, Franciscum Vicencii, Johannem de Lyga, Girardum de Vaudo, Petrum Guersy, Johannem Besson, Clementem Poutex, Jo. de Orseriis, Leodegarium Chivallerii, P. Merceri.

|| Ibidem fuit admissus in burgensem Anthoninus Francheis, habitator Gebenn. in parrochia Marie Magdalenes, pro septem florenis parvi ponderis et xv solidis. ||

Itaque fuit dictum et propositum quod forte esset de neccessitate ire ad dominum nostrum ducem uti administratorem domini nostri Gebenn. episcopi etc.

Concluditur quod non est de neccessitate ire etc.

Fuit eciam dictum utrum debeant fieri cride; concluditur quod minutentur ipse cride fiende, postea videantur in consilio.

(79) Pedagiatur pontis Areris citetur et habeant asistere sindici cum instantibus etc.

De facto Quoquilliodi capiatur processus et tradatur alicui jurisperito qui dictet suam sentenciam, postea videatur in consilio.

Concluditur quod fiat unum donum domino vicario de Flecheria usque ad valorem duodecim florenorum parvi ponderis vel circa.

Die Martis xxix decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros A. de Saxo, Jo. Songeto; — G. Enex, M. Montionis, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, C. Poutex, P. Ciclat, L. Chivallerii, F. Vicencii, G. de Vaudo, Jo. Besson, Ja. de Sancto Michaele, Jo. Ligot, P. Guersy, P. Merceri.

Ibidem fuit prohibitum nobili Petro Martine, eo quia non est burgensis civitatis Gebenn., quod non sit ausus gaudere franchesiis.

Ibidem fuit propositum quod venerabilis vir dominus Guillelmus Guinacti, tanquam procurator fiscalis, dixit in ultimo consilio generali tento in claustro Sancti Petri Gebenn. quod erant quamplurimi et nonnulli burgenses qui venerant ad consilium generale et quod illi qui non erant faciebant manopolium, et quod esset bonum quod teneretur consilium generale ad remonstrandum sibi.

Item M. Montionis protestatus est de injuria etc.

Mandatur receptori quod solvat domino Johanni Magnini tres florenos parvi ponderis et sex solidos monete cursalis pro processibus per eum visitatis et sentenciis scriptis per eum contra aliquos culpabiles.

Die Martis quinta januarii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles Jo. Servionis, A. de Saxo, Johannem Sogey, consindicos; — Ja. de Sancto Michaele, Jo. de Orseriis, Jo. de Rotulo, P. Ciclat, Peronetum Emonini, Jo. Ligot, P. Guersy, G. de Vaudo, F. Vicencii, C. Poutex, L. Chivallerii, G. Enex, Montionis, P. Merceri.

|| Ibidem fuit admissus in burgensem Johannes Ridel, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Gervasii, pro quatuor scutis et xv solidis pro una colovrina, || et promittit solvere in manibus receptoris.

Ibidem fuit presentatus pro locumtenente domini vicedompni Guillelmus Ramelli, de Lullier, et juravit exercere juste et sancte etc.

|| Item Amedeus Faber, de Abbergamento in Verromesia, admissus est in burgensem, pro septem florenis et una colovrina. ||

(80) || Mandatur receptori quod solvat Johanni de Liga, appothecario, pro rebus traditis per eum et contentis in rotulo, que ascendunt ad summam xix florenorum, iij solidorum. ||

|| Mandatur receptori quod solvat Glaudio Biolley, pro fusta et jornatis contentis in rotulo, videlicet summam xix florenorum, ij solidorum et denariorum. ||

|| Mandatur magistris computorum civitatis Gebenn. quod intrent Petro Mercerii summam contentam in suo rotulo, que ascendit ad decem novem florenos et ij solidos et denarios. ||

Mandantur intrari dicto thesaurario sive receptori sex scuta que fuerunt tradita Peroneto Emerici, secretario.

Mandatur magistris compu(tu)torum quod intrent in suis computis Petro Mercerii, receptori dicte communitatis, summam in suo rotulo contentam que ascendit ad quaterviginti quinque florenos, quinque solidos et novem denarios.

Die Veneris octava januarii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, et Jo. Songey, sindicos; — Michaelem Montionis, Johannem de Orseriis, Johannem de Rotulo, L. Chivallerii, P. Ciclat, Peronetum Emonini, Jo. Ligot, G. de Vaudo, P. Guersy, Jo. Besson.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod regina Cipri[1] debet venire ad presentem civitatem et imbrevi, et qualis honor debet sibi impartiri et utrum debeatur sibi aliquid donare etc.

Concluditur quod convocetur consilium post prandium cum illis de Quinquaginta et de majoribus hujus civitatis.

Die Veneris octava januarii hora vesperorum, fuit tentum consilium, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo et Johannem de Songeto; — magistrum Guerbinum, Johannem de Orseriis, Jo. de Rotulo, Clementem Poutex, Peronetum Emonini, Jo. de Liga, Petrum Galliardi, Petrum Guersy, Role-

[1] Charlotte, fille et héritière de Jean III de Lusignan, roi de Chypre, était la femme de Louis, second fils de Louis Ier, duc de Savoie, et d'Anne de Chypre.

tum Guillieti, Johannem de Oreriis, Jaquemetum Rubini, Johannem de Fontana, Guilliermum de Malodumo, (81) Robertum Lullini, Hugonetum Grossy, Petrum Monachi; item et Quilet sellarium.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod regina Cipry debet hic interesse die dominica proxime ventura, eciam de honore sibi inferendo etc.

Concluditur quod vocentur iterum vocati et alii vocandi etc., quia non venerunt vocati.

= Vocandi : Henricus Coctoneti, Johannes Velluti senior, Franciscus de Quarro, Franciscus Rigardi, magistrum Guerbinum, Hanse Le Borsier, Johannes de Fontana, Ludovicus Johannodi, Petrus Jaqueti, Jo. douz Peyraz, Amedeus de Peymes, Henricus de Yspagnia, Franciscus Magnini, Reymondus Privissini, Petrus Magnini, Jacobus Nergue, Johannes Marchiandi, Guillelmus de Malodumo, Aymo Versonay, Stephanus Achardi, Johannes Balli, Johannes Deria, Ja. de Sancto Michaele, Girardinus de Rippa, Jo. Valleti. — Vocandi : C. Poutex, Johannes Engleys, R. Guillieti, P. Nycodi, Johannes Clementis barbitonsor, Hugoninus de Boulo, F. Crochon, Guigo Veygiez, P. Gavid, P. Rodeti, Nycodus de Espagnia, Jo. Pentivalis, P. Monachi, Ja. Barme, Ja. Sambavillaz, Roletus Teste, Dyonisius Bidel, Symonetus cinturerius, Hugonetus Grossy, Hugonetus Cherdo, Jo. de Oreriis, M. de Nanto. =

Ulterius Servionis, suo et aliorum sindicorum nominibus, dixit quod per eos non stabit neque stat quin non impendantur honores impendendi regine de Cipro et quod ipsi sunt parati facere eorum debitum juxta eorum possibilitatem, et protestati fuerunt quod vocarent qui non venerunt; et de hiis peciit Servionis et alii sindici licteras testimoniales etc.

Die Sabbati nona mensis januarii, iterum super materia superius mencionata fuit tentum consilium per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto, consindicos; — Michaelem Montionis, Johannem de Orseriis, Clementem Poutex, Leodegarium Chivalerii, Peronetum Emonini, Johannem de Liga, Petrum Guersy, Johannem douz Peyrat, Stephanum Achardi, Aymonem Versonay, Petrum Galliardi, Ludovicum Johannodi, Jacobum Balme, Franciscum Forrerii, Petrum Gatilliardi, Hanse Le Borsier, Johannem

de Oreriis, Johannem Besson, Hugonetum Grossy, Dyonisium Bizelli, Symonetum de Joyez, Johannem Balli, Girardum Gervasii, Peronetum Pichon hostellerium, Henricum Coctoneti, Petrum Magnini, Christoforum Bonifacii, Petrum Rodeti, Robertum Lullini, Jo. de Rotulo, Ludovicus Johannodi senior. — *(xxxiij [xxxiv].)*

(82) In quoquidem consilio fuit dictum, expositum quomodo regina Cipri debet hic Gebennas venire et intrare civitatem imbrevi, eciam dictum et expositum quomodo debet recipi et qualis honor sibi impartiri debet in hac civitate Gebenn. et quid debet sibi dare etc., sive quale donum sibi fiet.

Item petitur ex parte aliquorum quod ministrentur eidem domine lecti in domo Fratrum Cordigerorum.

Item et an vel ne nundine deberent prolongari aut non.

Concluditur quod maneant sicut sunt; tamen si videretur esse utile in fine nundinarum, bene possent prolongari duobus aut tribus diebus etc.

Concluditur quod fiat sibi, regine, unum donum usque ad valorem centum florenorum parvi ponderis.

Die Martis xij mensis januarii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto; — Johannem de Orseriis, Michaelem Montionis, Jacobum de Sancto Michaele, Girardum de Nex, Johannem de Rotulo, Clementem Poutex, Girardum de Vaudo, Johannem Bessonis, Johannem Ligot, Peronetum Emonini, Petrum Ciclat, Petrum Guersy, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit creatus et admissus in burgensem Jacobus Chancrin, de Prisingio, habitator Gebenn. in parrochia Sancte Crucis, vij florenis, j colovrina pro xv solidis.

Idem Jacobus factus fuit vigilli etc. et prestitit juramentum in forma solita.

Item similiter Johannes Volandi fuit factus vigilli et prestitum juramentum in forma etc.

(83) In vitualibus tradendis regine, ponantur primo duo dolia vini, unum albi et unum rubei, xxiiij florenis; item xij mutones, xx florenis; item unum bovem, xx florenis; item xij faces, x florenis; item xij capones, v florenis; item duas duodenas pernicum, vj florenis; item duodecim bocetas dragiarum, v florenis; item xij libras candelarum, iiij florenis; item de ypocrato, iiij florenis.

Die Mercuri xiij januarii, fuit tentum consilium in Domo Communi etc. per Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto, consindicos; — Girardum Denex, Michaelem Montionis, Johannem de Orseriis, Johannem de Rotulo, Clementem Poutex, Petrum Ciclat, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, Jo. Ligot, Petrum Guersy, Johannem Besson.

In quoquidem consilio fuerunt presentate due lictere missive ex parte domini nostri ducis et una alia parte domine duchisse, que continent quod credatur dictis domini archiepiscopi Tarentasiensis.

In quoquidem consilio fuit dictum quod ipsa regina debet venire inbrevi et utrum debeant sibi portare palium etc.

Item fuit dictum eisdem dominis sindicis quod debeant eandem dominam sumptura et defreare sumptibus civitatis.

Concluditur quod iterum post prandium convocetur consilium et convocentur de majoribus civitatis etc.

Eodem die tercia hora vesperis, iterum fuit tentum consilium super materia superius mencionata per etc., Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto; — Johannem de Orseriis, Johannem de Rotulo, Clementem Poutex, Petrum Guersy, Christoforum Bonifacii, Franciscum Forrerii, Petrum Gatilliardi, Hanse Le Borsier, Leodegarium Chivallerii, Peronetum Emonini, (84) Varamberti, Glaudium de Alamonia, Johannem Besson, Henricum Coctoneti, Symonetum de Joez, Hugonetum Grossy, P. Moreti, Jaquemetum Guinacti, Ansermetum Marvalli, Nycodum de Espagnia, Jo. de Oreriis, Guillelmum de Malodumo, Girardum de Rippa, Petrum Monachi, Petrum Rodeti.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum utrum debeatur dare donum alias ordinatum regine aut quod ipsa domina debeatur defreare et sumptus in civitate Gebenn. sibi ministrare etc.

Concluditur quod donum fiat ipse regine de centum florenis prout superius et pridem fuit ordinatum etc.

Die Martis decima nona mensis januarii, fuit tentum consilium in

Domo Communi per nobiles et honorabiles, de negociis subscriptis, Johannem Servionis, Amedeum de Saxo et Johannem de Songeto; — Johannem de Orseriis, Johannem de Rotulo, Clementem Poutex, Leodegarium Chivallerii, Petrum Ciclat, Girardum de Vaudo, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini, P. Guersy, P. Mercerii.

|| Mandatur thesaurio quod solvat Petro Rolatini, serralioni, videlicet duos florenos parvi ponderis et undecim solidos et tres denarios monete cursalis pro certis ferraturis per eum factis in porta Belli Rigardi etc. ||

Ibidem fuit admissus in burgensem discretus vir Johannes Losserii, de Bona, habitator Gebenn., pro octo scutis et una colovrina pro xxx solidis, et promittit solvere in manibus receptoris.

(85) *Die Martis vicesima quinta* [*sexta*] *mensis januarii,* fuit tentum consilium, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo et Johannem de Songeto, sindicos; — Michaelem Montionis, Johannem de Orseriis, Johannem de Rotulo, P. Ciclat, C. Poutex, Peronetum Emonini, F. Vicencii, G. de Vaudo, Jo. Besson, G. de Nex, L. Chivalerii, P. Merceri.

|| Mandatur thesaurario quod solvat Roberto de Cresto tres florenos parvi ponderis in quibus eadem communitas sibi pro pena et labore habitis in dividendo lapides civitatis cum illis qui intererunt et pro expensis ministratis vij sociis actando iter in Plano Palacii. ||

|| Mandatur receptori quod solvat Johanni de Leysu et Anthonio Mallier, Johanni Triperii, F. Demota, carpentatoribus Ale, pro resta tachii Alarum etc., videlicet viginti quinque florenos parvi ponderis. ||

Die Jovis xxviij januarii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de rebus subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem Songey, Amedeum de Saxo, consindicos; — dominum Glaudium Pilicerii, legum doctorem; — Johannem de Orseriis, Johannem de Fogia, Clementem Poutex, Johannem de Rotulo, Glaudium de Peymes, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, Reymondum Privissini, Henricum Emerici, Ludovicum Johannodi juniorem, Girardum de Nex.

Ibidem fuit dictum et propositum quod fuit tradicta quedam supplicacio regine Cipri pro parte nobilis Johannis de Lancier, que postea fuit

tradicta domino archiepiscopo Tarenthasiensi, que continet inter alia quod indulgeatur sibi super contentis in ipsa supplicacione.

Concluditur quod dominus Glaudius Pilicerii sibi narret offensas, minas per eum factas etc.

(86) *Die Mercuri tercia mensis februarii in crastinum purificacionis beate Marie virginis,* fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Johannem de Songeto, sindicos; — Girardum de Nex, Johannem de Orseriis, Johannem de Rotulo, Petrum Ciclat, Leodegarium Chivaleri, Clementem Poutex, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, Johannem de Liga, Petrum Guersy, M. Montionis, G. de Vaudo, Ja. de Sancto Michaele, Johannem Besson, P. Mercerii.

Ibidem fuit propositum quod illustrissimus dominus princeps Pedemoncium misit quasdam licteras que continent inter alia quod ipse mandat quod restituantur sibi certe tele cum aliis rebus in ipsa lictera contentis.

Concluditur quod omnes consencientes ponantur in Insula et fiat de eis justicia.

|| Mandatur receptori quod solvat Johanni Chantelli, serraliono, pro sera magne porte Sancti Christofori et pro serrando ipsas portas, ix solidos, et ita juravit ad tantum ascendere etc. ||

Ibidem fuit dictum et propositum quod dominus archiepiscopus detinet ferros ad signandum mensuras.

Item super eo quod ipse obviavit ne macellarii obtineant pondus.

Item utrum debeatur taxare frumentum illis qui apportant in foro et quod ipsi non vendant nisi ad certum precium. Concluditur quod non taxatur.

Item quod ipse archiepiscopus habuit xv florenos parvi ponderis pro faciendo laudimium casalis et non fecit.

Item quod ipse fuit alias vicarius et non revocatus quatenus fuerit unus alius. Concluditur quod si non fuerit revocatus, quod ipse non requiratur facere juramentum etc.

|| Mandatur receptori quod solvat Jacobo, vigilli, unum scutum auri quem civitas sibi dedit pro suis bonis serviciis. ||

|| Mandatur receptori emolumentorum quod solvat Johanni de Liga,

videlicet quinquaginta sex florenos parvi ponderis, novem solidos et sex denarios, causa contenta in suo rotulo. ||

Mandatur intrari causa contenta in rotulo parvo Petro Mercerii, videlicet iiij florenos, vj [solidos], vj denarios.

Item plus causa contenta in alio rotulo, lxxviij florenos, ix solidos, vj denarios. (87)

---

(88) JHESUS

Breyseti Nycodi.

In nomine Domini, amen. Noverint universi et singuli presentes inspecturi quod *anno a nativitate ejusdem Domini m° iiij^c sexagesimo secundo et indicione decima cum dicto anno sumpta et die septima mensis februarii,* fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gebenn., pro tractando de negociis subscriptis et creando sive constituendo sindicos et procuratores acque gubernatores communitatis hujus inclite civitatis Gebenn., per reverendum patrem dominum Amblardum de Virier, abbatem Habundancie, venerabilesque viros dominos Petrum Presbiteri et Jacobum Fuserii, vicarios episcopatus Gebenn., Rodulphum Sapientis, secretarium dicti episcopatus, et Franciscum Karoli, procuratorem fiscalem jamdicti episcopatus; — necnon nobiles et honorabiles viros Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, et Johannem de Songeto, sindicos; — Girardum de Nex, Michaelem Montionis, Jacobum de Sancto Michaele, Johannem de Orseriis, Johannem de Rotulo, Franciscum Vicencii, Petrum Guersy, Girardum de Vaudo, Peronetum Emonini, Leodegarium Chivallerii, Clementem Poutex, consiliarios; — Jaquemetum Sambavillaz, Raymondum Privissini, Johannem Polliuti, Anthonium Berruti, Glaudium Cavucini, filium quondam Jo. Porterii, Anthonium Clementis, Petrum Vignioli, Martinum Varamberti, Hugoninum Grossy, Johannem Besson notarium, Johannem de Marlio, Glaudium de Capella, Jacobum Barme, Petrum Galliardi, Roletum Guillieti, Bartholomeum Vicencii, Johannem Rogeti, Johannem de Fogia, Johannem de Oreriis, Johannem Carrerii, Johannem Peccollacti, Humbertum de Bona, Petrum Magnini, Johannem Monachi, Hugonetum Vullie, Henricum Beatrisii, Reymondum Lullini, Petrum Lamet, Ludovicum Trucheti, Robertum de Cresto, Aymonem de Lestel-

ley, Johannem de Croso, Johannem Balli, Johannem Malagniodi, Petrum de Sancto Johanne, Mermetum Bucterii, Stephanum Gotrosii, Petrum Joly, Petrum Perons, Stephanum de Bornando, Petrum Clareti, (89) Johannem Velliuti juniorem, Vulliermum Monaton, Aymonem Versonay, Reymondum Privissini, Johannem Farqueti, Glaudium de Sieges, Nycodum Monytier et quamplurimi alii tam ex burgensibus, civibus et incolis civitatis Gebenn.

In quoquidem consilio fuerunt constituti per superius nominatos et quamplures alios ex civibus, burgensibus et incolis civitatis Gebenn. sindici et procuratores dicte civitatis, videlicet nobiles Johannes de Rotulo, Johannes de Songeto, Peronetus Emonini et Franciscus Vicencii, qui promiserunt et juraverunt per juramenta sua bene, probe regere et gubernare, et fideles esse domino nostro Gebenn. episcopo et civitati etc. et neminem opprimere, artillierias dicte civitatis custodire et nemini mutuare.

Actum in dicto claustro per quos supra, presentibus ibidem Nycodo Monitier, Ludovico Trucheti, Roberto de Cresto, Jacobo Chabodi.

Die octava mensis februarii, fuit admissus in receptorem generalem emolumentorum dicte communitatis Gebenn., videlicet discretus vir Petrus Mercerii, notarius, burgensis civitatis Gebenn., qui promisit etc.

Die Martis nona mensis februarii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini alias Pichon, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Petrum Mercerii.

In quoquidem consilio fuerunt creati, constituti, electi et ordinati per quos supra consiliarii communitatis civium, burgensium et incolarum civitatis Gebenn., primo Clemens Poutex, Leodegarius Chivallerii, Petrus Guersy, Johannes Bessonis, Guilliermus de Malodumo, nobilis Petrus Magnini, nobilis Guigo de Rotulo, item Petrus Prepositi, || item vir Dyonisius Bizelli || *(vacat),* item Jaquemetus Ruby, item Guichardus Guacti, item Henricus Coctoneti, item Aymo Versonay, item egregius vir dominus Johannes Chapuys, item nobilis Johannes de Orseriis, item Nycodus de Espagnier.

(90) *Die Veneris duodecima mensis februarii,* fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, sindicos; — Amedeum de Saxo, Petrum Prepositi, Clementem Poutex, Petrum Guersy, Johannem Besson, Leodegarium Chivallerii.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod nobilis Johannes Ciclacti venit ad dominos sindicos cum uno suo procuratore qui dixit et proposuit quod quidam Reynaudus, ejus servitor, fuit eri(t) captus et ductus ad castrum Insule sine denunciatore vel accusatore, quod fieri non debuit cum sit contra franchesias, actento quod ipse est habitator Gebenn. etc. Concluditur quod civitas non se intromictat adhuc.

Ibidem fuerunt lecta quedam capitula et cride fiende, in quodam folio papiri descripte. Concluditur quod fiat crida sicut in eisdem continetur.

Ibidem intervenit dictus Frechet qui dixit quod illi de Nyviduno arrestaverunt eo quia Petrus Magni fecit exequi processum lapidis contra Jollieti. Concluditur quod remictatur copia dominis vicariis qui debent facere provisionem etc.

Die Martis xvj mensis februarii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini, sindicos; — Amedeum de Saxo, Clementem Poutex, Petrum Guersy, Jaquemetum Ruby, Petrum Magnini, Guichardum Guacti, Johannem Besson, Petrum Prepositi, Henricum Coctoneti, Jo. de Orseriis, Jo. Servionis, P. Merceri.

Item fuit propositum quod domini vicarii volunt habere Arnaudum Petarlat, detentum in castro Insule occasione verberis et insulti perpetrati in personam Jacobi Morelli.

Concluditur quod habeatur super dicto negocio bonum consilium et si ipsi velint ipsum habere, quod fiant protestaciones neccessarie etc.

Super facto panis concluditur quod ponderetur et, si non reperiatur sufficiens, levetur et distribuatur pauperibus more solito etc.

Super pondere bladi concluditur quod remaneat sic usque quo fuerint plures in consilio.

Item de copiis tradendis in furnis et patiseriis et ponendis in carraphoris.

Item de facto marche utatur consilio peritorum.

(91) Item fuit propositum utrum domini sindici et consiliarii possint conferre unus consilio, si a casu aliquis deficeret venire ad consilium.

Die Martis vicesima tercia mensis februarii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, F. Vicencii, Peronetum Emonini; — P. Prepositi, A. de Saxo, C. Poutex, L. Chivalerii, P. Guersy, Jo. Besson, H. Coctoneti, G. de Malodumo, Ja. Ruby, Jo. de Orseriis, G. Enex, P. Mercerii.

Item fuit admissus in burgensem Ludovicus Fenys, cutellerius, habitator Gebenn. in parrochia beate Marie Magdalenes, pro vij florenis et uno vojuz.

Item fuit admissus in burgensem Jacobus Paqueti, clericus, in parrochia predicta, pro septem florenis et una colovrina xv solidorum.

Item fuit admissus in burgensem nobilis Johannes de Humilier, cutellerius, habitator Gebenn. in parrochia beate Marie Magdalenes, pro vij florenis et j colovrina.

Item fuit dictum et propositum quod alias fuit cridatum ne venderentur pisces per revenditrices et quod illa crida veniret exequenda.

Concluditur quod renovetur crida et postea observetur et conferatur primo cum dominis vicariis.

Item fuit propositum et dictum quod patisserii et bolongerii non deberent facere aliquos gatelletos et quod fieret una crida. Super hoc concluditur quod dicatur patisseriis quod non faciant gatelletos et quod domini sindici habeant conferre cum dominis vicariis et postea vocentur patisserii.

Item fuit admissus in burgensem Johannes Bigot, habitator Gebenn., affanator, pro septem florenis et una colovrina xv solidorum, in parrochia Sancti Germani in domo Coctoneti.

(92) *Die Veneris vicesima sexta mensis februarii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto,

Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini; — Petrum Prepositi, Guillelmum de Malodumo, Jaquemetum Ruby, Jo. Servionis, L. Chivalerii, Jo. Besson, G. Guacti.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod Guillelmus Sapientis certis revenditricibus levavit certas galinas, ideo queritur si ita debeat fieri.

Ibidem Johannes Braserii, de Thono, habitator Gebenn., promisit in manibus dominorum sindicorum exercere officium vicedompnatus etc.

Item Matheus Mavel, porterius porte Fratrum Minorum.

Item porterius pontis Rodani.

Item porterius porthe de Marche.

Item P. Clareti in porta Sancti Anthonii.

Item fuit admissus in burgensem Johannes Malacriaz, verberator bonbacis, habitator Gebenn. ante Mariam Magdalenam, pro vij florenis et uno selliocto de nundina in nundinam.

Die Lune prima mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de rebus et negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Amedeum de Saxo, Clementem Poutex, Petrum Prepositi, Jaquemetum Sambavillaz, Petrum Guersy, Guichardum Guacti, Petrum Magnini, Bartholomeum Vicencii, Petrum Gatilliardi, Henricum Coctoneti, Dyonisium Bizelli, Johannem de Orseriis, M. de Nanto, Leodegarium Chivalerii.

In quoquidem consilio fuerunt exhibite due lictere missive, una ex parte domini illustrissimi principis domini nostri ducis Sabaudie, alia vero pro parte domine duchisse de Sabaudia, continentes in effectu quod Aymonetus Joly erat carceribus Insule civitatis Gebenn. detentus pro nonnullis forefactis et quod micius et graciose per justiciam pertractaretur etc.

Concluditur quod processus ponatur in manibus alicujus domini doctoris qui dictet sentenciam et, habita sentencia, iterum apportetur ad consilium et legatur, et tunc fiet quicquid erit consultum et ordinatum per consilium.

(93) *Die Martis secunda mensis marcii,* fuit tentum consilium in

Domo Communi communitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Petrum Prepositi, Amedeum de Saxo, Clementem Poutex, Petrum Guersy, Leodegarium Chivalerii, Guichardum Guacti, Jaquemetum Ruby, Henricum Coctoneti, Girardum Enex, Johannem Rogeti, Henricum Coctoneti, Jo. Servionis, Jo. de Orseriis, P. Mercerii, Jo. Besson, P. Merceri.

Ibidem fuit dictum et propositum quod dictus Aymonetus Joly fuit et est latro et fecit plura furta tam in domo principis quam in domo magistri sui ubi servierat, et ita confessus est, ideo queritur quid juris etc.

Concluditur quod fiat justicia juxta exhigenciam suorum casuum et habeatur consilium cum peritis, extra civitatem si sit neccesse.

Item ibidem comparuit discretus vir Henricus Beatrisii, uti procurator et procuratorio nomine Arnaudi Pitarlacti, qui produxit unam cedulam et dixit et requisiit ut in ea.

Ibidem fuit responsum Johanni Rogeti qui se asseruit vidisse aliqua de juribus suis, videlicet quod fuerat dominis sindicis inhibitum auctoritate domini officialis Viennensis et ulterius quod facta ordinacio per dominos vicarios a qua fuit appellatum et qui domini vicarii reposuerunt causam in prestinum statum et est eciam inhibitum, et sic ipsi domini sindici non possunt nec debent ulterius se intromictere etc.

Die Veneris vta marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, consindicos; — Petrum Guersy, Guichardum Guacti, Jaquemetum Ruby, Guillelmum de Malodumo, Johannem Besson.

(94) *Die sabbati sexta mensis marcii hora vesperorum,* in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto et Peronetum Emonini, consindicos; — Johannem de Orseriis, Petrum Prepositi, Clementem Poutex, Jaquemetum Ruby, Guichardum Guacti, Petrum Magnini, Guillelmum de Malodumo, Johannem Besson, Leodegarium Chivalerii, Jo. Servionis.

In quoquidem consilio fuit producta et exhibita pro parte Aymoneti Joly, in carceribus Insule civitatis Gebenn. pro suis demeritis detenti,

quedam lictera missiva ab illustrissimo principe domino nostro (duce) Sabaudie duce emanens etc. Concluditur quod mictatur unus homo pro civitate etc.

Ibidem comparuit in Domo Communi discretus vir Henricus Beatrisii, procurator, ut asseruit, Arnaudi Petarlacti, qui produxit in presencia dominorum castellani et sindicorum quandam cedulam papiream incipientem : « Excusaciones et tales quales etc. » Et peciit per ipsos dominos castellanum et sindicos contenta in ipsa cedula observari.

Concluditur quod petatur ab eis quod ipsi tradant omnes actus factos in causa dicti Arnaudi et quod tunc fiet eis responsio super cedulata.

Die Martis nona mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, consindicos; — Jo. de Orseriis, Johannem Servionis, Amedeum de Sax, Clementem Poutex, Petrum Guersy, Jaquemetum Ruby, Petrum Magnini, Henricum Coctoneti, Johannem Besson, Petrum Prepositi, Guillelmus de Malodumo, P. Merceri.

Ibidem fuit admissus in burgensem egregius vir utriusque juris doctor dominus Johannes Chapuys, habitator Gebenn., de gracia speciali.

In quoquidem consilio fuit lecta quedam lictera missiva pro parte Arnaudi Petarlati ab illustrissima domina duchissa emanata.

Concluditur quod mandetur F. Vicencii in Lausana, qui est informatus de negocio, qui habebit remonstrare adjutorio domini cantoris domini nostri ducis. Item quod omnia communicentur cum dominis vicariis.

(95) Ibidem domini sindici substituerunt procuratoribus presentibus Jo. douz Marterey et Nycodus Cochons etc.

Ibidem fuit responsum dicto Henrico Beatrisii et Johanni Ciclacti, videlicet.....

JHESUS

Die dominica post dominicam Bordarum, videlicet die decima quarta mensis marcii, fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem

de Songeto, Peronetum Emonini, sindicos; — Jo. de Orseriis, Jaquemetum Ruby, Petrum Magnini, Petrum Guersy, Jo. Besson, Ja. Balme, H. Beatrisii, Michaelem Albi, G. Tissocti, B. Vicencii, P. Lanson, M. Varamberti, Per[ri]nus Servagii, Jo. de Marlio, Janinus Henrici, Ja. Guigniati, P. Pimelli, Jo. Mugnerii, R. de Cresto, P. Vignioli, Ja. Tombeti, Step. de Nemore, G. de Peymes, P. Malagnier, P. Prepositi, dictus Bursat, Jo. de Crosa, H. Coctoneti, Ny. de Nanto, P. de Nanto, dictus Binaz, Bossoneti, G. Boverii, Jo. Balli, Jo. Espinguet, A. de Saxo, Ay. Cortagier, Jo. Gervasii, Ste. de Bornando, Jo. de Cabulo, P. Jacodi, Ste. de Putheo, Jo. Alberti, P. Gay de Putheo, G. de Malodumo.

Die superius proxime descripta hora vesperorum, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros dominos Johannem Magnin, Petrum Conodi, Anniquinum Copini locumtenentem domini vicedompni Gebenn.; — Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, consindicos; — Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Johannem de Orseriis, Petrum Guersy, Johannem douz Peyrat, Jaquemetum Ruby, Guillelmum de Malodumo, Petrum Magnini, Petrum Prepositi, Petrum Bollieti, Thomam Magni, Nycodum Ruffiez, Petrum Galliardi, Jaquemetum Guinacti, Ste. Pacocti, H. de Yspagnia, H. Coctoneti, Jo. de Liga, B. Vicencii, Jo. Seyracti, Ny. de Nanto, P. Farqueti, Ja. Roguz, Jacobum Barme.

(96) In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod Fratres Predicatores Palacii Gebenn. fecerunt venire pro utilitate civitatis Gebenn. unum bonum predicatorem pro predicando coram populo, durante quadragesimo presenti, et ad hoc fuit admissus tam per dominos vicarios quam alios dominos gubernatores civitatis Gebenn. Nichillominus supervenit unus alius predicator, videlicet quidam Carmelita, qui predicat ante Sanctum Petrum, et hodie mane fuerat ordinatum quod ipse non turbaretur in suis sermonibus. Tamen domini vicarii ordinaverunt quod ipse non predicaret usque post sermonem dicti Carmelite. Ideo quesitum, requisitum fuit quid sit super his fiendum, actento maxime quod ipse dixit quod Mercuri proxime venture ipse est recessurus etc.

Concluditur quod domini sindici, associati dominis doctoribus et consilio, accedant ad dominos vicarios et requirant eos benenigter quod dimictant sermocinare ambos suis [h]oris consuetis et prout consuetum est, et si non velin[t] consentire quod eo non ipse obstante sermocinator retineatur sic quod non recedat donec et quousque fuerit facta aliqua bona conclusio.

Die Martis xvj mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, consindicos; — Johannem Servionis, Johannem de Orseriis, Petrum Prepositi, Leodegarium Chivalerii, Petrum Guersy, Petrum Magnini, Jaquemetum Ruby, Henricum Coctoneti, Johannem Besson, Amedeum de Saxo, P. Merceri.

Ibidem supervenit nobilis Glaudius Escofferii, locumtenens castellani Galliardi, qui dixit quod ipse fuit mandatus pro demandando exequcioni sentenciam ferandam contra Aymonetum Joly et quod ipse Aymonetus est habitator civitatis; et nescit si ipse posset habere aliquod impedimentum. Ideo requisiit sindicos et consilium quod ministrent sibi, si sit possibile, vigilles et servientes civitatis.

Concluditur quod dicatur castellano quod civitas non est in usu nec consuetudine (97) quod officiarii civitatis ministrentur castellano Galliardi pro exequcionibus fiendis.

Die xvij marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles Jo. de Rotulo, Jo. Songey, Peronetum Emonini, consindicos; — Jo. de Orseriis, H. Coctoneti et Ja. Ruby.

In quoquidem consilio fuerunt admissy pro faciendo consilium de Quinquaginta, videlicet Jo. de Lyga, P. Gatilliardi, Jo. Balli, Jo. Velluti, M. Varamberti, G. Cavucini, B. Charanzonay, Ja. Roguz, H. Grossy suctor, Roletus Teste, Symondus de Rippa, Jo. de Fontana, Hanse Le Borsier, A. Berruti, Lambertus Magnini, Jo. Trollieti, Ste. Quillet, Garnerius Lamberti, P. Privissins, P. Cortagier, Ja. Arbalesterii, Hugonetus Jaquan, Ja. Tombeti, Ja. de Bogiaco, G. Serralion.

Super facto cujusdam lictere credencie parte domini nostri ducis, parte domini Ludovici Scalces, concluditur quod audiatur sua responsio

sive credencia et, habita, domini sindici habeant bonum consilium et deliberacionem.

Veneris xviij [*xix*] *mensis marcii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, consindicos; — Johannem Servionis, Petrum Prepositi, Amedeum de Saxo, Johannem de Orseriis, Henricum Coctoneti, Guichardum Guacti, Jaquemetum Ruby, Johannem Besson, G. Cavucini, M. Varamberti, P. Magnini, P. Guersy, Jo. de Liga.

Ibidem fuit creatus et admissus in burgensem Hugonetus Matelli, de Sancto Cir[i]co, condurerius, habitator Gebenn. in parrochia beate Marie Nove, pro septem florenis et selliocto, solvendis per nundinas.

Ibidem fuit admissus in burgensem Guillelmus Emonini alias Brictonis, carpentator, habitator Gebenn. in Fusteria et in parrochia Sancti Gervasii, septem florenis et uno selliocto solvendis de nundina in nundinam.

(98) Ibidem fuit admissus in burgensem Franciscus Amoyroux, serviens, habitator Gebenn. in parrochia Sancte Crucis, pro vij florenis cum uno selliocto.

Item similiter Jacobus de Cresto, de Troynay, pro simili precio vij florenorum et uno selliocto; morantur in parrochia Sancte Crucis.

Item similiter Richardus Christini, barbitonsor, habitator Gebenn. ante Sanctum Petrum, pro vij florenis cum uno selliocto, solvendis de nundina in nundinas.

Item fuit dictum et propositum quod fuerunt duo in Lausana pro negocio dicti Joly, ad remonstrandum et demonstrari faciendum per aliquos quod justicia non impediatur; et super hiis fuerunt facte multe expense et specialiter fuerunt aliqui qui convenerunt cancellario unum bocetum vini.

Concluditur quod detur sibi unus bocetus vini continencie....

Item de aliis expensis factis per illos qui fuerunt in Lausana contra Joly concluditur quod solvantur expense, videlicet castellano et G. Enex.

Item fuit exhibita lictera credencie domini Ludovici Stalces qui dixit quod ipse vult exercere quandam commissionem, ideo queritur quid sit fiendum.

Concluditur quod domini sindici vadant ad dominos vicarios et petant de suis consiliariis, postea utantur bono consilio cum ipsis.

Ibidem supervenit Jo. Rogeti qui dixit quod, erina die, fuit ductus infra carceres per castellanum et suos servientes et quod ipse est habitator Gebenn. et diu est stetit; ideo requisierunt dominos sindicos quod instent cum ipsis ad observari faciendum franchesiam; domini sindici et consilium fecerunt se retrahere.

Fuit dictum et conclusum quod casus erat in terminis coram dominis doctoribus et quod ipsi non habebant adhuc responsionem et nesciunt si casus sit criminalis et civilis, et fiet ordinacio doctorum et, facta ordinacione, incontinenti ipsi Johanni Rogeti et Stephano Achardi etc.

Iterum requisierunt quod relaxaretur, saltem mediante caucione ydonea.

Item mandatur Petro Mercerii, receptori, quod solvat Girardo Monachi pro locagio suorum eq.....

|| Item similiter mandatur dicto receptori quod solvat Enex, qui stetit in Lausana pro facto civitatis, iij florenos, xj solidos, vj denarios. ||

|| Item similiter dicto receptori quod solvat nobili Aniquino Copini, castellano, pro expensis suis factis in Lausana, videlicet..... ||

(99) *Die Martis xxiij marcii,* fuit tentum consilium in Domo Communi dicte civitatis, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Peronetum Emonini, Johannem de Songeto, Franciscum Vicencii; — Johannem Servionis, Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Petrum Guersy, Jaquemetum Ruby, Johannem Besson, Henricum Coctoneti, Clementem Poutex, Petrum Prepositi, Leodegarium Chivalerii, Ny. de Espagnia, P. Merceri.

|| In quoquidem consilio supervenit venerabilis vir dominus Nycodus Monachi. ||

In quoquidem consilio fuit admissus in burgensem Thericus Manz, brigantinerius, habitator Gebenn. in parrochia beate Marie Magdalenes, et factus fuit gratis, eo quia civitas Gebenn. sibi fieri fecerat xij brigantinas in quibus juravit perdidisse sex scuta parvi ponderis; et ulterius, tempore guerre domini Dalphini, fuit sibi conventum quod ipse efficeretur burgensis gratis.

Ibidem nobilis A. de Saxo peciit thophos existentes in casali civitatis juxta domum Chapellerii, barbitonsoris.

Ibidem fuit dictum et propositum quod fuit preceptum per dominos vicarios castellano quod ipse deduceret exequcioni cridas factas contra demagogos; castellanus dixit quod mandaretur sindicis quod ipsi facerent. Et tunc fuit preceptum sindicis quod facerent ipsum fortem.

Concluditur quod vocetur consilium de Quinquaginta et exponatur casus etc.

Die Mercuri xxiiij mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, consindicos; — Amedeum de Saxo, Nycodum de Espagnia, Girardum Serrallion, Jacobum Tombeti, Ja. Ruby, G. de Malodumo, Jo. Besson, M. Varamberti, Hanse Le Borsier, P. Gatilliardi, B. Magnin, Jo. Trollieti, Ste. Quillet, Garnerius Lamberti, B. Charanczonay, P. Privissini, Jo. de Fontana, H. Grossy, P. Cortagerii, Jo. Velluti, G. Cavucini, Ja. Arbalesterii, Ja. Roguz, Hugonetus Jaconii, P. Guerssy, Ja. de Bogiaco, P. Perrodi.

(100) In quoquidem consilio fuit propositum quod nobilis Ludovicus Cestalces venit ad presentem civitatem et apportavit ex parte illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis, et quam credenciam ipse dixit et inter alia quod ipse vult omnes vagabundos pro faciendo duas galleas ad mictendum in Cipro et quod tradantur sibi per castellanum et sindicos.

Concluditur quod domini sindici vadant ad dominos vicarios et habeant conferre cum ipsis super materia; et renoventur cride et semper utantur bono consilio sic et taliter quod non prejudicetur civitati in aliquo nec franchesiis ipsius civitatis.

Die Sabbati xxvij mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — P. Prepositi, Jo. de Orseriis, C. Poutex, G. Guacti, Ny. de Espagnia, P. Magnini, Ja. Ruby, G. de Malodumo, Jo. Besson.

In quoquidem consilio fuerunt data et proposita sequencia.

Primo quod fuerunt tradicte certe cride fiende in civitate presenti.

Concluditur quod habeatur consilium an debeant fieri aut non.

Item quod dominus Ludovicus Cestalces petit quod solvantur sibi expense. Item quod tradatur sibi copia franchesiarum.

Concluditur quod non fiat.

Die Martis penultima mensis marcii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, et F. Vicencii, sindicos; — Johannem Servionis, Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Clementem Poutex, L. Chivalerii, P. Prepositi, P. Guersy, Ny. de Espagnia, Ja. Ruby, G. Guacti, Jo. Besson, P. Magnini, P. Merceri.

(101) In quoquidem consilio supervenit honorabilis vir Glaudius de Peymes, qui dixit quod vuglerum trahendo fuit ruptum et quod magister qui ipsum fecit est de presenti et non est aliquis qui sciat reparare, et si non reficiatur est res perdicta.

Concluditur quod reficiatur et reparetur instrumentum vuglerum.

Ibidem fuit admissus in burgensem Petrus de Cimisterio, de Valeyrier, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Leodegarii, pro septem florenis cum selliocto; solvendum in qualibet nundina duos florenos.

Ibidem fuit admissus in burgensem Petrus de Truel, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Germani, pro vij florenis et uno selliocto.

Ibidem fuit creatus vigil et admissus etc., et fecit juramentum.

In quoquidem consilio fuit lecta quedam lictera(rum) missiva directa Johanni Servionis pro facto Johannis de Lancier. Concluditur quod non fiat sibi aliqua responsio.

Item fuit propositum quod Petrus Monachi extraxit ploctum tenentem cathenam existentem in burgo Sancti Gervasii et quod ipse fuit requisitus quod reponeret in prestinum statum dictum ploctum, quod tamen facere recusavit.

Concluditur quod domini sindici associati eorum consiliariis et vigilibus vadant post prandium a[d] locum ubi dictus Petrus M[on]achi extraxit ploctum et requiratur iterum quod reparet rem; si non velit [re]parare, quod adstatim reparetur hora meridiei.

Die Martis sexta mensis aprilis, fuit tentum consilium in Domo Com-

muni presentis civitatis per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini alias Pichon, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem Servionis, Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Jaquemetum Ruby, Guichardum Guacti, Nycodum de Espagnia, Johannem Besson, Henricum Coctoneti, L. Chivalerii, P. Merceri.

Item Johannes Marescalli, faber, habitator Gebenn., fuit vocatus in consilio civitatis et dictum quod non est burgensis Gebenn., ideo prohibitum fuit sibi ne utatur franchesiis.

(102) Ibidem interfuerunt priores confratriarum subnominati.

Primo Johannes Pactocti, prior confratrie Assumpcionis beate Marie Virginis fondate per magistros pelliparios.

Item Hanse Le Borsier, prior confratrie Alemanorum.

Item Johannes Meurerii; prior confratrie Sancti Nycolay et Catherine.

Item Jaquetus Lovacti, prior confratrie beate Marie Nove etc.

Item Petrus Cortagier, prior confratrie barbitonsorum, videlicet Cosme et Damiani.

Item Hugonetus de Rages, archerius, prior confratrie Sanctorum Fabiani et Sebastiani.

Item Petrus Bernardi, prior confratrie Sancti Yllarii.

Item Nycodus Regis, prior confratrie escofferiorum, videlicet Sanctorum Crispini et Crispi[ni]ani.

Concluditur quod ipsi priores debeant appellare quilibet ipsorum suum consilium et faciant responsionem die in consilio presentis civitatis.

Item Stephanus de Bornando, prior confratrie macellariorum, videlicet Sancti Anthonii.

Item Johannes Gacohens, lathomus, prior confratrie Sancti Leodegarii.

Item G. de Peymes, prior confratrie Eucaristie Christi, videlicet mercatorum et bu[r]gensium etc.

Item Amedeus Sirventis, prior confratrie Sancti Spiritus que fit in Sancto Gervasio.

Ibidem fuit dictum quod heremita pontis Areris est infirmitate detentus et quod ipse vult remictere locum sibi traditum civitati.

Die Veneris nona mensis aprilis, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem

de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini alias Pichon, Franciscum Vicencii; — Johannem de Orseriis, Guillelmum de Malodumo, Guichardum Guacti, Petrum Magnin, Johannem Besson, P. Prepositi, Ja. Rubi, H. Coctoneti.

(103) *Die Martis xiij mensis aprilis,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per egregios honorabilesque viros dominos Johannem Chapuysii; — et Johannem de Rotulo, Peronetum Emonini alias Pichon, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Petrum Prepositi, Clementem Poutex, Leodegarium Chivalerii, Petrum Magnini, Petrum Guersy, Nycodum de Espagnia, Jaquemetum Ruby, Guichardum Guacti, Guillelmum de Malodumo, Henricum Coctoneti, Johannem Besson, Petrum Mercerii.

In quoquidem consilio fuerunt lecte lictere facte ad causam domus quondam Aymoneti Mugnerii, super turbacionibus factis in ipsa domo per dominum Thorenci.

|| Mandatur receptori quod solvat domino Johanni Chapuys viginti florenos parvi ponderis pro uno dolio vini rubei dato domino Ja. de Vallispergia, cancellario [1], etc. || — *(Habet.)*

Ibidem fuit admissus in burgensem Lyvinus Nycolay, habitator Gebenn., appothecarius, in parrochia Sancti Germani, pro septem florenis parvi ponderis et j selliocto.

Die Martis post Pascha xx mensis aprilis, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — A. de Saxo, Jo. de Orseriis, P. Prepositi, Leodegarium Chivalerii, P. Guersy, Ny. de Espagnia, G. Guacti, Ja. Rubini, C. Poutex, Jo. Servionis, P. Merceri.

(104) *Die Jovis xxij aprilis,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. de

[1] Jacques Valperga, comte de Masino, venait d'être réintégré, après plusieurs années de disgrâce, dans sa charge de chancelier de Savoie (4 mars 1462), grâce à l'intervention du roi de France Louis XI.

Orseriis, Jo. Servionis, A. de Saxo, G. Guacti, P. Guersy, P. Prepositi, P. Magnini, Jo. Besson, G. de Malodumo, Ny. de Espagnia, Ja. Ruby, H. Coctoneti.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod est quidam socius incarceratus in castro Insule et quod illi qui custodiunt sunt partiales et mandaverunt parentibus quod venerent eciam et sic ipse non est securus. Concluditur quod dicatur castellano quod ipse provideat de custode taliter quod ipse sit bene securus. Ideo castellanus fuit requisitus quod ipse provideat taliter quod illi qui sunt non sint subornati et quod non loquatur cum ipsis.

Ulterius fuit dictum quod nobilis Karolus de Menthone protulit certas minas domino castellano eo quod ipse nolebat relaxare ipsum incarceratum, et requisiit castellanus quod domini sindici vellent sibi ministrare.

Die Martis xxvij aprilis, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, C. Poutex, L. Chivalerii, P. Guersy, Ja. Ruby, Ny. de Espagnia, P. Magnini, H. Coctoneti, P. Prepositi, G. de Malodumo, Jo. Besson, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod Hugonetus Cherdo, cutellerius, domificavit et domificat supra carreriam publicam; ideo queritur quid sit fiendum.

Concluditur quod si ipse fecerit quicquam contra commune, quod commune faciat ipsum retrahere.

(105) *Die Mercuri xxix* [*xxviij*] *mensis aprilis,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Jo. de Orseriis, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, G. Guacti, Ny. de Espagnia, G. Serrallion, P. Magnini, G. de Malodumo, Jo. Besson, P. Lamet, Angellinum de Vuelles, Michaletum Albi, G. Ramnelli, G. Mariglerii, Hanse Le Borsier, B. Vicencii, Ja. Tombeti, Jo. Seyracti, Ja. Roguz, Ny. de Avullier, Jo. Velluti, G. Gervasii, Ste. de Capella, Jo. Ruphi, G. Cavucini, H. Grossy, Jo. Pacocti, M. Varamberti, Jo. Ligot, A. Berruti, Ja. Arbalesterii, P. Gatilliardi, P. Mercerii, Jo. de Ruphi, G. de Peymes, P. Prepositi, P. Cortagerii, Hanse Ledorey, Jo. Seyracti, F. Monjon, R. Lullini.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod alias dominus noster dux Sabaudie rescripsit quod priores confratriarum vellent contribuere de suis confratriis fabrice pontis Drancie. Concluditur quod priores confratriarum veniant die Veneris proxime ventura ad refferendum in consilio quid sit fiendum.

Item eciam quod fuit eri tradicta pro parte domini nostri ducis quedam lictera missiva que continet inter alia quod domini sindici vadant ad loquendum cum eo. Concluditur quod vadant ad ipsum dominum nostrum ducem duo ex ipsis dominis, ad sciendum quid ipse vult eis dicere.

Item quid sit fiendum de portitoribus ballarum et religatoribus earundem; quando fiet provisio, fiat de consilio dominorum vicariorum et cum bona deliberacione.

Die Jovis xxix mensis aprilis, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — Jo. de Orseriis, Ny. de Espagnia, P. Magnini, G. de Malodumo, G. Guacti, Jo. Besson, Ja. Ruby, P. Guersy, H. Coctoneti.

In quoquidem consilio fuit dictum quod Pichon et Enex irent et, in deffectu dicti Enex, quod requiratur castellanus etc.

(106) *Die Veneris ultima mensis aprilis,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. de Songeto, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini, sindicos; — Johannem de Orseriis, C. Poutex, Ja. Ruby, G. de Malodumo, P. Magnin, Ny. de Espagnia.

|| Ibidem fuit prohibitum Petro Bertheti, condurerio, habitatori Gebenn., ne ipse utatur in aliquo franchesia. ||

Ibidem fuit admissus in burgensem Franciscus de Foresta, parrochianus de Sovernier, in Turre Budelli in parrochia Sancti Germani, pro vij florenis et uno selliocto.

Ibidem fuit admissus in burgensem Petrus Bertheti, de Juria, condurerius, habitator Gebenn. in parrochia Marie Magdalenes, pro septem florenis et uno selliocto.

Die Martis quarta mensis maii, fuit tentum consilium in Domo Communi presentis civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Songeto, Peronetum Emonini et F. Vicencii; — Jo. de Orseriis, Jo. Servionis, C. Poutex, L. Chivalerii, P. Guersy, Ny. de Espagnia, H. Coctoneti, Ja. Ruby, Jo. Besson, P. Prepositi, P. Merceri.

Nobiles Anniquinus Copini, locumtenens domini vicedompni, et Peronetus Emonini, qui fuerunt in Thononum erga illustrissimum dominum nostrum ducem ad habendum responsionem occasione lictere missive ipsius domini nostri ducis, post plura verba et quamplurima, ipsi retulerunt quod dominus cancellarius eis dixit quod dominus noster dux requireba(n)t civitatem et omnes ipsius civitatis quod ipsi vellent sibi subvenire de hoc quod esset possibile civitati pro faciendo armatam suam ad subveniendum filio suo existenti in regno Cipri, quod regnum male tractatur per Bastardum[1] existentem in regno Cipry.

|| Mandatur receptori quod solvat nobilibus Anniquino Copini et Peroneto Emonini etc. vij florenos, vj solidos, vj denarios. ||

(107) *Die Martis undecima mensis maii,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Songeto, Peronetum Emonini alias Pichon, Franciscum Vicencii; — Johannem de Orseriis, H. Coctoneti, P. Guersy, P. Merceri.

Die Veneris decima quarta mensis maii, fuit tentum consilium in Domo Communi dicte civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini alias Pichon, Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, C. Poutex, Jo. Servionis, P. Magnini, Ja. Ruby, G. de Malodumo, H. Coctoneti.

Supervenit Nycolaus de Sirier (?), qui dixit quod ipse est burgensis Gebenn. et quod pedagiator Crusilie facit sibi solvere pedagium, et burgenses non debent pedagium etc.

Die Sabbati decima quinta mensis maii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per dominos doctores nobilesque viros dominos sindicos et alios consiliarios subscriptos dominos G. Pilicerii, A. Albenci, Jo. Championis, Berthino Malliot, thesaurario; — Jo. de

[1] Jacques II, frère illégitime de la reine Charlotte; voir ci-dessus, p. 78, n. 1.

Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — Jo. Servionis, Jo. de Orseriis, P. Prepositi, G. Jenvillaz, Ja. Ruby, G. de Malodumo, P. Magnini, P. Guersy, Jo. Besson, L. Chivalerii.

In quoquidem consilio fuerunt lecte et exhibite sex sentencie sex latronum, de quibus fuerunt suspensy quatuor et duo fustigati.

Et conclusum in dicto consilio quod sentencie remanerent sicut sunt et fuerunt scripte.

(108) || Mandatur receptori quod solvat domino Amedeo Albenci, utriusque juris doctori, pro sex sentenciis per eum signatis contra sex latrones, de quibus quatuor die hodierna fuerunt in furchis Champelli suspensy et duo banniti..... || — *(Habet.)*

Die Lune decima septima mensis maii, fuit tentum consilium in Domo Communi presentis civitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Ja. Sambavillaz, P. Prepositi, P. Guersy, Ja. Ruby, Lionardum de Peymes, P. Magnini, Jo. Besson, H. Coctoneti, P. Gatilliardi, Ja. Nergue, M. Vuaramberti.

In quoquidem consilio supervenit nobilis Geronimus Cebaz, ex parte nonnullorum mercatorum Januensium, dicendo et proponendo quod fuerunt arrestati in presenti civitate Gebenn. et nesciunt causam quare, et super hoc peciit responsionem haberi.

Quibus fuit responsum quod Glaudius Collon, de Viry in dicione Sabaudie, detentus fuit in Janua, asserendo ipsum esse Francigenam et sibi ceperunt mercancias suas et alia plura dampna et sinistra sibi intulerunt, prout dicunt, asserunt et proponunt parentes et amici dicti Glaudii Collon, requirendo quod sibi restitui facerent bona sua et personam suam deliberare.

Quiquidem Geronimus, suo et aliorum presencium nominibus, respondit quod ipsi sunt parati facere diligenciam suam bonam de ipsum liberari faciendo cum suis bonis, requirendo quod ipsi rescriban[t] dominis justicie de Janua, adeo quod ipsi habeant causam instandi.

(109) *Die Martis xviij maii,* fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini alias Pichon,

Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Petrum Guersy, Henricum Coctoneti, Johannem Servionis, Leodegarium Chivalerii, P. Merceri.

Die Veneris xxj maii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — Johannem Servionis, Johannem de Orseriis, Ny. de Espagnia, Ja. Rubi, G. Guacti, G. de Malodumo, H. Coctoneti.

|| Mandatur thesaurario quod solvat domino Amedeo Albenci, utriusque juris doctori, pro sex sentenciis per eum..... ||

Item fuit dictum, in dicto, nobili Anniquino Copini quod ipse assignari fecit et assignare facit burgenses et habitatores Gebenn., saltem aliquos ex ipsis.

Ideo fuit requisitus quod ipse velit observare contra eum, et in casum in quem ipse faceret contra easdem franchesias, ipsi protestati fuerunt contra eum de dampnis etc.

Ibidem fuit propositum quod fuit remissus in castro Insule civitatis Gebenn. dictus Rudiguez pro nonnullis suis forefactis. Et nunc officiarii domini nostri ducis impediunt quod (non) remictatur in manibus dominorum sindicorum; ideo queritur quid sit fiendum.

Concluditur.....

Die Martis xxv mensis maii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — (110) Johannem Servionis, Leodegarium Chivalerii, Jo. de Orseriis, Ny. de Espagnia, H. Coctoneti, Ja. Ruby, G. de Malodumo, P. Guersy, P. Merceri.

|| Mandatur thesaurario quod solvat Stephano de Nemore et Aymoneto de Villario quatuor florenos parvi ponderis et octo solidos monete cursalis causis contentis in rotulo etc. || — *(Habent.)*

|| Mandatur receptori quod solvat Roberto de Cresto xviij solidos pro pena contenta in rotulo etc. || — *(Habet.)*

Die Martis prima mensis junii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros dominum Johannem Chapuys; — Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Clementem Poutex, Petrum Prepositi, Nycodum de Espagnia, P. Guersy, P. Magnini, Ja. Ruby, Jo. Besson, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit propositum quod Glaudius de Alliodis fuit citatus in Thonono pro parte domini Stephani de Comitibus et talis citacio non debuit fieri, qui est contra franchesias || nostras || civitatis, eciam contra totam civitatem.

Concluditur quod servetur franchesia juxta ipsius continenciam.

Item de hoc quod dominus archiepiscopus petit bona illius qui fuit pridie decapitatus in civitate Gebenn., concluditur quod deffendantur et custodiantur ipsa bona juxta tenorem franchesie.

Item de hoc quod magister Jacobus Jacobus petit se admicti in burgensem, non admictatur, se[d] eidem graciose respondeatur per modum evasionis.

Item de pueris civitatis Gebenn. castigandis, concluditur quod parentes et amici castigent pueros et fiat aliqua innovacio.

(111) *Die Mercuri secunda mensis junii,* fuit tentum consilium in Domo Communi presentis civitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini et Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Leodegarium Chivalerii, Nycodum de Espagnia, Jaquemetum Ruby, Guillelmum de Malodumo, Johannem Besson, Petrum Magnini, Petrum Guersy.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod dominus archiepiscopus eis dixit eri(t) quod ipse volebat quod ipsi sindici ministrarent equos et argentum pro levari faciendo ecclesiasticum interdictum.

Concluditur quod domini sindici habeant se excusare usque post prandium, et post prandium iterum convocetur consilium ordinarium cum consilio de Quinquaginta et de aliis sanioribus civitatis, et hoc fiat hora prima post meridiem.

|| Mandatur receptori quod solvat domino Johanni Magnini, pro laboribus per ipsum habitis, xxx solidos. || — *(Habet.)*

Die supradicta videlicet secunda mensis junii, hora secunda post meridiem, fuit iterum consilium, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini et Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Jaquemetum Sambavillaz, Nycodum de Espagnia, Girardum Serrallionis, Johannem Johannodi, Johannem de Fonte, Lambertum Magnini, Petrum Cortagier, Petrum Malagniodi, Petrum Lamet, Martinum Varamberti, Jaquemetum Ruby, Hugonetum Grossy, Johannem Chomont alias de Gayo, Johannem Besson, Johannem Velluti, Henricum Coctoneti, Nycoletum de Avullier, Robertum Lullini, Michaletum Albi, Petrum Prepositi, Anthonium de Castro, Johannem Peccollacti, Guillelmum de Malodumo, Johannem de Liga, Glaudium Cavucini, Jacobum Nergue, Symonetum de Joyez, Dyonisium Bizelli.

(112) Guillelmus Garsonis fecit citacionem.

Supervenit Glaudius de Alliodis qui dixit quod quidam ipsum citavit in domo sua apud Thononum, quod est et fuit in ejus grande prejudicium et contra libertates et franchesias presentis civitatis Gebenn., et quod ipse notificavit dominis sindicis quod ipsi deffendant eum juxta tenorem dictarum franchesiarum. Et ulterius fuit sibi dictum quod ipse deberet capi infra civitatem Gebenn. et quod ipse duceretur extra civitatem. Ideo requirit quod serventur sibi predicte franchesie et in casu quo ipsi non observarent sibi dictas franchesias et casu quo ipsi contrarium facerent, ipse protestatus fuit de suis dampnis etc. Et peciit licteras testimoniales.

Concluditur quod asistatur sibi et quod serventur sibi franchesie civitatis.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod dominus archiepiscopus mandavit eri pro dominis sindicis et peciit ab eis quod ipsi ministrarent equos et pecunias pro levari faciendo ecclesiasticum interdictum.

Concluditur quod fiat diligencia possibillis de levari faciendo dictum ecclesiasticum interdictum, tamen nichil fiat sumptibus civitatis.

Item de bonis dampnatorum et deffunctorum concluditur quod custodiantur juxta formam et tenorem franchesiarum.

Die octava mensis junii, fuit tentum consilium in Domo Communi,

de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini, sindicos; — Amedeum de Saxo, Johannem Servionis, Petrum Prepositi, Clementem Poutex, Leodegarium Chivalerii, Petrum Guersy, Nycodum de Espagnia, Guillelmum de Malodumo, Johannem Besson, H. Coctoneti, Jo. de Orseriis, P. Merceri.

Ibidem fuit admissus in burgensem Petrus Pingini, de Ruppe, appothecarius de Ruppe, habitator Gebenn. in parrochia beate Marie Nove, pro septem florenis parvi ponderis et uno floreno pro selliocto, solvendis in manibus receptoris, videlicet in nundinis mensis augusti unum scutum et sic successive de nundina in nundinam unum scutum.

Ibidem fuit locutum de dicto Rudigue in castro Insule civitatis Gebenn. detenti, et dictum quod nulla fit justicia.

(113) Super facto marche dicti douz Rasey contra mercatores venientes ad nundinas.....

Die Martis xv mensis junii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini et Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Clementem Poutex, Petrum Guersy, Petrum Prepositi, Henricum Coctoneti, Leodegarium Chivalerii, Ny. de Espagnia, Johannem Besson, P. Merceri.

Die Martis xxij mensis junii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini; — Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Petrum Prepositi, Henricum Coctoneti, Jaquemetum Ruby, Johannem Besson, Nycodum de Espagnia, Leodegarium Chivalerii, Petrum Guersy, P. Merceri.

Mandatur receptori quod solvat Johanni de Liga, causa contenta in rotulo, xxxij florenos, xj solidos, iij denarios.

Ibidem fuit exhibita quedam supplicacio pro parte Petri de Monte alias Jaqueti, que continebat quod civitas sibi restitueret xx scuta auri que alias mutuo tradidit.

Concluditur quod dicatur ei etc.

(114) *Die Veneris secunda mensis jullii,* fuit tentum consilium in Domo Communi presentis civitatis Gebenn., quodquidem consilium fuit remissum de die Martis nuper lapsa propter certa impedimenta que obvenerunt, per nobiles et honorabiles viros Anniquinum Copini locumtenentem domini vicedompni; — Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini alias Pichon, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Petrum Magnini, Nycodum de Espagnia, Johannem Besson, Jaquemetum Ruby, Petrum Prepositi, P. Guersy, Guillelmum de Malodumo, Henricum Coctoneti, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit propositum quod dicitur quod veniunt nonnulli armigeri a Francia, qui faciunt multa mala per patriam; queritur quid sit faciendum. Concluditur in consilio supra et infra scriptorum quod domini sindici cum eorum consilio ponant remedium et faciant bonam provisionem.

Eciam quod fit quedam logia econtra domum nobilis Guillelmi de Bosco.

Glaudium de Peymes, Glaudium de Capella, Humbertum Perrodi, Roletum Guillieti, Guillelmum Mariglerii, Mermetum de Nanto, Girardum de Fogia, Garnerium Lamberti, Johannem de Liga, Glaudium Jaqueti, Jaquemetum Guinacti, Jo. Velluti, P. Malagniodi, Ansermetum de Fontana, item Colinum Vilent, P. Fassoreti, Michaletum Albi, Petrum Pingini, Hanse Le Borsier, Robinetum Fabri, Jo. Balli, Johannem Ternier, Ja. Roguz, Hugonetum Grossy, Peronetum Pichon hostellerii, alium Pichon pelliparium, Nycodum de Avullier, Johannem Seyracti, Stephanum Quillet pelliparium, Aymonem Blancheti, Aymonem Thoueria, B. Vicencii, Bartholomeum de Monte, nobilem P. de Veytey, Petrum Jacodi alias de Leysu, Ansermetum Marvalli, Petrum Lanson, P. Viramolins, Jo. Meystrocti, (115) Dionisium Bizelli, Girardum de Ruppe, P. de Sancto Johanne, P. de Leysu, A. Berruti.

De armigeris superius mencionatis et de provisione fienda etc.

Concluditur quod visitentur porte civitatis et quod reparentur porte, claves et sere, prout decet.

Item extendantur omnes cathene civitatis.

Item visitentur sere et claves ipsarum || portarum || cathenarum.

Item advisentur centenerii et quinquagenarii.

Item similiter decinarii.

Item visitentur artilierie et ponantur per civitatem in locis neccessariis.

Item tradantur claves cathenarum illis qui consueverunt custodire.

Item quod illi qui habent arnesios teneant penes se, quod aliquis non sit magister nisi illi cui sunt.

Item quod vigilles vadant in armis.

Die Martis sexta mensis jullii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Songeto, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini; — Johannem de Orseriis, Petrum Magnini, Jaquemetum Ruby, Ny. de Espagnia, Jo. Besson, H. Coctoneti, P. Merceri.

Die Jovis octava mensis jullii, fuit tentum consilium in Domo Communi presentis civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, consindicos; — Petrum Prepositi, P. Oboli, P. Guersy, P. Magnini, G. de Peymes, Johannem de Fogia, Henricum Coctoneti, Nycodum de Espagnia, (116) G. de Rippa, Johannem Besson, Ja. Ruby, Jo. de Orseriis, G. de Malodumo.

In quoquidem consilio fuit conclusum quod teneatur crastina die consilium generale super facto et custodia civitatis, et quod custodiatur civitas die ac nocte et quod quatuor porte non neccessarie claudantur. Et postea apportentur claves in Domo civitatis et remictantur dominis sindicis.

Die Veneris nona jullii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini; — Jo. de Orseriis, P. de Veytey, Ny. de Espagnia, Ja. Ruby, Johannem Besson, H. Coctoneti, Jo. Servionis.

In quoquidem consilio fuit admissus in burgensem P. Faverii, de Villario de Eyriaz, habitator Gebenn., pignerius, in Sancto Gervasio, quatuor scuta et unam colovrinam xv solidorum.

Concluditur quod vocetur die Martis proxime ventura Hugonetus Bocardi, condurerius, videlicet ille qui tenet domum Johannis de Leaval etc.

Die Veneris nona mensis jullii, hora vesperorum, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, consindicos; — Petrum de Veytello, Jo. de Orseriis; — Ja. Sambavillaz, Nycodum de Espagnia, Jaquemetum Ruby, Jo. Besson, R. Guillieti, G. Cavucini, A. Asinarii, Jo. de Oreriis, Ansermetum de Fontana, Glaudium Ramnelli, Michaletum Albi, Jo. Valleti, P. Malagnodi, (117) Lionardus de Peymes, G. de Rippa, Jo. Ligot, Ja. Nergue, Dyonisius Bizelli, Peronetus Emonini hostellerius, Ja. de Castro, Johannes Pichon pelliparius, Ja. Guinacti, H. Guinacti, Jo. Velluti, P. Gatilliardi, P. Lamet, Hugonetus Mallieti, Roletus Teste, Jo. Ruphi, Guioctum Peytralis, Bertrandum Rippuz, G. Mariglerii, Jo. Trolliet alias Engleys, Garnerium Lamberti, Mermetum de Nanto.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod die Jovis nuper lapsa fuit ordinatum quod congregaretur consilium generale; tamen certis de causis fuit obmissum adeo quod non posset generare prejudicium.

Concluditur quod non teneatur pro presenti consilium generale.

Et ulterius fuit dictum quod essent quatuor adjuncti qui irent cum sindicis per civitatem faciendo custodiam, videlicet P. de Veytey, G. de Peymes, G. de Capella, G. de Peymes, et ita concluditur etc.

Et ulterius fuit dictum quod nominarentur viginti homines qui adjungerentur cum dominis sindicis, cum quibus ipsi domini sindici possint habere consilium. Ordinatur quod eligantur duodecim.

Superius nominati requisiti extiterunt per dominos sindicos essent obedientes gubernatoribus et custodibus civitatis.

Die Sabbati decima mensis jullii, fuit tentum consilium per nobiles et honorabiles viros et dominos Petrum Conodi, Aniquinum Copini locumtenentem domini vicedompni civitatis Gebenn.; — Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Pichon alias Emonini, consindicos; — Jo. Servionis, Jo. de Orseriis, P. Gavit, A. de Saxo, Ja. Sambavillaz, (118) Jo. de Fogia, P. Prepositi, Ay. Versonay, P. de Veytey, Ja. de Sancto Michaele, Jo. de Peymes, P. Magnini, M. de Nanto, A. Marvalli, Dyonisius Bizelli, Jo. Besson, R. Teste, R. Privissins, Jo. Velluti, Jo. de Peymes, Jo. Quarrerii, P. Viramolins, Jo. Seyracti, Jo. Novelli,

Ny. de Espagnia, H. de Yspagnia, Ja. Ruby, F. Vicencii, G. de Malodumo, P. Mercerii receptor, Jo. de Liga, Garnerius Lamberti, Ja. Arbalesterii.

In quoquidem consilio fuit lecta quedam lictera missa castellano civitatis Gebenn. seu ejus locumtenenti, cujusquidem lictere missive tenor sequitur in hec verba :

« Bene dilectis magistris castellano seu ejus locumtenenti necnon sin-
« dicis civitatis Gebenn.

« Dux Sabaudie etc.

« Sincere dilecti, salute premissa. Certis ex causis et non mediocris
« importancie, et permaxime quia Deo prebente proposuimus ab hinc
« illico recedere, Gebennas profecturi, volumus quoque manu potenti
« associari, vos hoc ideo ex corde rogamus ut majorem numerum gen-
« cium tam in armis quam alias abilium illisque fulcitarum quas habere
« et providere poteritis illa in civitate, tam per terram quam per aquam,
« eciam et naves quotquot reperi poterunt nobis citissime mictatis, sic
« quod hodie apud nos possint adesse, nec in hiis defficiatis, in quan-
« tum honorem statumque nostros peramatis et ullo unquam tempore
« nobis desideratis complacere. Et valentes feliciter. Ex Thononio, die
« x jullii M° IIII^c LXII. [1]

Loys
de Clauso. »

Concluditur quod consilium hic presens accedat ad dominum archiepiscopum et convocetur consilium episcopale cum dominis de capitulo et ibidem legatur lictera missiva superius inserta, et illud quod in dicto consilio fuerit ordinatum et conclusum observetur.

(119) Eciam fuit dictum in dicto consilio quod quidem Brifaudus, se gerens pro servitore illustris domini Philipi de Sabaudia, querit scire ex parte ipsius domini Philipi quare tenduntur cathene per civitatem Gebenn.

Concluditur quod dicatur dicto Briffauz quod illustrissimus dominus noster dux sic precepit.

[1] On verra par les pages qui suivent que les séjours des ducs de Savoie à Genève n'étaient pas sans causer beaucoup de désagréments à la ville. Sur les démêlés entre le duc Louis et Philippe, son fils, voir F. Gabotto, *Lo Stato Sabaudo da Amedeo VIII ad Emanuele Filiberto,* t. I, 1892, p. 63 et suiv.

Die xj jullii, fuit ordinatum in consilio episcopali quod omnes illi qui possent, irent ad oviam domino nostro duci qui vult venire ad presentem civitatem Gebenn.

Fuit primo lecta in dicto consilio episcopali lictera missiva domini nostri Sabaudie ducis etc.

Die xj jullii de sero, fuit tentum consilium in capella de Rotulo, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto et Peronetum Emonini, sindicos; — G. de Peymes, R. Privissins, G. Jaqueti, Jo. Paccocti, Jo. Ruphi, Ja. de Sancto Michaele, Jo. de Orseriis, P. Gavit, A. de Peymes, Ay. Versonay, G. Jenvillaz, Jo. de Peymes.

In quoquidem consilio fuit lecta quedam lictera missiva per F. Vicencii transmissa et descripta, petendo quod sibi micteretur major numerus gencium, quia quamplures ex illis qui iverant ad oviam et ad associandum dominum nostrum ducem reversi fuerunt.

Concluditur quod mictatur unus nuncius ad sciendum quando dominus voluerit venire, et postea quod reperiatur adhuc viginti quinque aut quadraginta equi et quod armentur bene recte et vadant ad oviandum domino nostro etc.

Die Martis xiij jullii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, consindicos; — (120) Jo. Servionis, Jo. Orseriis, A. de Saxo, P. Prepositi, L. Chivalerii, P. Guersy, Ny. de Espagnia, Guacti, H. Coctoneti, Jo. Besson, Ja. Ruby, Jo. Ligot, G. de Peymes, G. de Rippa, P. Viramolins, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum per P. Viramolins quod dominus noster dux fuit bene contentus a civitate Gebenn. et de societate sibi transmissa, remarciando civitatem.

Supervenit forrerius illustrissimi principis domini nostri ducis Sabaudie dicendo quod dominus noster dux debet hic accedere et quod ipse ivit per civitatem et peciit locagia et fuit in aliquibus locis pro locagiis habendis; et jam fuit in aliquibus locis et fuerunt aliqui bene contenti et aliqui non, et non reperit specialiter ubi locando equos, requirendo quod unus ex sindicis vadat cum ipso.

Concluditur quod dicatur sibi quod non est consuetum quod tradantur locagia domino nostro sumptibus civitatis, et quod sindici non vadant cum ipso. Eciam concluditur quod dicatur paneterio et pisterne quod non est consuetum eis providere de vitualibus.

Item eciam fuit propositum et dictum quod adponatur remedium in vitualibus.

Item eciam fuit dictum quod est quidam sermocinator in Palacio, qui eri dixit in cathedra quod populus nolebat se convertere et infra quadraginta dies debent esse magna incendia etc.

Die xiiij mensis jullii, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, P. Gavid, A. de Saxo, Ay. Versonay, Jo. de Ferro, Guichardum Guacti, P. Magnini, H. de Yspagnia, P. Prepositi, Ja. Sambavillaz.

(121) In quoquidem consilio fuerunt recitate remarciaciones facte per illustrissimum principem dominum nostrum Sabaudie ducem, que remarciacio fuit pulcra et ampla.

Item fuit dictum per prefatum dominum nostrum quod advideretur super custodia civitatis.

Concluditur quod fiat bona custodia.

Item requisiit consilium, super negociis occurrentibus pro presenti in domo sua, quod ipsum advideat faciendo bonam custodiam.

Item quod apponatur bona policia super vitualibus.

Concluditur quod fiat crida.

Item eciam peciit sibi urgentibus suis provideri de locagiis.

Concluditur quod dicatur eis quod civitas non tenetur tradere locagia.

Die dominica que fuit xviij jullii, fuit tentum consilium in Domo Communi presentis civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros, de negociis etc., Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, P. Guersy, L. Chivalerii, Jo. Servionis, Ay. Versonay, Jo. de Fogia, F. Crochon, A. de Peymes, P. Magnini, H. de Yspagnia; — Ja. Sambavillaz, A. de Saxo, G. Guacti, Ny. de Espagnia, P. de Veytey, G. de

Peymes, G. de Malodumo, Jo. Besson, G. de Rippa, Jo. Ligot, Jo. Pacot, Dy. Bizelli, Jo. Ruphi, P. Viramolins, Gar. Lamberti, H. Coctoneti, Ansermetum Marvalli, P. Cortagier, Jo. de Petra Grossa, Hanse de Castro Rubeo, P. de Sancto Johanne, G. Monachi, Ansermetum de Plate, (122) Perretum Chinuti, H. Vullie, Michaletum Albi, A. Berruti, P. Malagnodi, Orjoleti, P. Monaton, Ny. Ruphiez, dictum Follion, Thoma Magnini, R. Lullini, P. de Domo, Steph. Peccollati, G. Jaqueti, Jo. Velluti, Jo. Hudrici, Guy Peytralis, G. Ramnelli, Symonetum de Joyez, Angellinum de Vuelles, P. Lamet, Hugonetum Grossy, Ja. Guinacti, Ja. Nergue, Lionardum de Peymes, P. Monachi, Jo. Taccon, Henricus Fabri, P. Gatilliardi, G. Gervasii, Jo. Girardi, A. Serventis, L. Magnini, G. de Capella, M. de Nanto, Jo. Termier, P. Rodeti, P. Farqueti.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum pro parte dominorum sindicorum quod ipsi domini sindici fuerunt advisati, pro parte domini nostri Gebenn. episcopi, quod ipsi vigilarent die ac nocte erga custodiam civitatis, eciam quod clauderentur porte.

Ulterius fuit dictum quod domini sindici sunt tam occupati quod ipsi non possunt vigillare nec tantam penam supportare, petendo et requirendo quod eligerentur cum ipsis quatuor adjutores.

Item P. Magnini.

Item P. de Veytey.

Item G. de Nex.

F. Crochon.

Item fuit dictum quod frumentum fuit eri venditum precio duodecim solidorum in foro, ideo apponatur remedium in pane.

Superius narrata remictuntur consilio stricto et quod ipsum consilium vocet cum ipsis dominis sindicis et vocentur cum ipsis qui sibi videbuntur evocandi.

(123) *Die xviij jullii,* fuit tentum consilium in Domo civitatis per dominos sindicos etc., videlicet per Jo. de Rotulo, Jo. Songey, F. Vincencii, Peronetum Emonini; — assistentibus secum nobilibus et honorabilibus viris P. Magnini, Jo. de Orseriis, P. Oboli, P. Mercerii, A. de Saxo, Ja. de Sambavillaz, P. Rodeti, G. Goyacti, P. Guersi, Nycodo de Espagnia, P. Viramolens, Jo. Bessonis, P. Gantiliardi, nobili G. de Capella, de Malodumo, Mermeto de Nanto.

Et fuit conclusum super pane quod, valente cupa frumenti in foro xij solidos, quilibet panis albus iij denariorum ponderari debeat ad racionem xxx unciarum et visitetur per sindicos ad ponderandum etc.

Item super excobia fienda fuerunt electi nobiles P. Magnini, P. Oboli et Pe. Rodeti, ad regendum et gubernandum quoscunque vigilles, unacum sindicis aliis tamen negociis non occupatis.

Fuit eciam conclusum quod claudantur omnes porte hujus civitatis, preter quatuor que custodiantur die ac nocte, videlicet quelibet pro minori cum quatuor custodibus.

Item quod omnes portule sive poterle dicte civitatis eciam claudantur et firmiter murentur.

Eodem die. Quatuor sindicis, obmisso dicto consilio et nundum finito, existentibus tanquam vocatis in domo episcopali in presencia venerabilium virorum dominorum Anthonii Piocheti, P. Presbiteri, Ja. Fuserii, Amblardi de Viriaco, Rodulphi Sapientis, Guidonis de Rocheta, reverendus pater archiepiscopus dixit et proposuit dictis sindicis quod illustrissimus dominus noster dux Sabaudie et dominus noster episcopus Gebenn. et ipse ex parte ipsorum requirebant dictos dominos sindicos et civitatem quatenus custodirent et custodire facerent die ac nocte supradictas portas ac, preter quatuor vel tres, clauderentur, et ita, ex parte qua supra, organo dicti domini Anthonii Piocheti, eosdem requirebat. Ita fuit in magna aula dicte domus episcopalis etc.

(124) *Martis xx jullii,* fuit tentum consilium etc. per dominos sindicos Jo. de Rotulo, Jo. Songey, F. Vincencii, Peronetum Emonini; — assistentibus nobilibus Jo. de Orseriis, Jo. Servionis, P. Oboli, Nycodo de Espanier, H. Coctoneti, P. Prepositi, G. de Malodumo, P. Mercerii, Guichardum Goyacti, Ja. Rubini, P. Viramolens qui juravit et fuit hodie electus pro uno consiliario, L. Chivalerii, P. Guersi, Jo. Bessonis, A. de Saxo.

Claves porte de Marce tradite fuerunt Step. Columbi et Thome Magnini qui acceperunt onus preservandi et custodiendi dictam portam secure.

Ordinatur quod nobilis Jo. Servionis accedat et se transferat ad presenciam domini de Myolans, hic Gebennis existentem, pro

negociis civitatis tractandis, et quicquid reportabit ab eo domino secrete refferat dominis sindicis et Johanni de Orseriis; quibus sic peractis, quicquid super relatis domino Jo. Servionis per eundem dictosque sindicos et de Orseriis fuerit conclusum, fiat.

Item quod mictatur secrete prefato domino de Moylans duas symesias marvasie seu marvatice etc.

(125) *Die xxiiij jullii,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, Jo. de Songeto; — Johannem de Orseriis, A. de Saxo, F. Crochon, Ja. Sambavillaz, Ny. de Espagnia, G. Guacti, P. Guersy, Ja. Ruby, P. de Veytey, G. de Rippa, Jo. Ligot, P. Rodet, Jo. de Fogia, H. de Yspagnia, Dyonisius Bizelli, P. Viramolins, Jo. Velluti, Jo. Besson, P. Cortagier, Jo. Trolliet, Hanse de Castro Rubeo, G. de Nex, Ja. Guinat, P. Gatilliardi, Jo. Servionis.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod illustrissimus dominus noster dominus iterum fecit remarciaciones per eum alias factas et quod consilium civitatis advideret in custodia civitatis, dicendo eciam quod ponerentur custodes in portis civitatis et quod irent ad eum cum dominis sindicis G. Denex, P. Magnini, F. Crochon, H. de Yspagnia, G. de Peymes, Jo. Servionis.

Fuit conclusum quod superius nominati cum aliis vocandis per sindicos irent ad dominum nostrum ducem et audirent quid ipse dominus vult eis dicere.

Die xxv jullii, fuerunt domini sindici subnominati in domo episcopali cum dominis vicariis, videlicet Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini et F. Vicencii; — Jo. Servionis, P. de Veytey, Jo. de Orseriis, Ja. Sambavillaz, M. de Nanto, P. Viramolins, (126) A. de Saxo, Jo. de Fogia, Jo. Besson, L. Chivalerii, G. de Peymes, A. de Peymes, Ay. Versonay, H. Coctoneti, Guacti, Ruby.

In quoquidem consilio fuit dictum quod dominus noster dux requisierat sindicos et consules quod ipsi clauderent portas aliquas civitatis et quod alie que non clauderentur custodirentur et quod fieret de nocte bona custodia sic quod nullus intraret civitatem, saltem extraneus,

quin ipsi sindici nescirent, et quod nulli intrarent sine ejus scitu, eciam si essent proprii liberi.

Domini de consilio episcopali dixerunt quod ipsi essent simul cum dominis de capitulo Gebenn. et remiserunt sindicos et consilium post vesperos ad audiendum responsionem etc.

Eodem die post vesperas, fuerunt iterum in domo episcopali Anniquinus Copini; — Jo. de Songeto, Peronetus Emonini, F. Vicencii; — Jo. de Orseriis, P. Prepositi, P. Guersy, Ny. de Espagnia, G. Guacti, Jo. Besson, P. Magnini, F. Crochon.

Concluditur quod dicatur domino super hiis quod civitas faciet sibi possibilia etc.

Die Martis xxvij jullii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini et Franciscum Vicencii; — Johannem de Orseriis, A. de Saxo, P. Prepositi, L. Chivallerii, P. Guersy, P. de Veytey, Ny. de Espagnia, (127) H. Coctoneti, Ja. Ruby, G. de Malodumo, G. Guacti, P. Merceri.

In quoquidem consilio supervenit Dalmacius de Usana, qui dixit quod nonnulli eum graviter vulneraverunt et verberaverunt et peciit per dominos sindicos et consilium quod sibi fie(re)ret justicia.

Concluditur quod fiat informacio, deinde capiantur et fiat justicia etc.

Fuit eciam propositum quod die erina fuerunt in domo episcopali duo ex sindicis hujus civitatis, videlicet Jo. de Songeto et F. Vicencii, et quod ipsi iverant ad habendum responsionem super custodia civitatis et, dum fuerunt, archiepiscopus voluit eosdem offendere et cum gladio evaginato, videlicet contra Songey, alteri dixit quod dimisso baculo per eum quod ipse exhereditaret eum.

Concluditur quod dicatur illustrissimo principi domino nostro duci et cum una bona deliberacione.

Die Veneris penultima mensis jullii post prandium, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Jo. de Fogia, P. Prepositi,

P. Magnini, Pe. de Veytey, Christoforum Bonifacii, Ja. Ruby, G. de Malodumo, Ny. de Espagnia, Jo. Besson, H. Coctoneti, P. Gatilliardi, Jo. Balli, P. de Lojon, Hugonetum Vinerii, Ja. Guinat, P. Lamet, Hugonetum Grossy, Ja. Tombet, Garnerii, Ja. Guinat, P. Guersy.

Concluditur quod fiat bona custodia prout alias fuit dictum et ordinatum.

Ulterius fuit conclusum quod domini de consilio episcopatus et domini de capitulo debent esse simul et in consilio et quod domini sindici vadant ad dictum consilium et quod illud quod ibidem fuit conclusum quod ipsi domini sindici et consilium provideant exequcioni.

(128) *Die Martis tercia mensis augusti*, fuit tentum consilium in Communi Domo, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo. de Songet, Franciscum Vicencii, Leodegarium Chivaleri, Ny. de Espagnia, Pe. Guersy, H. Coctoneti, Ja. Ruby; — Dy. Bizelli, P. Viramolins, P. Rodeti, G. de Ripa, Jo. de Liga, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit lecta quedam lictera missiva, pro parte illustris domini Philipi de Sabaudie, continens in effectu quod duo aut tres ex consilio dicte communitatis irent adstatim ad ipsum etc.

Die quinta mensis augusti, fuit tentum consilio in Domo Communi, de negociis et super negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros || Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini et F. Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, P. de Veytey, A. de Saxo, P. Prepositi, L. Chivalerii, P. Guersy, A. Versonay, G. de Malodumo, H. Coctoneti, G. Guacti, P. Magnini, B. Vicencii, Ja. Ruby, Jo. Ligot, M. de Nanto, Dy. Bizelli, Jo. Seyracti, P. Mercerii, Jo. de Fontana, G. de Rippa, (129) H. Coctoneti, Ja. Ruby, G. de Malodumo. ||

Die Jovis quinta mensis augusti, fuit tentum consilium in claustro Sancti Petri Gebenn., de negociis subscriptis, in quoquidem consilio interfuerunt illi de consilio ordinario dicte civitatis Gebenn., consilium de Quinquaginta et nonnulli alii ibidem vocati et appellati, nobilis Anniquinus Copini locumtenens domini vicedompni Gebenn. etc. Primo per Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, A. de Peymes, G. de Peymes, F. Crochon,

H. de Yspagnia, Jo. de Fontana, Jo. Servionis, Ja. Tissocti, Jo. douz Peyrat, P. Magnini, Ja. de Sancto Michaele, A. de Saxo, B. Vicencii, G. de Rippa, Dy. Bizelli, G. Lamberti, Ansermetum Marvalli, P. Jaqueti, Ja. Guinat, Ste. Quillet, Jo. Velluti, Jo. Trollieti, Pe. de Eysello, M. Varamberti, Jo. Ligot, H. Coctoneti, Sy. de Joyez, Ja. Ruby, P. Viramolins, Jo. Pacocti, Jo. Seyracti, P. Johannodi, G. de Malodumo, P. Prepositi, R. Guillieti, Jo. de Oreriis, P. de Sancto Johanne, Robertus Lullini, H. Grossy, Ja. Roguz, Jo. Follieti, M. de Nanto, Ny. de Avullier, Ste. Peccollat, P. Cortagier, Colletum Chicant, Ansermetum de Platea, Ny. Chen[ev]alis, G. Cavucini, G. Guacti, Jo. de Crosa, Hugonetum Mallieti, P. de Veytey, P. Guersy, Ay. Blancheti, Jo. Besson, Symondum de Rippa, A. de Leyderre.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod illustrissimus dominus noster dux Sabaudie est recessurus a presenti civitate et quod ipse requisiit dominos sindicos et civitatem quod civitas sibi ministraret ducentum homines bene paratos et habiles in armis. Concluditur quod vocetur consilium generale et ibi exponatur ista materia et ibi fiat deliberacio et conclusio.

Successive fuit dictum quod quidem homo fuit captus in presenti civitate per archerios prefati domini nostri ducis et deinde de facto a dicta civitate extractus per nonnullos ex archeriis, et quod talis actus est contra franchesias et libertates civitatis Gebenn.

Juramentum prestitum per dominum vicedompnum.

Die nona mensis augusti, nobilis Estor Jacellini receptus fuit in vicedompnum civitatis Gebenn. et promisit et juravit servare franchesias et libertates civitatis Gebenn. et alia facere que domini vicedompni soliti sunt facere, et hoc in manibus nobilium Johannis de Rotulo, Johannis de Songeto, Peroneti Emonini, Francisci Vicencii, presentibus (130) nobilibus Johanne de Orseriis, Petro de Veytey, Petro Prepositi; — dominis comite Montismajoris, domino Thorenci, Amblardo et Petro de Virier, Aymone de Virier, P. Gavit; — Ny. Monitier, ex vigillibus.

Die Martis decima mensis augusti, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini, sindi-

cos; — Jo. Servionis, Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Petrum Prepositi, Ny. de Espagnia, Ja. Ruby, H. Coctoneti, P. Viramolins, P. Guersy, P. Mercerii, L. Chivalerii, G. Guacti, P. Merceri.

In quoquidem consilio supervenerunt nobilis et potens vir Estor Jancellini vicedompnus civitatis Gebenn. et venerabilis vir dominus Michael de Canalibus, qui dixerunt et proposuerunt pro parte illustrissimi principis domini nostri ducis Sabaudie, videlicet quod devenit ad ejusdem domini noticiam, videlicet quod quidam ex presbiteris sive religiosis civitatis Gebenn., eundo Lausanam sive redeundo, ivit ad dominum Philipum de Sabaudia, ejus filium, et quod ipse vult scire quid est ille religiosus.

Ulterius dixerunt quod ipse dominus noster dux vult scire utrum servitores sui essent securi et si civitas velit tenere securos ejus servitores, si veniret aliquid murmur in presenti civitate.

Quibus fuit responsum per dominos de consilio quod ipsi erant nimis in pauco numero et quod ipsi congregarent eorum consilium, postea facerent responsionem etc.

Iterum die decima mensis augusti, fuit tentum consilium in claustro Sancti Petri Gebenn., tamen secretum, per venerabiles ac nobiles viros Amblardum de Virier, Robertum de Sancto Jorio, Petrum Presbiteri, Anthonium de Viliaco, Bonifacium Fabri, canonicos Gebenn.; —(131) Jacobum Fuserii, Johannem Brochuti, decretorum doctores, Johannem Fabri in decretis licenciatum; — Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Petrum Prepositi, Christoforum Bonifacii, Petrum Viramolins, Guillelmum de Malodumo, Robertum Lullini, Jacobum Roguz, Amedeum de Saxo, Nycodum de Espagnia, Petrum Guersy, Lionardum de Castro Rubeo, Ja. Ruby, Henricum Coctoneti, Martinum Vuaramberti, Dyonisium Bizelli, Hanse Le Borsier, G. Guacti, G. de Rippa, P. Tissocti, Johannem Egorfacti, Petrum Mercerii, Jaquemetum Guinacti, Ansermetum Marvalli, Stephanum Guillet, Ja. Balli, Jo. de Petragrossa, Petrum Jaqueti, Jacobum Arbalesterii, Johannem de Oreriis, Glaudium de Peymes, Jacobum Tombeti, P. Grangerii, Johanuem Besson, Guilliermum barbitonsorem, Petrum Rodeti.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod dominus noster dux scire voluit a civitate et communitate ejusdem civitatis utrum cives et burgenses teneant et velint tenere securos ejus servitores.

Concluditur quod domini de capitulo habeant conferre simul.

Item similiter consilium episcopale conferre habeat simul.

Item et similiter consilium civitatis.

Postea, crastina die, quod omnes debeant esse simul, videlicet consilium episcopale, domini de capitulo et consilium civitatis. Et tunc fiet super hiis conclusio.

(132) *Die xiij augusti,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Anniquinum Copini locumtenentem domini vicedompni Gebenn.; — Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — Johannem de Orseriis, Petrum Prepositi, Nycodum de Espagnia, Jaquemetum Ruby, G. de Malodumo, Johannem Besson, Petrum Mercerii, A. de Saxo.

In quoquidem consilio fuit propositum quod ad instanciam liberorum Hugoneti de Bocheto fuit dictum carpentatoribus civitatis, videlicet illis qui faciebant coperturam furni.....

Et quod gradus existentes ante dictum furnum sunt situati supra plateam communem pertinentem civitati.

Concluditur quod gradus derua[n]tur et restituantur in prestinum statum, quia alias fuerunt deructi et in statum restituti fuerunt.

De muro ponatur ordinacioni duorum lathomorum qui habeant cognoscere de jure civitatis et liberorum etc.

Die Martis decima septima mensis augusti, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, Amedeum de Saxo, P. Guersy, P. de Veytey, P. Viramolinis, Ja. Ruby, P. Prepositi, L. Chivalerii, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit propositum quod nobilis et potens vir Jacobus de Virier fieri fecit unam supplicacionem in qua petit se micti in possessionem certarum possessionum situatarum juxta aquam Areris.

Die dominica xxij mensis augusti, fuit tentum consilium in Domo

Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — (133) Amedeum de Saxo, H. de Bona, Jo. Servionis, Jo. de Fogia, Ja. Sambavillaz, Ny. de Espagnia, Ja. Ruby, P. Magnini, P. Gatilliardi, H. Coctoneti, Hanse de Castro Rubeo, Ja. Guinacti, Ansermetus de Platea, Peronetum Pichon hostellerium, Garnerium Lamberti, P. Guersy, P. Rodeti, Jo. Pacocti, Jo. de Oreriis, P. Lamet, M. Vuaramberti, G. de Malodumo, A. Asinarii, Jo. Ruphi, Jo. Velluti, P. Malagniodi.

In quoquidem consilio fuit lecta quedam lictera missiva per illustrem principem Philipum de Sabaudia, que tradicta fuit die Veneris preterita xx augusti dominis sindicis presentis civitatis Gebenn. et hoc post meridiem.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum per ambassiatores dominorum de Berno et de Friburgo (quod placeret) dominis sindicis et communitati quod placeret eis quod quidam Peter Verly alias fuit in presenti civitate Gebenn. et perpetravit aliquos excessus conducendo certos armigeros, eciam fuerunt inculpati duo ex ipsorum burgensibus de Berno, quod ipsi interfuerunt in verbere perpetrato in personam Petri Viramolins, pro quibus petunt salvum conductum.

Concluditur quod si dominus episcopus remiserit dicto Peter suam [in]juriam, quod civitatis ipsum dimictat, dum tamen ipse faciat racionem injuriatarum.

Item quod fuit captus die erina per archerios domini nostri ducis Mermetus Mistralis, de Landissier, vi, violenter et de facto, et sibi fuerunt substracta pugio, basilarum, bursa, computa et certe policie. — *(Vidi usque hic.)*

Item eciam fuit captus dominus Guigo de Feusigniaco etc. eciam vi, violenter et de facto, in quaquidem capcione ipse perdidit septem vel octo equos cum pecuniis et habitibus portantibus etc.

Concluditur quod servetur franchesia juxta ipsius continenciam etc.

Item quod habeatur conferencia cum dominis vicariis et dominis de capitulo et adimpleatur adimplenda etc.

(134) Ultimate fuit dictum quod apponatur remedium operibus Petri de Roseriis qui vadiat mercatores et burgenses sine cause cognicione.

Eodem die videlicet xxij mensis augusti, fuit iterum tentum consilium in domo episcopali, de negociis suprascriptis, que negocia fuerunt expressata et narrata venerabilibus viris dominis Amblardo de Virier, Petro Presbiteri, Johanni Brossy, Jacobo Fuserii, Johanni Fabri et Rodulpho Sapientis, ex consiliariis consilii episcopalis; — per Jo. de Rotulo, Peronetum Emonini et F. Vicencii, consindicos sibi asistentes; — A. Asinarii, P. Magnini, Ny. de Espagnia, G. de Malodumo, M. Varamberti, G. Catilliardi, H. Coctoneti, P. Lamet, Ja. Rubi, Garnerii.

In quoquidem consilio fuit ordinatum quod narrata superius iterum narrarentur vicedompno et quod ipse apponeret remedium.

Eodem instanti, predicti sindici superius nominati cum Jo. Songey iverunt ad nobilem Estor Jansellini et sibi narraverunt supra scripta et specialiter quomodo, eri xxj augusti, fuit tractatus Mermetus Mistralis in presenti civitate et quod facta in ejus personam facta fuerunt contra formam et tenorem franchesiarum. Cum quibus dominis sindicis fuerunt dominus F. Jordani procurator fiscalis domini nostri Gebenn. episcopi et principis, P. Magnini, H. Coctoneti, A. Asinarii, Ny. Espagnia, P. Gatilliardi, Garnerius Lamberti, P. Lamet, Jo. Dorerii et Ja. Ruby.

Ipse dominus vicedompnus respondit quod ipse iret ad dominum nostrum ducem et sibi remonstraret et quod omnia oblata dicto Mermeto Mistralis sibi restituerentur.

Et ibidem fuit revocata per ipsum dominum vicedompnum et Copini locumtenentem caucio per ipsum hodie prestita de se representando etc.

(135) *Eadem die de vespere,* fuit adductus per nonnullos in Communi Domo civitatis nobilis Michael de Chissier, qui ibidem pernoctavit.

Et in crastinum de mane videlicet die xxiij mensis augusti, supervenit dominus F. Jordani, procurator fiscalis domini nostri Gebenn. episcopi et principis, et dixit nobilibus Johanni de Rotulo, Johanni de Songeto, Francisco Vicencii et Peroneto Emonini quod ipsi habebant in Domo predicta Communi nobilem Michaelem de Chissier et quod ipse erat clericulus solutus, et visitando eum repertus fuit in habitu et tonsura clericalibus. Et hoc facto ipse dominus procurator monuit jamdictos sindicos, sub pena excommunicacionis et xxv librarum, ut ipsi predictum

nobilem Michaelem sibi tanquam clericum solutum remicterent. Et facta dicta monicione et eis inposita dicta pena, predicti quatuor sindici sibi domino procuratori remiserunt predictum nobilem Michaelem de Chissier tanquam clericum, de quaquidem remissione ipsi domini sindici pecierunt licteram testimonialem. Actum Gebennis, ante Domum Communem predictam, presentibus ibidem Jacobo de Castro, Glaudio de Siege, Nycodo Monitier, nobilibus Guigone de Thoeria et Roleto de Chissier, et pluribus aliis testibus etc.

Die Martis vicesima quarta mensis augusti, fuit ordinatum per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini et F. Vicencii, sindicos; — P. de Veytey, P. Prepositi, P. Viramolins, Ja. Ruby, H. Coctoneti, P. Guersy, P. Merceri, videlicet quod turris nova sita in porta Boudeti recuperiretur, cujus [co]pertura destruebatur, et ponerentur pane neccessarie.

(136) *Die Martis vicesima quarta mensis augusti,* fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gebenn., in quoquidem consilio interfuerunt Johannes de Rotulo, Johannes de Songeto, Franciscus Vicencii, Peronetus Emonini; — Jo. de Orseriis, P. de Veytey, G. de Malodumo, P. Magnini, Ny. Espagnie, Ja. Ruby, P. Magnini, H. Coctoneti, P. Viramolins; — Jo. Besson, P. Cortagier, A. Asinarii, P. Bollieti, Jo. de Fogia, P. Viramolins, Roletus Arnodi, Ja. Sambavillaz, Ro. Guilliet, G. Cavucini, P. Lamet, Ste. de Putheo, H. Grossy, Garnerii, Jo. Balli, A. Perreti, P. Vignoli, Hugonetus Vullie, Thomas Magni, Polliuti, P. Confignon, Ja. Roguz, Jo. Roberti, Ja. Guinacti, P. de Nanto, Jo. de Ponte, Besson, R. Lullini, Ny. Ruffez, P. Regis, Jo. de Gayo, Ja. Paqueti, A. Regis, Jo. de Boulo, P. de Gerdili, R. Lullini, Philippus Levrerii, P. Espinguet, H. de Bona, Jo. Damiens, Jo. Engleys, Jo. Porterii, A. Crachuz, Stephanus Boverii, Jo. Clareti, Jo. de Boulo, P. Marqueti, Ja. Nergue, Ja. Ruphi, Jo. Molerii, P. Rosseti, Jo. Janini, Ny. de Avullier, Jo. de Petragrossa, Jo. Mermilliodi, P. Blonay, R. Janini, Jo. Ligot, Andreas Blanchodi, Ste. Borsati.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod nobilis Jacobus de Viriaco dedit unam supplicacionem, in qua ipse narrat quod ipse est in possessione platee et arenariorum existencium versus Arerem, in-

ter prata Tissotorum et Petralium et aquam Areris, et petit se manuteneri in eadem possessione.

Responsum fuit quod est res communis et civitati, et quod deffendantur communia ipsius civitatis, quecumque sint illa, quia aqua Areris solebat currere per illum locum quem ipse petit etc.

Item plus dictum fuit per dominos sindicos, videlicet quod hic affluit una magna multitudo gencium, et requisierunt cives et homines civitatis, videlicet quod omnes essent muniti et garniti de armis prout decet.

(137) Item sunt multe cause que sunt contra libertates et franchesias et ad enervandum ipsas franchesias. Concluditur quod deffendantur juxta posse.

Item eciam sunt aliqua negocia per civitatem que non sunt detegenda. Ideo fuit dictum quod talia detegerentur in consilio stricto et coram eligendis inferius nominatis.

Item ulterius fuit dictum quod venditores panis et vini vendunt ultra formam cridarum. Concluditur quod apponatur remedium.

Item dictum extitit quod P. de Roseriis levat mercancias per civitatem, quod est contra libertates et franchesias civitatis. Concluditur quod remonstretur sibi et apponatur remedium.

Super rebus et negociis civitatis que non possunt hic detegi, eciam super causis civitatis et logiis fiendis juxta domum communem predicte civitatis, concluditur quod eligantur duodecim homines qui adjungantur consilio ordinario, qui procedant et provideant in negociis civitatis prout videbitur eis expedire.

Electi in jamdicto consilio generali, videlicet primo Ay. Versonay, H. de Yspagnia, A. Asinarii, A. de Peymes, P. Gavit, Ja. de Sancto Michaele, G. de Nex, Jo. de Fogia, R. Guilliet, M. de Nanto, Ja. Sambavillaz, M. Varamberti et G. Gervasii in Sancto Gervasio.

Die Mercuri xxv mensis augusti, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — (138) Johannem de Orseriis, Ja. Sambavillaz, P. Veytey, P. Guersy, A. Asinarii, Ja. Ruby, G. Guacti, P. Viramolins, R. Guillieti, M. de Nanto, P. Magnini, G. Cavucini, G. Monachi, Jo. Balli, G. Boverii,

Charavex, L. Magnini, Jo. de Oreriis, G. Denex, Jo. de Fogia, G. Lamberti, P. Rodeti, Hugonetum Grossy, Henricus Fabri, de Gissiney.

In quoquidem consilio fuit vocati tresdecim electi superius in registro nominati, de quibus non venerunt nisi duntaxat Ja. Sambavillaz, A. Asinarii, M. de Nanto, G. de Nex, Jo. de Fogia, R. Guillieti.

Eciam erant aliqui in consilio qui non erant vocati, pro quo non potuerunt dicere nec proponere domini sindici ea que erant dicenda et proponenda.

Et, hiis sic peractis, Enex, nomine suo et secum adherere volencium, peciit quod detegerentur ea pro quibus ipse erat vocatus et ipse erat presto et paratus dare consilium juxta sensum et intellectum suum, aliter quod ipse protestabatur quod non prejudicaret sibi nec civitati.

Et similiter Sambavillaz et Nanto protestati fuerunt. Et F. Vicencii, sindicus, similiter respondit quod ipsi sunt parati detegere detegenda si velint restare.

(139) *Die Martis ultima mensis augusti,* fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, A. de Saxo, P. Prepositi, L. Chivalerii, P. Veytey, Ny. Espagnie, P. Guersy, Ja. Ruby, H. Coctoneti, G. Guacti, P. Merceri.

In quoquidem consilio supervenit Johannes de Oreriis qui dixit quod pridie fuit sibi inhibitum quod ipse nichil poneret in carreria publica ante domum suam et quod manutenerentur in ea possessione domini de capitulo etc.

Ibidem fuit admissus in burgensem Nycolaus Yverbant, habitator Gebenn., escofferius, habitator in parrochia beate Magdalenes, videlicet pro quatuor scutis solvendis de nundina in nundinam. — *(Levatum est.)*

Ibidem fuit admissus in burgensem P. Girodi, barbitonsor, habitator Gebenn., pro septem florenis et una colovrona xij solidorum datis Jacobo Chebodi vigilli nostro etc.

Item fuit conclusum quod dicatur Bartholomeo Vicencii quod si pueri et mater confiteantur debitum in judicio, quod detur eis terminus ordinacioni receptoris etc.

Ibidem fuit tradita clavis porte de Marche Johanni Machon, fornerio, et quam recepit etc.

Ibidem Petrus de Bocheto, Johannes et Guillelmus de Bocheto, fratres, remiserunt civitati medietatem sponde muri eorum domus site prope portam de Boudet, juxta Domum Communem dicte civitatis, videlicet medietatem muri dicte domus, situate a parte porte predicte Boudeti et venti, sub pactis quod gradus existentes econtra portam dicte domus civitatis et logia ipsorum liberorum removerentur et quod ipsi liberi teneantur et debeant claudere omnes portas et fenestras existentes in dicta medietate muri et hoc pro et mediantibus viginti quatuor florenis parvi ponderis et duobus florenis parvi ponderis pro lathomis qui habuerunt thesiare dictum murum etc.

|| Mandatur thesaurario quod solvat. ||

|| Concluditur quod admictatur in burgensem Glaudius de Latataz alias Jaquemet, de Moyrens, habitator Gebenn., pro et mediantibus duodecim scutis et xxx solidis pro una colovrina. || [1]

(140) *Die Jovis secunda mensis septembris,* fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles ac egregios viros dominos Petrum Presbiteri, Jacobum Fuserii, Mermetum de Juria utriusque juris doctorem, Petrum Conodi in utroque jure licenciatum, Girardum Consilii, Amedeum Albenci; — Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Petrum Magnini, Leod. Chivalerii, G. Guacti, P. Viramolins, Ny. Espagnie, G. de Malodumo, P. Guersy, P. de Veytey, Jo. de Fogia, H. de Yspagnia, P. de Quercu; — G. Enex, P. Gavit, Ste. Achardi, M. Montionis, A. Asinarii, Jo. de Oreriis, P. Lamet, Hanse de Castro Rubeo, Hugonetum Grossy, Jo. Rosseti, M. Varamberti, Jo. Pacocti, Ny. de Avulier, Roletum Arnodi, Ja. Balme, M. Migneti, P. Rosseti, R. Lullini, G. de Quarro, G. Boverii, B. Rippaz, Thomam Magni, Jo. Engleys, P. Confignonis, Ste. Quilet, P. Fassoreti, G. Cavucin, A. de Leyderre, A. Chenay, Ja. Arbalesterii, Jo. Johannodi, P. Privissini, R. Guillieti, Ja. Sambavillaz, H. Beatrisii, Thomam Luppi, G. Mariglerii, Jo. Polliuti, P. Perrodi, Ansermetum de Fontana,

[1] Article barré. Voir à la date du 12 novembre.

Jo. Besson, A. Berruti, dictum Bursat, Jo. Servionis, P. Magniodi, de Alliodis, H. Peyrolerii, P. Boarii, Jo. de Crosa, P. Besson, Valterum Charavex, P. Marvalli, Jo. Malardi, P. Francisodi, H. Mallieti, Jo. de Nemoribus, Jo. Balli, Janinus de Mara, A. Sirventis, Ny. Ruffez, Gulliermus barbitonsor, Ja. de Gerdili, dictus Mochy, P. Regis, P. de Nanto, Ja. Paqueti, P. Prioris, P. de Gerdili, Perrinus Tabasi (?), P. Joly, Michael Cugnardi, P. Chenevalis, Jo. de Bauluduz, F. Regardi, Jo. Ligot, G. Morier, H. Coctoneti, A. Pojalis, Jo. Roberti, M. de Nanto, Nantermetus Festi, G. de Sieges, P. Gesson, Jo. Bertheti, A. Cretallaz, Ay. Alliodi, Ste. Gotroux, G. Monachi, P. Clavelli, L. Trucheti, Ny. Monitier, P. Boccon, Ste. de Nemore, Jo. Meystrocti, Jo. Longy, P. Mercerii, Jo. Sirventis, Perrinus Damerii, Ste de Furno.

Item quod fiat informacio cum illis qui praticarunt cum domino Guigone et illis qui recesserunt ab Insula etc.

Item quod fiat gueyta in porta Sancti Victoris et .

Item et in alia porta versus domum Fratrum Predicatorum.

Item et in turri retro scolas.

Item turri nemoris sita in Longamala infra lacum.

(141) Item et in turre Budelli.

Item et eciam super Sanctum Petrum; quod si vigil videret murmur, quod ipse verberaret campanam.

Item quod fiat custodia de noctu in civitate ubi sint quinquaginta aut sexaginta homines bene armati, et si vigil Sancti Petri percuteret cimbalum quod ipsi irent ante habitacionem domini nostri ducis.

Item quod decennarii nolunt obedire prout decet.

Item quod tendantur cathene.

Item super victualibus.....

Et querunt domini sindici qualem responsionem ipsi debent facere domino nostro duci super propositis.

Concluditur quod electi et sindici et consilium strictum, eciam si sit neccesse congregare consilium de Quinquaginta quod ipsi congregent in Domo civitatis, postea faciant responsionem super propositum.

Die suprascripta, videlicet secunda mensis septembris post meridiem, fuit tentum consilium iterum in Domo Communi, de negociis subscriptis, pèr egregios viros dominos Mermetum de Juria utriusque juris docto-

rem; — Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, P. Gavit, Jo. de Fogia, Ja. Sambavillaz, P. de Veytey, Ay. Versonay, A. Asinarii, G. de Malodumo, Ny. de Espagnia, Ja. Ruby, P. Monachi, G. Guacti, P. Magnini, A. de Peymes, R. Guillieti.

|| Concluditur quod vocentur evocandi et nominati per consilium, quod vocentur iterum. ||

Quo ad primum capitulum continentem ubi tangit quod dominus vicedompnus faciat informacionem de illis qui fregerunt castrum Insule, ymo pertinet recepcio talis informacionis ipsis dominis sindicis.

Item super secundo ubi petitur quod ponantur infra turres et locis narratis, videlicet duo homines, et bene potest fieri.

(142) *Die Martis septima septembris,* fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Songeto, Peronetum Emonini et F. Vicencii, Rotulo; — Jo. Servionis, Jo. de Orseriis, A. de Saxo, P. de Veytey, Ny. de Espagnia, H. Coctoneti, Ja. Ruby, G. de Malodumo, P. Prepositi, L. Chivalerii, P. Guersy, P. Merceri.

In quoquidem consilio domini sindici narraverunt quomodo ipsi fuerunt requisiti pro parte domini nostri ducis et domini episcopi quod ipsi facerent bonam custodiam et vigillarent de nocte, et quod ipsi ordinaverunt eorum centurerios et decenarios etc.

Concluditur quod fiat bona custodia et quod vocentur de qualibet decenaria unus.

Item fuit eciam dictum in consilio episcopali quod fiat una crida, videlicet quod quilibet sit munitus de arnesiis.

Fiat solum crida quod quilibet sit solus, et obediens sindicis et officiariis.

Item de venta vini concluditur quod deffendatur ne vendatur nisi cum tribus denariis.

Item requisierunt ipsi sindici quod adjungantur eis quatuor (qui) homines qui juvent ad gubernandum vigilantes.

Iterum fuit dictum et propositum atque narratum in dicto consilio quomodo mulieres, videlicet mater et soror Johannis de Lancier, conqueste fuerunt et dixerunt quod nonnulli eis crediderunt ponere collaria

appellata carcani, et quod illi qui talia perpetraverunt retraxerunt se Gebennas.

Concluditur quod si sunt aliqui culpabiles Gebennis, quod capiantur et specialiter dictus Soflet, et ulterius quod rescribantur villis et civitatibus Alamanie.

Die Veneris decima mensis septembris, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — (143) Johannem de Orseriis, P. de Veytey, P. Prepositi, L. Chivallerii, P. Magnini, G. de Malodumo.

Ibidem fuit admissus in burgensem Johannes Jolyet, de Annessiaco, boyterius, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Gervasii, pro septem florenis et j collovrina xv solidorum.

Ibidem fuit apportata quedam lictera missiva ex parte illustris Philippi de Sabaudia et lecta, cum quaquidem lictera erant alie quinque.

Primo fuit traditum una nobili Johanni de Orseriis, item domino N. Monachi una alia.

|| Item fuit admissus in burgensem Stephanus Benedicti Daval, condurerius, habitator Gebenn. ||

Ibidem fuit admissus in burgensem Petrus de Nuce, de Janua, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Germani, corraterius, pro decem scutis et j collovrina xxx solidorum, solvendum hinc ad festum Omnium Sanctorum iiij scuta et tria in aliis et tria in sequentibus.

Die dominica xij septembris post meridiem, fuit tentum consilium per venerabiles viros dominos Nycodum Monachi, Johannem Chapuysii; — Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem Servionis, Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Leodegarium Chivalerii, Glaudium de Peymes, Jaquemetum Sambavillaz, Petrum Magnini, Henricum Coctoneti, Jaquemetum Ruby, Petrum Guersy, Martinum Varamberti, Aymonem Versonay, Petrum Gavit.

In quoquidem consilio fuit lecta et exhibita quedam lictera missiva ex parte illustris domini Philippi de Sabaudia, que continet in effectu quod duo aut tres de civitate irent ad ipsum in Rotondo Monte ad audiendum quedam eis pro parte ipsius exponenda. Ideo queritur quid sit fiendum.

Concluditur quod conferatur super materia premencionata et contentis in premencionata lictera cum domino archiepiscopo et consilio suo ac dominis de capitulo.

(144) *Die decima tercia mensis septembris,* fuit tentum consilium de mane hora prima, in domo episcopali, per venerabiles et egregios viros dominos, in presencia reverendi in Christo patris domini archiepiscopi Tharentasiensis, administratoris episcopatus Gebenn., per dominum Guigonem de Rocheta, Amblardum de Virier, Anthonium de Vilier, Johannem Brossy, Petrum de Lornay, Nycodum Monachi, canonicos Gebenn.; — Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, consindicos; — Johannem de Orseriis, Petrum Gavit, Jaquemetum Sambavillaz, Roletum Guillieti, Petrum Magnini, Johannem de Fogia, Girardum de Enex, Martinum Varamberti, Jaquemetum Ruby, Johannem Polliuti, Petrum Magnini.

In quoquidem consilio recitata fuit lictera missiva erina die in jamdicta domo lecta, que continet in effectu quod illustris Philippus de Sabaudia requirit sindicos, burgenses et communitatem quod mictantur ei in Rotondo Monte duo aut tres homines de civitate ad audiendum nonnulla eisdem in dicto loco exponenda.

Concluditur (conclusum fuit) in dicto consilio quod mictantur duo experti in dicto loco Rotondi Montis ad audiendum dicenda et exponenda per dictum dominum Philippum, et fuerunt electi in dicto consilio G. Enex et Jo. de Fogia.

Et si dominus noster dux Sabaudie non sit contentus et dicat de contrario, dicatur quod sic fuit conclusum in consilio episcopali, simul dominis de capitulo et sindicis et consiliariis civitatis.

Et successive conclusum fuit quod dominus archiepiscopus et administrator debeat ire ad dominum nostrum ducem et sibi dicere conclusionem et requirere quod ipse sit contentus quod sic fiat prout conclusum est.

Item post prandium, interfuerunt in presencia prefati domini archiepiscopi in domo episcopali Jo. de Songeto, Peronetus Emonini et F.

Vicencii, consindici; — Jo. de Orseriis, Glaudius de Peymes, Pe. Magnini, (145) quibus dixit quod ipse loqutus fuerat cum illustrissimo domino duce et quod dominus noster dux sibi dixit quod ipsi micterent quos vellent ipsi Philipo et quod ipse habebat administracionem ecclesie et quod faceret ad placitum suum.

Et precro vobis, sub pena excommunicacionis, conclusionem hodie factam in nostro consilio deducatis ad effectum.

Iterum idem precepit quod fieret informacio de illis qui emunt frumentum ab illis qui levant frumentum, et postea adducantur in domo episcopali.

Die eadem post prandium, videlicet xiij septembris, fuit iterum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros, de negociis suprascriptis, per Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — Johannem de Orseriis, G. de Peymes, P. Guersy, P. Prepositi, Jo. de Fogia, G. Enex, P. Magnini, Jo. de Oreriis, H. Grossy, A. de Saxo, Ny. de Espagnia, M. de Nanto, Ja. Arbalesterii, Ste. Quellet, Hanse Ledorey, R. Guillieti, Ny. de Avullier, G. Gervasii, G. de Malodumo, M. Varamberti, P. Cortagier.

In quoquidem consilio fuerunt recitata superius descripta et successive requisiti dicti G. de Enex et Jo. de Fogia, quatenus eis placere vellet, ut ipsi irent ad audiendum dicenda et exponenda per eumdem Philipum.

Concluditur quod mandatum domini archiepiscopi ponatur ad effectum et exequcionem. In deffectu Girardi Denex eligitur dominus Ny. Monachi.

(146) *Die Martis xiiij mensis septembris*, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Johannem Servionis, Amedeum de Saxo, Petrum de Veytey, P. Guersy, P. Magnini, Ja. Ruby, P. Viramolins, G. de Malodumo, L. Chivalerii, P. Prepositi, P. Merceri, Jo. de Fogia, Jo. Ligot, Hanse Ledorey, M. Varamberti, Jo. Pacocti, R. Guillieti, P. Rodeti, Ja. Sambavillaz.

In quoquidem consilio fuit dictum et expositum materia que fuit eri

tractata, et specialiter eo quia fuerat deliberatum quod duo irent ad illustrem principem dominum Philippum de Sabaudia, et postea iterum obviatum; et specialiter dictum Johanni de Fogia, de sero, per quemdam cujus nomen nescitur qui sibi dixit sic : « si tu vadas ubi tu pretendis ire, tu non revertes etc. »

Et sic fuit iterum dictum domino archiepiscopo quod ipse provideret, et ipse respondit quod ipse iret ad dominum et debet facere responsionem.

Concluditur quod audiatur responsio domini archiepiscopi et postea, consenciat aut non, quod mictatur prout deliberatum fuit.

Et si electi non velint ire, eligantur alii per sindicos; et si non reperiantur, vadant sindici seu ipsorum alter.

Ibidem fuit admissus in burgensem Johannes Gay, de Bonavilla, escofferius, in parrochia Sancte Crucis, vij florenis, j colovrina xv solidorum.

(147) *Eadem die post prandium,* fuit iterum tentum consilium in Domo Communi, per subscriptos et de materia superscripta, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini, sindicos; — Johannem de Orseriis, Amedeum de Saxo, Ja. Sambavillaz, Jo. de Fogia, A. Asinarii, G. de Malodumo, P. Viramolins, B. Vicencii, Johannem Balli, Johannem Velluti, P. Rodeti, Roletum Guillieti, M. Varamberti, Jo. Ligot, P. Prepositi, G. de Nex, G. Cavucini.

Die Martis xxj mensis septembris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Johannem Servionis, P. Guersy, P. Magnini, Ny. de Espagnia, G. de Malodumo, Ja. Ruby, H. Coctoneti, P. de Veytey, P. Prepositi, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit dictum quod domini de consilio inferius videlicet illustrissimi domini nostri ducis, quod dominus Thorenci quesiit utrum ille qui iverat ad dominum Philipum venerat, quibus fuit responsum quod non.

Item quod non faciunt bonam custodiam.

Item quod ipsi petunt consilium cum certis aliis etc.

Ulterius dixerunt et proposuerunt quod nobilis F. Crochon dixit eis, videlicet sindicis, quod artillierie et arma civitatis bene custodiantur.

Dictus Pyat Gay restituit unam celadam, duos gantelletos et unum vojuz, que arma ipse custodivit tamdiu quamdiu ipse ste(ti)tit convigil civitatis etc.

(148) *Die Mercuri xxij mensis septembris,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Peronetum Emonini, Johannem de Songeto, Franciscum Vicencii; — Johannem de Orseriis, A. de Saxo, Ja. Sambavillaz, P. de Veytey, Ste. Achardi, A. Asinarii, Ny. de Espagnia, P. Viramolins, Jo. de Oreriis, G. Cavucini, Ja. Ruby, M. Varamberti, Jo. Ligot, Dyonisius Bizelli, Jo. Pacocti, M. de Nanto, P. Guersy, G. de Peymes, G. de Malodumo, item Ja. Gunat, Jo. Trolliet alias Engleys, P. Prepositi, Ay. Versonnay.

Die Jovis xxiij mensis septembris, fuit tentum consilium generale, super negociis subscriptis, in claustro Sancti Petri Gebenn., et propositis per reverendum patrem dominum dominum Anthonium Piocheti; dominum Thorenci, G. de Virier, G. de Luyriouz, Philippum de Menthone, Estor vicedompnum, Ja. Fuserii, Ja. Guinacti procuratorem fiscalem, necnon reverendum patrem dominum episcopum Ebronensem, pro parte illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis etc.

In quoquidem consilio interfuerunt venerabiles nobilesque et honorabiles viri domini Jo. Chapuys; — Johannes de Songeto, Johannes de Rotulo, Peronetus Emonini, F. Vicencii, sindici; — A. de Saxo, G. de Malodumo, R. Guillieti, Jo. Fabri, Ste. Quillet, Jo. Pacocti, (149) Jo. de Ruppe, Ny. de Avullier, A. Crachi, Jo. Meystrocti, Jo. de Oreriis, F. Arbalesterii, P. Guersy, Ay. Thonerie, L. Morelli, Ny. Chenevalis, Jo. Balli, P. Prioris, Jo. Bellocti, Ste. Gotrosii, G. Blamantel, G. Maurerii, P. Magnijohannis, Ja. Guinacti, Jaquetus Henrici, H. Fabri de Gissiney, A. Turci, P. Lamet, H. Grossy, Hanse Ledorey, P. Gatilliardi, Ay. Alliodi, Ny. de Espagnia, A. Asinarii, N. Festi, Jo. Servionis, Jo. de Orseriis, H. de Bona, Jo. de Fogia, Heuisdem, P. Magnini, G. de Peymes, P. Rodeti, P. Monachi, G. de Peymes, P. Ruby, Ja. Ansermeti, P. Espinguet, H. Beatry, A. de Fontana, dictus Verdelli, P. Chanuti, H. Bucterii, P. Francisodi, P. Mermeti, F. Marchiandi, dictus Besson, P. Molleti, G. Crachuz, L. Trucheti, P. Magnini, Jo. de Pisis, P. Chautemps, P. Malagniodi, Ja. de Gerdili, Ste. Borsacti, dictus Cantini, B. Ruppis, M. Migueti, Jo. de Gex, Jo. Janini, Jo. Trollieti, G. Cavucini, B. Vicencii, A. Marvalli, R. Lullini, G. Locheti, A. Marvalli, R. Lullini, Th. Magnini, P. Rosseti, G. Monachi, P. Copeti, P. Bolieti, Ja. Bocheti, Ja. Nergue, Jo. Polliuti, P. Clavelli, H. Bosonis, Jo. Meurerii, Ny. de Nanto, H. Mallieti, Jo. Besson, P. Viramolins, P. Lanson, G. Jaqueti, Jo. Monachi, M. Borgesii.

Proposita sequntur sub hiis verbis :

=== (149 *bis*) Super propositis in consilio generali civitatis Gebenn., Jovis xxiij septembris, per dominum cantorem, eciam capitulis datis parte illustrissimi domini nostri in eodem consilio lectis, conclusum fuit quod domini sindici providere debeant quod ipsi et civitas, insequendo suarum franchisiarum formam, facient prout consueverunt et melius si possint, et quod ipsi sindici caveant ne astringant civitatem ad impossibilia, et quod civitas obviabit pro posse operibus facti et ulterius quantum poterit juvabit ad preservandum personam et bona preli[bati] illustrissimi ejusque illustrissime consortis et suorum illustrium liberorum a quibuscunque operibus facti illicitis || eciam et quoscunque alios, juxta ritum suarum jamdictarum franchesiarum || ===

(150) *Die Martis xxviij mensis septembris,* fuit tentum consilium in Domo Communi.

Die Martis quinta mensis octobris, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini et Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, A. de Saxo, P. de Veytey, P. Guersy, P. Prepositi, Ja. Ruby, Ny. de Espagnia, G. de Malodumo, H. Coctoneti, P. Merceri.

Mandatur receptori quod solvat Johanni de Fogia, qui fuit in Rotondomonte apud illustrem principem dominum Philipum de Sabaudia cum duobus equis et stetit quinque diebus salvo pluri, videlicet undecim florenos parvi ponderis, inclusis omnibus etc. — *(Habet mandatum.)*

Iterum fuit dictum quod vigilles non obtemperant sindicis nec consilio per modum per quem.....

(151) *Die Veneris octava octobris,* fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Orseriis [Rotulo], Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, P. Guersy, P. Magnini, Ny. de Espagnia, G. de Malodumo, Ja. Ruby, Jo. Servionis, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit dictum quod dominus Philipus de Sabaudia hodie hic debet applicare.

Concluditur quod post prandium convocetur consilium etc.

Die qua supra post prandium, fuit iterum tentum consilium post prandium per quatuor sindicos et alios subnominatos, videlicet Ay. Versonay, G. de Peymes, Ja. Sambavillaz, P. de Veytey, Ny. de Espagnia, H. Coctoneti, P. Viramolins, Ja. Ruby, P. Rodeti, F. Crochon, R. Guillieti, G. Cavucini, Jo. Trollieti alias Engleys.

Ibidem fuit dictum et propositum, videlicet quod dicitur quod Philipus de Sabaudia debet hic applicare cum magna multitudine gencium etc.

Ideo queritur quomodo debet fieri et esse custodia etc.

Concluditur quod refferatur domino archiepiscopo et dominis de capitulo dicta per dominum A. Piocheti cantorem, et vicedompnum, et quod presententur ei P. de Veytey, P. Magnini et P. Rodeti, electi pro adjunctis dominis sindicis etc., et quod domini sindici et adjuncti provideant custodie civitatis et aliis neccessariis etc.

(152) *Die Veneris octava mensis octobris,* fuit tentum consilium de sero in Domo Communi dicte civitatis, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Hanniquinum Copini locumtenentem domini vicedompni civitatis Gebenn., Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — A. de Saxo, Jo. de Fogia, Ste. Achardi, Ay. Versonay, A. Asinarii, F. Crochon, Ny. de Espagnia, G. de Malodumo, P. Bollieti, P. Monachi, P. Magnini, H. de Yspagnia, Jo. Ligot, F. Arbalesterii, P. Lamet, M. Varamberti, Nantermum Festi, P. Rodeti, P. Guersy, R. Guilleti, P. Cortagier, P. Viramolins, G. Mariglerii, Jo. Egorfacti, P. Gatilliardi, Ja. Ruby, Ny. Chicant, Ja. de Mara, Ste.

Quillet, Ja. Bertheti, A. de Fontana, Henricus Derour, P. Prioris, Clasquinus de Castro, B. Meynez, G. Sapientis, Ja. Gunacti, G. Dorerii, Ny. Chenevalis, Ja. Greator, Ay. Probi, Ny. Lollieti, Ja. de Castro, Jo. Peccollat, P. Bellini, Jo. Emonini, Ganterus borserius, Ny. Ruffiez, Thomas Magnini, P. de Eysello, Jo. Vallet, Jo. de Rup pelliparius, A. Berruti, G. Cavucini, P. Perrodi, P. Fassoreti, Dynisius Bizelli, Thery Gandet, Ste. Bruni, G. de Peymes.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum per sindicos quod illustrissimus princeps dominus noster dux Sabaudie mandavit pro eisdem sindicis et certis consiliariis in domo domini nostri ducis, et dum (153) fuerunt in presencia prefati domini nostri, ipse dominus noster dux regraciavit civitatem de beneplacitis per civitatem temporibus retroactis impensis; postea dixit ipse dominus noster dux quod ipse non vult quod Philipus de Sabaudia, ejus filius, intret civitatem sine ejus con sensu, et quod, si ipse intret et ipse faciat displicenciam alicui, quod ipse faciet pauperes et depauperabit civitatem etc.

Concluditur quod fiat bona custodia et quod complaceatur domino quantum poterimus. Item quod loquatur dominis de capitulo et quod elegerentur doctores ad eundum ad oviam ipsi domino cum ipsis dominis de capitulo, et quod audiatur ipse et quid ipse vult facere; et quod fiat talis custodia quod villa sit semper magistra de se ipsa, et tendantur cathene. Item quod vocentur doctores et domini de capitulo simul.

Electus fuit P. Rodeti ad eundum ad predictum illustrem Philipum de Sabaudia.

Eligitur castellanus, unus ex sindicis, unus doctor.

Iterum die nona mensis octobris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Estorem Jancellini vicedompnum, Jo. Magnini, P. Conodi, F. Karoli procuratorem fiscalem; — Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, P. Prepositi, Ay. Versonay, Jo. Fogia, A. Asinarii, Ja. Ruby, Ansermetum Marvalli, M. de Nanto, Jo. Ligot, G. de Malodumo, F. Arbalesterii, P. Magnini, M. Varamberti, Peronetum Pichon hostellerium.

Die predicta intravit illustris dominus Philipus de Sabaudie, tenendo consilium suprascriptum, civitatem Gebenn., et, quando fuit re-

latum in consilio quod ipse dominus Philipus intraverat, consilium fuit dissolutum et sic nichil fuit factum.

(154) *Die lune xj octobris*, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per venerabiles et egregios viros dominos Glaudium Pilicerii, Guerbinum Crusel, G. Consilii, P. Conodi, Jo. Chapuysii; — Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, A. de Saxo, Jo. de Fogia, Ste. Achardi, Ja. Sambavillaz, G. de Capella, P. de Veytey, A. Asinarii, G. de Malodumo, Ny. de Espagnia, Jo. Ligot, F. Fabri, Ja. Ruby, P. Peytralis, Jo. Seyracti, R. Lullini, Hanse Ledorey, Ay. Versonay, P. Gavit, Jo. de Oreriis, P. Guersy, F. Arbalesterii, Hugonetum Grossi, P. Viramolins, Ja. (?) Varamberti, Jo. Carrerii, R. Guillieti, P. Rodeti, P. Gatilliardi, Jo. Velluti, Sy. de Joyes, A. Marvalli, Jo. Balli, M. Montionis, Jo. Meystrocti et Enex.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod esset de necessitate ire ad illustrem principem Philipum de Sabaudia et eum requirere quod velit servare franchesias prout convenit.

Item quod dicatur sibi quod dominus noster dux dixit sindicis presentis civitatis et eorum consilio, quando ipse scivit adventum ipsius, quod si ipse intraret civitatem et ipse faceret malum aut injuriam aliquibus de domo sua, quod ipse destrueret et depauperaret civitatem et quod prestaret eis quod ipsi essent in ventribus matrum suarum, et quod super istis non dimictat civitatem et populum desolatum.

Item quod requiratur pro parte domini vicedompni qui est detentus, videlicet quod sit relaxatus.

Concluditur quod vocetur consilium episcopale et domini de capitulo et ibi fiat conclusio quid sit fiendum.

(155) Incontinenti iterum fuerunt congregati in claustro Sancti Petri Gebenn., super propositis superius mencionatis, venerabiles et egregii viri A. Piocheti, cantor, Amblardus de Virier, P. Presbiteri, P. de Virier, G. de Rocheta, Petremandus de Saconeto, Franciscus de Saconeto, L. de Dyvona, Jo. Fabri, G. Consilii, G. Pilicerii, Jo. Chapuys, P. Conodi, Jo. Brossy, R. de Nemore, Jo. Brochuti, Ny. Monachi, F. Caroli, P. Mermeti; — Jo. de Songeto, Jo. de Rotulo, Peronetus Emonini, F. Vicencii; — P. de Veytey, Jo. de Orseriis, Jo. Fogia, magister

Guerbinus, Ja. Sambavillaz, P. Guersy, R. Guillieti, Ay. Versonay, Ste. Achardi, A. Asinarii, G. de Capella, M. Varamberti, Ny. Ruby, G. de Malodumo, Ny. Espagnie, Jo. Ligot, F. Fabri, Hanse Ledorey, P. Viramolins, Jo. Quarrerii, R. Testu, Jo. Seyracti, F. Arbalesterii, P. Peytralis, Jo. Polluti, Ny. Moniter, G. Viennesii.

Die Martis xij octobris, fuit tentum consilium in claustro Fratrum Predicatorum Palacii Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — magistrum Guerbinum Crusel, Franciscum Magnini, Petrum Gavit, Jacobum Sambavillaz, Franciscum Crochon, Petrum Prepositi, Petrum de Veytey, Johannem de Orseriis, Ny. de Espagnier, A. de Saxo, Ay. Versonay, G. de Peymes, P. Magnini, R. Privissini, R. Guillieti, H. Coctoneti, P. Guersy, M. de Nanto, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod esset bene factum quod sindici et consiliarii visitarent et visitare deberent illustrem Philipum de Sabaudie et quod daretur aliquid sibi pro suo jocundo adventu.

(156) Concluditur quod sibi domino Philipo fiat unum donum graciosum usque ad valorem quinquaginta aut sexaginta florenorum parvi ponderis.

Die xiij octobris, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Fogia, M. de Nanto, P. Viramolins, Ay. Versonay, P. Gavit, A. Asinarii, G. de Malodumo, P. Guersy, Ny. de Espagnia, Jo. de Peymes, Jo. de Orseriis, P. Prepositi.

In quoquidem consilio fuit dictum quod Perrinus de Antiochia est detentus et fuit captus per gentes domini Philippi de Sabaudia, et quod ipse est burgensis hujus civitatis et quod ipse est captus contra formam et tenorem franchesiarum et libertatum || nostrarum et || civitatis Gebenn. Eciam dubitatur quin ipse non extrahatur a civitate et alibi conducatur.

Concluditur quod domini de capitulo et consilii domini nostri Ge-

benn. episcopi requirantur quod se velint congregare et, ipsis congregatis, superius exposita eis dicantur et declarentur, postea in ipsorum consilio fiat conclusio et ea que conclusa erunt adimpleantur pro posse.

(157) *Die Veneris xv mensis octobris,* pro negociis subscriptis, fuit tentum consilium in claustro Sancti Petri Gebenn. per reverendos patres dominos abbatem de Sys, Guigonem de Ruppecula, Anthonium de Vilier, sedis apostolice protonotarios, Amblardum de Tingerone, venerabilesque ac nobiles et honorabiles viros dominos Nycodum Monachi, Glaudium Pilicerii, Petrum Conodi, F. Karoli procuratorem fiscalem; — Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Ay. Versonay, Ja. Sambavillaz, F. Crochon. Jo. de Orseriis, F. Arbalesterii, P. Lamet, Jo. de Oreriis, Jo. Bellibini, P. Gavit, A. de Saxo, G. de Peymes, P. Magnini, Amedeum Asinarii, B. Vicencii, P. Rodeti, Ny. de Espagnia, G. Guacti, P. Mercerii, Ja. Roguz, G. Enex, Peronetum Pichon, Jo. Emonini, Jo. Ligot, H. Beatrisii, Ansermetum Marvalli, M. Varamberti, G. Cavucini, Ny. de Avullier, Ja. Nergue, Jo. Seyracti, Ja. Tombeti, H. Coctoneti, Thomam Magni, A. Turci, Hanse Ledorey, Jo. Ruphi, P. de Nanto, Ansermetum de Platea.

In quoquidem consilio fuit dictum pro parte illustris domini Philipi de Sabaudia quod ipse non venit ad hanc civitatem Gebenn. pro enervando juridicionem domini nostri Gebenn. episcopi et principis nec eciam franchesias hujus civitatis, sed augmentandum honorem illustrissimi principis domini nostri Sabaudie ducis et tocius patrie Sabaudie. Et quod est de neccessitate quod illi de Cipro vacuent domum Sabaudie et patriam, et quod ipse dominus Philipus venit hic ad habendum consilium, auxilium, favorem et juvamen a civibus et burgensibus presentis civitatis. Et ulterius dixit quod non est aliquis qui conqueratur de ipso domino Philipo. Eciam si constet aliquos ex ipsis Ciprianis exivisse civitatem Gebenn., quod non fuit ultra nec contra ipsorum voluntatem.

Ibidem domini prothonotarii de Rocheta et A. de Villier pro parte ecclesie eum remarciaverunt.

Et hiis sic dictis et pluribus aliis, prefati sindici nomine tocius communitatis Gebenn. protestati fuerunt quod per quemcunque actum,

(158) factum aut fiendum non sit derogatum nec derogare valeant franchesiis et libertatibus civitatis Gebenn.

Quasquidem protestaciones idem dominus prothonotarius de Compesio, nomine prefati domini Philipi de Sabaudia, benigniter admisit et recepit.

Et, ipso domino prothonotario absentato, remanserunt in claustro predicto et in consilio subnominati : primo domini Ny. Monachi, G. Pilicerii, P. Conodi, Jo. de Orseriis, Fogia, G. de Peymes, Ja. Sambavillaz, Ja. Tombeti, Ja. Guinati, Ja. Ruby, G. de Capella, B. Vicencii, P. Magnini, Jo. de Oreriis, F. Arbalesterii, A. Asinarii, P. Lamet, G. Malbosson, G. Guacti, P. Rodeti, H. Coctoneti, Dy. Bizelli, Jo. Ligot, Ja. Nergue, H. Grossy, Verdelli, Jo. Ruphi, Jo. Balli, Ja. Roguz, Pichon hostellerius, Jo. de Ponte, Ny. Avullier, Ansermetus de Platea, M. Varamberti, B. Rippuz, G. Cavucini, R. Guillieti, Ny. de Espagnia, Jo. Pichon pelliparius, A. de Saxo, M. de Nanto.

Coram quibus predicti quatuor sindici dixerunt et ipsos interrogaverunt utrum essent aliqui alii qui vellent aliqua alia dicere vel proponere.

Concluditur quod predicti domini sindici se transferant apud prelibatum dominum Philipum associati ex aliquibus suis consiliariis et eum habeant regraciare de suo bono velle quod ipse dicit habere erga civitatem et cum effectu demonstrato, et quod fiant protestaciones in suis presencia quod per quemcunque actum, factum aut fiendum non [sit] innovatum nec derogatum franchesiis et libertatibus presentis civitatis Gebenn., et quod protestaciones redigantur in scriptis; eciam quod requiratur ut non recedat usque quo ipse posuerit et reduxerit civitatem in bona gracia domini nostri ducis et domine duchisse.

(159) *Die Lune* [*Sabbati*] *decima sexta mensis octobris,* fuit tentum consilium in Domo Communi per venerabiles et egregios ac nobiles et honorabiles viros G. Pilicerii , Jo. de Orseriis, A. de Saxo, P. Gavit, Ay. Versonay, Ja. de Sancto Michaele, Christoforum Bonifacii, P. Magnini, Ja. Tombeti, M. de Nanto, B. Vicencii, Ansermetum Marvalli, L. de Peymes, P. Gatilliardi, G. de Peymes, P. Rodeti, H. Coctoneti, G. Cavucini, R. Guillieti, G. Guacti, P. Guersy.

Die Lune decima octava mensis octobris, fuit tentum consilium in claustro Sancti Petri Gebenn., de negociis subscriptis, per reverendos patres

egregiosque ac nobiles et honorabiles viros et dominos Franciscum de Flecheria, priorem de Chindriouz, G. de Rocheta, P. Presbiteri, Jo. Brossy, F. de Charanczonay, Ja. Fu[s]erii, P. de Lornay, F. de Alpibus, Jo. Clis, Jo. Brochuti, Jo. Savageti; — G. Pilicerii, M. de Juria, P. Conodi, Jo. Chapuys; — Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, P. Gavit, P. Prepositi, Jo. de Fogia, Ny. de Espagnia, B. Vicencii, G. Guacti, Christoforum Bonifacii, Ja. Tombeti, Ay. Versonay, M. Varamberti, H. Coctoneti, G. Malbosson, P. Guersy, Ansermetum Marvalli, P. Gatilliardi, M. de Nanto, (160) P. Viramolins, P. de Veytey, P. Magnini, G. de Peymes, Ay. Versonay, Jo. Doreriis, R. Guillieti, G. Cavucini, P. Rodeti, Hanse Le Borsier, G. Viennesii, P. Tissocti, Ja. Ruby, G. Ramnelli, Symonetum Joyez, A. Perreti, H. Grossy, Ja. de Sancto Michaele, Jo. Cambrex, Ny. de Nanto.

In quoquidem consilio fuit dictum expositumque et propositum quod quidam qui est hic ex parte regis Francie eri fecit exequi quasdam licteras ex parte regis de salva gardia, videlicet quod ipse res ponit in salva gardia Ciprianos existentes in Sabaudia.

Item eciam dicebatur quod ipse res querit exequi facere ulterius dictas licteras in personam illustris Philipi de Sabaudia.

Item similiter dicitur quod ipse rex querit inponi facere certas gabellas et inposiciones in patria etc.

Item similiter dicitur quod ipse res querit quatercentum lanceas sibi promissas, ut dicitur, per dominum nostrum ducem Sabaudie.

Conclusum fuit in dicto consilio quod ipse exequtor talium licterarum moveatur ad revocandum talem exequcionem, si quam fecerit, et successive inhibeatur sibi sub pena excommunicacionis et pecuniaria, ne ad aliquas alias exequciones procedat.

Concluditur ulterius quod vadant ad ipsum dominum Philipum, ex parte domini nostri Gebenn. episcopi et principis et Capituli Gebenn., videlicet venerabiles viri domini A. de Villier, sedis apostolice prothonotarius, Bonifacius Fabri et Jo. Savageti, canonici Gebenn., domini Jo. Chapuys, G. Pilicerii, Pe. Conodi, quatuor sindici superius nominati, Jo. de Orseriis et Ay. Versonay, et alii de quibus expediens videbitur sindicis; et dicant ipsi domino quod vocari faciat consilium suum et illud quod fuerit ibidem deliberatum ponatur ad debitum exequcionis effectum.

De aliis prelocutis, videlicet de lanceis et de imposicionibus, remictatur Tribus Statibus.

(161) *Successive, die eadem,* in domo Philipi, super negociis prelocutis, fuerunt congregati, videlicet venerabiles viri domini A. de Vilier sedis apostolice prothonotarius, Jo. Savageti, Bonifacius Fabri, Jo. Brochuti, P. Conodi, G. Pilicerii, Jo. Chapuys; — quatuor sindici; — Jo. de Orseriis, Ay. Versonay, G. de Peymes, P. Gavit, Ja. Sambavillaz, P. de Veytey, Ja. de Sancto Michaele, P. Magnini, Ny. Espagnie, H. Coctoneti.

Ubi superius descripta fuerunt exposita per dominum Jo. Savageti, et laudata conclusio facta contra illum secretarium regis qui dicitur exequise licteras de salva gardia pretactas etc.

Die, et loco Martis precedentis, Jovis xxj octobris, post prandium, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Johannem de Songeti, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — Jo. de Orseriis, A. de Saxo, P. de Veytey, A. Asinarii, G. Malbosson, P. Viramolins, L. de Castro Rubeo, Colinus Chicani, P. de Eysello, P. Rodeti, Ste. Quilet, R. Teste, M. Varamberti, Ja. Arbalesterii, H. Grossy, Ja. Ruby, G. Cavucini, Ste. Mallieti, Jo. Bernardi, Jo. Engleys, R. Guilleti, Ja. de Castro, Jo. Fabri, P. Bernardi, P. de Sancto Johanne, H. Coctoneti, Ja. Gunacti, Jo. de Oreriis, Valterius Charavex, P. Rodeti, H. Mallieti, P. de Cresto, Jo. Taccon, Jo. Ligot, Ny. de Espagnia, Jo. Valleti, F. Serasson, P. Perrodi, P. Lamet, R. Lullini, Ja. Roguz, Angellinus de Vullies; — c.: item P. de Veytey, item G. de Vaudo, item G. de Peymes.

(162) Primo fuit propositum quod mondentur carrerie. Concluditur quod sic fiat.

Item de pane, videlicet quilibet faciat racionabile, concluditur quod ponderetur panus.

Item quod non vendatur vinum ultra tres denarios, pignorentur excedentes cridam et fiant cride prout alias.

Item debent hic adesse princeps Orengie et Tres Status etc.

Item quod fiat provisio aque ante domos.

Item quod claudantur alique porte.

Item quod sint muniti de aqua.

Item pro excubia civitatis quod omnes sint moniti arnesiis.

Item quod decennarii debeant eis notifficare omnibus existentibus sub eorum decennaria etc.

Item tendantur cathene.

Item quod centenarii debeant advisare eorum quinquagenarios.

Item et quinquagenarii advisent eorum decennarios.

Item si debeantur custodire porte.

Item vis[i]tentur hospites.

Custodia portarum de die.
Clausura portarum.
Item an dimictantur intrare armigeri, nescitur quid concludere.

Concluditur quod fiat bona custodia de nocte, et pondus panus, et si aliquis vendat vinum ultra tres denarios, pignoretur.

Item cridet quod mondentur carrerie.

Item apponatur remedium super propositis prout decet.

Item quod quilibet precipiat quibus est sibi ordinatum precipere.

Die Sabbati xxiij mensis octobris, fuit consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — Jo. de Orseriis, P. Prepositi, G. Guati, P. Guersy, P. de Veytey, P. Magnini, A. Asinarii, Ay. Versonay, Ansermetus Marvalli, Jo. de Fogia, P. Rodeti, H. de Yspagnia, (163) G. de Malodumo, Ja. Ruby, Jo. de Oreriis, H. Perrodi, M. de Nanto, P. Viramolins, Garnerius Lamberti.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod illustris dominus Philipus de Sabaudia querit quod fiat bona excubia seu gueyta. Concluditur quod fiat bona custodia juxta posse civitatis.

Item quod illi qui sunt nominati capitaney remaneant capitaney et quod advisent decennarios quod sit semper numerus paratus in armis.

Item quod preparentur artillierie, ponantur in locis consuetis, maneant in locis consuetis.

Item quod mutuentur sibi ciliade. Concluditur sibi quod civitas non habet arnesios.

Item quod custodiantur porte et quod nullus intret civitatem nisi cum simplici statu suo et sine armis. Remictetur consilio episcopali.

Item quod eligantur quatuor homines ex civibus et burgensibus Gebenn., qui sint adjuncti sindicis.

Item eligantur quatuor cum sindicis cum quibus ipse possit conferre de negociis occurentibus.

Concluditur quod dicatur sibi quod ipse habet bonum consilium et quod ipsi facient possibilia etc.

Item quod emantur duodecim brigantine pro vigilibus. Et ita concluditur.

Item quod claudatur butice et omnes sint in sua bona custodia.

Omnia ista remictantur ad horam secundam post meridiem in consilio episcopali et capituli et ibi fiat conclusio super propositis etc.

Capitaney sunt P. Rodeti, P. Magnini, H. de Yspagna, Pe. de Veytey.

Die dominica que fuit vicesima quarta mensis octobris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini, sindicos; — (164) Jo. de Orseriis, G. de Jonvillaz, Ja. Sambavillaz, Jo. Fogia, P. de Veytey, G. de Peymes, P. Rodeti, P. Prepositi, P. Guersy, H. de Yspagnia, P. Magnini, P. Mercerii, M. de Nanto.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum ex parte illustris domini Philipi de Sabaudia, videlicet quod ipse requirit civitatem et communitatem quod fiat bona excubia et cum bono numero et cum illis de civitate, quod ipse erat contentus tradere de gentibus cum illis de civitate.

Item quod illi qui fuerunt electi pro capitaneis ville sint capitanei, qui advisent decennarios quod sit semper numerus paratus in armis.

Item quod custodiantur et quod nullus intret civitatem nisi cum simplici statu suo ordinario et sine armis.

Item quod preparentur artillierie et ponantur in locis opportunis et consuetis.

Item quod velint commodare illustri domino Philipo salatas et arma de quibus se poterunt transire.

Item quod eligantur quatuor adjuncti sindicis.

Concluditur quod dicatur et respondeatur domino Philipo de Sabaudia quod fiet bona excubia juxta posse civitatis.

(165) *Die sabbati proxime precedente, videlicet xxiij mensis octobris,* fuit tentum consilium in claustro Sancti Petri Gebenn., de negociis supradicta die propositis et descriptis, per reverendos patres dominos G. de Rocheta, A. de Virier, P. de Virier, P. Presbiteri, Ja. Fuserii, L. de Dyvona, Jo. Clis, Jo. Brochuti, R. Sapientis, Jo. Fabri, C. de Vitra, M. de Juria; — Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — P. Viramolins, G. de Jenvillaz, Michaelem Montionis, Jo. de Fogia, P. de Veytey, Ay. Versonay, Ja. de Sancto Michaele, P. Magnini, G. de Peymes, G. Guacti, P. Tissocti, H. Coctoneti, M. de Nanto, A. Asinarii, G. de Malodumo, M. Varamberti, P. Lamet, G. Lamberti, P. Gatilliardi, R. Lulini, A. de Peymes, Jo. de Peymes, Ny. de Espagnia, Jo. Pacocti, Ansermetum de Fontana, Jo. de Croso, P. Prepositi, Ja. Sambavillaz.

In quoquidem consilio fuerunt lecta, dicta et exposita capitula super proxime descripta et in duobus locis proxime descriptis.

In quoquidem consilio fuit conclusum quod eligerentur aliqui ex consilio episcopali et capituli Gebenn. ac ex civibus et burgensibus Gebenn., qui facerent deliberacionem super capitulis superius in duobus locis descriptis.

(166) Incontinenti sindici et consules superius nominati ex parte communitatis elegerunt et nominaverunt, videlicet Aymonem Versonay, G. de Jenvillaz, G. de Peymes, Ja. de Sancto Michaele, P. Viramolins, M. Montionis, H. de Yspagnia, Ste. Achardi, Jo. de Orseriis, P. de Veytey, P. Rodet, P. Gavit, Jo. de Fogia, A. Asinarii.

Domini de consilio episcopali et capituli dixerunt quod crastina die ipsi nominarent eligendos inter eos. Et paulo post dixit dominus P. Presbiteri quod ipsi jam facerent in capitulo in quo nominaverunt dominos Bonifacium Fabri, A. de Villier, Jo. Savageti, sed tamen non erant presentes. Ideo dixit quod die crastina ipsi facerent eos venire.

Die dominica supra descripta et de mane, domini sindici superius nominati et plures alii iterum venerunt ad dictum capitulum Gebenn., dominos ejusdem pro habendo quos eligere debebant, et nullam responsionem ab eisdem habuerunt.

Eadem die, domini sindici venerunt ad dominos P. Presbiteri et A.

Piocheti, vicarios, narrando eis suprascripta, requirendos quatenus operam, favorem, juvamen et auxilium eis vellent dare, prebere et conferre de negociis suprascriptis, et hoc in presencia domini Rodulphi Guilliocti et .

Die xxv octobris, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per quatuor sindicos; — Jo. de Orseriis, Ay. Versonay, G. de Peymes, Ja. Sabavillaz, P. de Veytey, Ste. Achardi, A. Asinarii, Ja. Ruby, G. de Malodumo, H. Coctoneti, P. Viramolins, (167) Jo. Trolliet alias Engleys, R. Guilleti, G. Gervasii, Ny. Espagnie, P. Rodeti, P. Magnini, H. de Yspagnia, P. Magnini, G. de Vaudo, P. Guersy.

|| Concluditur quod vadant ad quemlibet dictorum vicariorum et requirantur quod dent consilium super electis et aliis. ||

|| In quoquidem consilio fuerunt lecti electi pro viligando et consulendo sindicos etc. ||

Concluditur quod convocetur cras consilium generale et ibidem dicto consilio legantur et nominentur electi pro custodia excubie et pro conducendo vigilantes.

Et sunt descripti in libro C. [centenariorum] et L. [quinquagenariorum] ac decennariorum.

Item requirantur vicarii quod dent consilium, auxilium et juvament super contentis (et) in requisicionibus alias eis factis et superius descriptis.

Die Martis vicesima sexta mensis octobris, fuit tentum consilium in claustro Sancti Petri Gebenn., super negociis et pro negociis subscriptis, per venerabiles et egregios viros ac nobiles Glaudium Pilicerii, Johannem Magnini, jurisperitos; — Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — Johannem Servionis, G. Jenvillaz, Ste. Achardi, P. Magnini, R. Guillieti, G. de Peymes, P. Ciclat, G. de Malodumo, Garnier Lamberti, G. Mourier, P. Mercerii, Jo. Balli, Jo. Engleys, Jo. Ligot, H. Coctoneti, Dy. Bizelli, H. Vulie, Ja. Guinacti, A. Perreti, Jo. Janini, Tilmandum Luppi, G. Crachuz, A. Crachuz, Jo. de Petra Grossa, Jo. Meystrocti, Jo. Seyracti, Ja. Legras, Jo. Johannodi, Albertus Johannodi, (168) Ay. Migneti, Sy. de Joyez, F. Rigardi, Hanse de Castro Rubeo, Jo. Deriacti, Ja. Ner-

gue, H. Perrodi, P. Prepositi, Ansermetum Marvalli, Ny. de Espagnia, Hanse Le Borsier, Jo. Girardi, Ny. de Avullier, Ja. Ruby, G. Cavucini, P. Rodeti, A. Asinarii, G. de Capella, B. Vicencii, P. Lamet, Ja. Sambavillaz, P. de Veytey, Jo. de Orseriis, P. Galliardi, A. de Saxo, P. Guersy, G. Guacti, P. de Monte, H. de Yspagnia, H. Beatrisii, Ny. de Nanto, Jo. Flory, P. Cortagier, An. de Fontana, P. Cortagier, P. Rosseti, Glaudius Tissocti, Jo. de Oreriis, R. Lullini, H. Grossy, G. Guacti, Jo. Pacocti, H. Grossy, Perrinus Damiani, P. de Eysello, P. de Gerdili, M. Varamberti, G. de Malodumo, P. Viramolins, Ste. de Putheo, Colinum Chicani, P. de Sancto Johanne, P. Mollet, P. Biolleys, Jo. de Fontana, P. Expingueti, Jo. Fabri, Jo. de Pisi, Jo. Albi, Jo. Velluti, Ja. Henrici, Jo. Baterii, Terry Gande, Val. Charavex, Jo. Carrerii, Jo. de Rup, Jo. Marchiandi, Jo. de Banleduz, et pluribus aliis ex burgensibus.

In quoquidem consilio supervenerunt venerabilis vir dominus Guigo de Fisignier et nobilis Girardus de Bruello, ex parte illustris principis domini Philipi de Sabaudia, videlicet quod ipse illustris Philipus venit ad partes istas pro augmentacione, pro honore et reparacione tocius Sabaudie et pro restauracione justicie, et quod dominus noster dux evocari fecerat ejus subdictos pro tenendo suos Status. Et nunc ipse dominus Philipus intellexit quod dominus noster dux continuavit ipsos status, usque ad octavam futuri novembris, et quod sunt aliqui qui investigant ponere armigeros (169) supra patriam et quod ipse querebat an ipse esset securus de civitate et utrum ipse haberet homines civitatis, et si ipse non posset habere quod ipse faceret venire Alemanos.

Ulterius dixerunt quod ipse dominus Philipus intellexit quod debent venire aliqui armigeri et forte cum magna quantitate, et si ipse possit scire quod ipsi armigeri veniant et sit securus de civitate et communitate Gebenn., ipse ibit ad oviandum ipsis sic quod ipsi non venient ad equandum suos equos in Arere.

Fuerunt eciam nominati adjuncti sindicis pro custodia civitatis et, ipsis nominatis, consilium generale approbavit.

Super dictis et propositis ex parte predicti domini Philipi, concluditur quod sindici eligant cum ipsis pro responsione fienda quos voluerunt usque ad numerum duodecim.

Die Martis xxvj octobris, fuit tentum consilium in Domo Communi

post prandium per nobiles et honorabiles viros G. Pilicerii, Jo. Magnini; — Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, Ay. Versonay, G. de Genvillaz, Ja. Sambavillaz, Ja. de Sancto Michaele, P. de Veytey, Ste. Achardi, A. Asinarii, Ny. Espagnier, P. Guersy, G. de Malodumo, P. Viramolins, M. de Nanto, G. Cavucini, R. Guillieti, Jo. Trolliet, P. Rodet, H. de Yspagnia, Ja. Ruby, H. Coctoneti, P. Merceri.

In quoquidem consilio fuerunt recitata verba et dicta ac proposita hodie in consilio generali per dominum Guigonem de Fisignier et nobilem Girardum de Bruello.

Concluditur quod ipsa verba communicentur cum dominis vicariis episcopatus Gebenn. et quod fiat responsio super predictis ipsorum adjutorio.

(170) *Die xxvij mensis octobris,* interfuerunt in consilio domini nostri Gebenn. episcopi et principis, tentum in Sancto Petro, videlicet venerabiles et egregii ac nobiles et honorabiles viri : primo Anthonius Piocheti cantor, Amblardus de Virier, Guigo de Rocheta, Urbanus de Chivron, Petrus de Virier, Rodulphus de Nemore, Johannes Brossy, Amedeus de Liriouz, Ludovicus de Dyvona, Johannes Savageti, Franciscus de Alpibus, Bonifacius Fabri, canonici Gebenn.; — Jacobus Fuserii convicarius episcopatus, Johannes Fabri decretorum doctor; — Johannes de Rotulo, Johannes de Songeto, Peronetus Emonini et Franciscus Vicencii, sindici etc.; — Amedeus de Saxo, Amedeus Asinarii, Johannes Liga, Pe. de Veytey, G. de Malodumo, G. de Peymes, G. de Jenvillaz.

In quoquidem consilio fuit dicta, proposita et iterum exposita superius narrata et descripta ac exposita pro parte illustris Philipi de Sabaudia. Quibus dictis et expositis, conclusum fuit in dicto consilio quod dicatur et respondeatur presta illustri domino Philipo de Sabaudia quod ipsi facient bonam excubiam sive bonam gueytam die ac nocte, juxta possibilitatem civitatis Gebenn., et quod ipsi facient in territorio civitatis eis possibilia et quod ipsi non essent audaces exire territorium Gebenn.

(171) Ulterius fuit dictum quod cridetur per civitatem quod si ignis ignificaretur in aliqua parte civitatis, quod absit et Deus advertat, quod carpentatores, lathomi et macellarii illud accedere debeant et mulieres communes et non aliqui alii.

Alii vero homines civitatis sint et ponant se in armis et maneant in locis ordinatis cum capitaneis suis, nec propter hoc se removeant a locis suis.

Die vicesima nona mensis octobris, fuit tentum consilium in claustro Sancti Petri Gebenn., de negociis suis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Johannem de Orseriis, Aymonem de Versonay, Petrum Prepositi, G. de Jenvillaz, P. de Veytey, Ny. de Espagnia, P. Magnini, G. de Malodumo, P. Viramolins, Ja. Ruby, G. Guacti, Ja. Sambavillaz, Jo. Trolliet, G. de Peymes, Jo. de Fogia, Achardi, R. Guillieti, G. Cavucini, P. Rodeti, P. Monachi, G. Gervasii.

In quoquidem consilio supervenit nobilis Anniquinus Copini et quidam juvenis de illis de Sancto Germano, qui dixerunt ex parte illustris domini Philipi de Sabaudia quod erat Alemanus de illis qui venerunt ad ejus auxilium qui eri fuit captus propter insultum, rebellionem et offensam perpetratam in personas dominorum sindicorum, consiliariorum et vigillum civitatis Geben., requirendo quod eum sibi remictere velent etc.

Conclusum fuit per quos supra, ex parte civitatis, quod domini sindici et consilium sibi remictebant injuriam inquantum concernebat ipsorum || juriam || et quod remicteretur castellano qui duceret ad Insulam, postea faciat ipse castellanus prout consuetum est.

(172) Eciam fuit dictum et propositum quod domini ecclesiastici et nobiles debent hodie tenere Tres Status; eciam dubitatur ne applicent civitatem armegeri et in magno numero, et quod domini sindici et consules deberent advertere ne fieret insultus in civitate.

Concluditur quod tendantur cathene si sit neccesse; item retrahantur mercancie in buticis; item advisentur illi qui habent claves cathenarum quod ipsi prope ipsas cathenas et parati ad tendendum, si aliquis venire cum armis; item quod advisentur C., L. et X., et alii de quibus expediens fuerit quod sint parati, si esset neccesse.

Die ultima mensis octobris, fuit intimatum dominis Guigoni de Rocheta et Jacobo Fuserii vicariis, ac domino Jo. Fabri ex consilio epis-

copatus, in presencia Christofori Bonifacii, Johannis Dorerii et Hanniquini Gauterii, burgensium Gebenn., quod quidam magister Jacobus, qui est ex parte civitatis, ex parte regis Francie executus fuerat licteras regis de salva gardia ad requestam Ciprianorum, et similiter notificaverunt domino F. de Rimina (?), procuratori fiscali, in presencia quorum supra et in eodem loco, item domino priori de Chindriouz, officiali, in ejus domo habitacionis et in presencia quorum supra.

Die Martis secunda mensis novembris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros subnominatos, et [de] negociis subscriptis, Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini, sindicos; — G. de Peymes, Ja. Sambavillaz, P. de Veytey, G. Guacti, A. Asinarii, P. Viramolins, H. Coctoneti, P. Magnini, R. Guillieti, Hanse Ledorey, Ja. Ruby, G. Cavucini, Jo. Doreriis, Jo. Trolliet, G. Gervasii, L. Magni, Ny. de Espagnia, P. Mercerii, Ansermetum Marvalli, Ny. de Nanto, (173) P. Guersy, Jo. de Orseriis, P. Rodeti, P. Lamet, Angellinum de Veles, G. de Malodumo, P. Prepositi, Ja. Arbalesterii, G. de Jenvillaz, P. Cortagier, A. de Saxo.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum ex parte illustris domini Philipi de Sabaudia, videlicet quod ipse dominus Philipus advisavit sindicos dixitque eis quod ipse intellegerat armigeros esse paratos in armis in Dalphinatu, circa fines patrie Sabaudie, et quod esset bonum quod ipsi ponerent custodes in portis et quod claudi facerent postellas et quod ipsi adviserent inter se quod essent potentes inter se ad resistendum talibus, casu quo esset neccesse.

Super quibus petebat responsionem haberi.

Item quidam de consilio dixerunt se intellexisse quod in Galliardo, die externa, fuit facta crida quod omnes juridiciarii ejusdem loci venirent illud preparati in armis etc.

Super quibus conclusum fuit, videlicet reforcietur vigil et fiat provide et continue tota nocte, et de die, si sit neccesse.

Item caveatur bene a modo in antea astrahantur arma a civitate et per quos extrahentur.

Item ponantur artillierie seu machine dicte civitatis in locis consuetis et traduntur in manibus adjunctorum sindicis.

Et pro ipsis distribuendis datur potestas G. de Peymes, presenti et acceptanti.

Item visitentur porte et posterle et claudantur neccessario claudende, et custodiantur die ac nocte cum quatuor seu pluribus hominibus, prout melius videbitur dominis sindicis faciendum.

Item tendantur cathene et maneant tota nocte.

Item quod vigilles armentur condecenter.

Item pignorentur recusantes vigillare et inobedientes pro excubia fienda.

Item quod, portis clausis de nocte, omnes claves earumdem || apportentur in Domo Communi dicte civitatis || tradantur propinquioro adjuncto dominis sindicis.

Item quod se transferant quatuor sindici ad presenciam predicti domini Philipi et sibi referant referanda etc.

(174) Item ale recuperentur per Petrum Mercerii, receptorem emolumentorum communitatis civitatis predicte, per istum annum duntaxat, et de receptis per eum bonum computum reddere teneatur.

Item mandatur eidem receptori quod ipse solvat Glaudio de Peymes expensas factas et fiendas occasione actacionis et distribucionis artillieriarum, habito mandato in forma consueta.

Et si fiant porte colleyse quas ipse facere debet, ipse receptor similiter sibi solvat ea que exponere habebit modo predicto.

Die Martis nona mensis novembris, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — Jo. de Orseriis, P. de Veytey, Ny. de Espagnia, P. Viramolins, P. Prepositi, G. Guacti, P. Mercerii.

In quoquidem consilio fuit dictum quod eri fuerunt electi Glaudius de Peymes, Jo. de Orseriis, Ja. Sambavillaz, P. Magnini, Jo. Servionis, H. de Yspagnia et P. Lamet, pro videndo et visitando ea de quibus requisiit magister provincialis ordinis Fratrum Predicatorum Palacii Gebenn.

Ideo concluditur quod vigilles debeant ipsos vocare in conventu Fratrum Predicatorum, hora prima post meridiem, cum dominis sindicis et visitentur visitanda etc.

(175) *Die Veneriis xij mensis novembris,* fuit tentum consilium in Domo Communi dicte civitatis, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — P. de Veytey, P. Prepositi, Ja. Ruby, P. Viramolins, Jo. Magnini, H. Coctoneti, G. de Moloduno, Ny. de Espagnia, G. Guacti.

Ibidem fuit admissus in burgensem nobilis Glaudius de Alamonia, in parrochia Sancti Gervasii, pro quatuor scutis.

Ibidem fuit admissus in burgensem Glaudius de la Lataz, de Moyrens, habitator Gebenn. in parrochia Marie Magdalenes, pro duodecim scutis, inclusa colovrina.

Ibidem fuit dictum quod fuerat ordinatum quod P. Mercerii, receptor, recuperet emolumenta alarum et ruagii pro civitate et durante uno anno duntaxat.

Iterum fuit ordinatum quod recipiat emolumentum bocetorum vini, et qui Petrus fuit contentus et promisit bene, probe, juxte et sancte, sine opprimendo aliquem, recipere et recuperare, et bonum computum ac legitimam racionem reddere, presentibus Ludovico Martini, Glaudio de Alamonia, Petro Magni Johannis, Stephano Gotrosii et Ludovico Trucheti.

Die dominica decima quarta mensis novembris, fuit tentum consilium generale, de negociis subscriptis, in claustro sancti Petri Gebenn. per venerabiles ac nobiles et honorabiles viros P. Presbiteri, organo Presbiteri (?), A. de Villier, L. de Dyvona, canonicos Gebenn.; — Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vincencii, sindicos; — H. de Yspania, G. de Peymes, A. de Saxo, H. Beatrisii, A. de Fontana, Ja. Ruphi, Jo. Balli, Jo. Englex, Ny. de Nanto, Ste. de Putheo, G. Cavucini, Jo. Clementis, G. de Capella, B. Vincencii, M. Varamberti, G. Guacti, (176) H. Grossy, A. Marvalli, P. Vyramolens, G. de Malodumo, P. de Gerdilli, Jo. Monachi, F. Arbalesterii, G. Mariglerii, Ny. de Espagnier, R. de Orsier, Jo. de Jouz, P. Gonvellier, P. Clareti, P. Malagniodi, Jo. Jalla, P. Prepositi, P. Guersi, Jo. de Crosa, V. Chavanes, A. de Platea, Ay. Medici, Jo. Chomont, P. Perrodi, Ny. Monitier, M. de Nanto, A. Perreti, Ste. Banderie, Ja. Bocheti, Ste. de Furno, Jo. Gervasii, M. Borgesii, P. Richouz, Ste. Gotrosii, Cle. Saneys et plures alios tam cives quam burgenses civitatis Gebenn.

Et ibidem per quos supra et in dicto consilio fuit extimata venta vini et gitata more solito, et qui omnes superius nominati extimaverunt valere quodlibet sextarium vini pro anno presenti tres solidos et novem denarios monete cursalis.

Die Martis decima sexta mensis novembris, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Jo. de Songeto, Johannem de Rotulo, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — (177) Jo. de Orseriis, A. de Saxo, P. Prepositi, P. de Veytey, P. Magnini, P. Viramolins, H. Coctoneti, R. Privissini, G. Guacti, G. de Malodumo, Jo. Servionis, P. Merceri.

Supervenit nobilis Nycodus de Grangia, de Meyrino, qui exhibuit certas licteras dominicales per quas constat quod dominus vicedompnus Gebenn. eumdem nobilem Nycodum constituit locumtenentem suum.

Et propterea ipse idem dominus nobilis Nycodus promisit et juravit per juramentum suum ad sancta Dei evangelia prestitum franchesias, usus et libertates servare et custodire juxta ipsarum continenciam.

Ulterius dixit quod venit ad eum quidam mercator et sibi dixit quod venit a partibus inferioribus, et sunt quingenti armigeri qui posuerunt se in tribus et dicitur quod veniunt ad partes nostras Sabaudie.

Ibidem domini sindici et consiliarii superius nominati admodiaverunt Lionardo Vaner, alemano, quoddam parvum scamnum existentem in platea communi existenti ante capellam Beate Marie pontis Rodani, spacio trium annorum integrorum || incipiendorum || die festi Michaelis proximi preteriti et simili die finiendorum, sub firma cujuslibet quatuor florenorum parvi ponderis solvendorum, videlicet annuatim in qualibet nundina unum florenum et promissit etc., cum renunciacionibus opportunis etc., presentibus ibidem honestis viris Hanse Le Borsier et Petro Gatilliardi, burgensibus Gebenn., testibus etc.

Concluditur quod fiat una crida, videlicet quod vinum Choutagnie non vendatur usque octo denarios, vinum de valle de Subtus Mons non vendatur ultra sex denarios; item vinum patrie non vendatur ultra quatuor denarios.

Die Martis xxiij mensis novembris, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo-

hannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. Servionis, (178) A. de Saxo, Jo. de Orseriis, P. Prepositi, L. Chivalerii, P. de Veytey, Ny. Espagnier, P. Magnini, Ja. Ruby, G. de Malodumo, H. Coctoneti, P. Mercerii, P. Guersy.

In quoquidem consilio Petrus Mercerii dixit et proposuit quod ipse est et stetit receptor jam certis annis emolumentorum civitatis Gebenn., et specialiter spacio trium annorum preteritorum de quibus non reddidit computum; ideo requirit quod deputentur per consilium aliqui in quorum manibus ipse possit reddere computum.

Pro parte dominorum sindicorum et consilii fuerunt vocati Ja. Tombeti, P. Nycodi et Jo. de Oreriis, et, ipsis existentibus in Domo Communi dicte civitatis, ipsi fuerunt requisiti quod placeret eis ut ipsi viderent computa predicti Petri Mercerii et quod ipsi vellent vacare.

Concluditur quod die Jovis proxime ventura ipsi debeant esse in presenti aula et ibi videantur computa dicti Petri Mercerii.

In quoquidem consilio fuit tradicta quedam lictera missiva ex parte || domini nostri || illustris domini || Philipi de Sabaudia || principis.

|| Mandatur receptori quod solvat Petro Millieti et Johanni Bellivaux qui fuerunt in Thonono ad querendum dominum nostrum ducem..... ||

Mandatur receptori quod solvat F. Crochon qui fuit in Thonono sicut alii, ut in rotulo continetur, videlicet viij florenos, viij solidos.

Mandatur receptori quod solvat Roleto Arnaudi, burgensi Gebenn., videlicet xxv florenos parvi ponderis, causa contenta in rotulo tradicto; et fuit in Thonono cum aliis.

Mandatur receptori quod solvat vigilibus pro ipsorum vestibus fiendis, videlicet cuilibet xxx solidos; summa xxx florenos.

Mandatur receptori quod solvat ex causa qua supra xxxvij florenos parvi ponderis Henrico de Yspagnia.

Fuit enim dictum et propositum quod servitores et pisterne domini nostri ducis levant vinum quando est in portu et similiter faciunt perdere introgium vini.

Concluditur quod sindici se transferant ad dictum Philipum de Sabaudia.

(179) Item eciam fuit dictum quod magister provincialis dixit quod murus existens ante eorum ortum retrahatur supra dictum ortum.

Concluditur quod dictus murus retrahatur si possit fieri etc.

Die dominica xxviij mensis novembris, fuit tentum consilium in Domo Communi civitatis Gebenn. per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, M. Montionis, Ja. de Sancto Michaele, Ay. Versonay, G. de Jenvillaz, Ja. Sambavillaz, Pe. de Veytey, Ny. de Espagnia, Christoforum Bonifacii, G. de Malodumo, P. Viramolins, Jo. de Oreriis, M. de Nanto, L. Garnerii, Ja. Ruby, G. Cavucini, Jo. Engleys, G. Guacti, R. Guillieti, Jo. Ligot, M. Varamberti, P. Guersy, H. Perrodi, G. de Peymes.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod illustris dominus princeps Pedemoncium debet hic Gebennas venire in brevi, et jam sunt hic aliqui ex servitoribus suis qui petunt et querunt quod eis ministrentur locagia.

Concluditur quod fiant ipsis domino principi et ejus consorti omnes honores possibiles et quod domini sindici habeant pacificare servitores domini principis prout melius et utilius eis videbitur faciendum secundum ipsorum discrecionis.

Supervenit Glaudius Viennesii qui dixit quod dominus cancellarius Sabaudie mandavit pro eo et peciit ab eo quod sibi traderet processus illorum qui inculpaverunt dictum Rudiguez.

Cui fuit responsum quod non traderet alicui ipsos processus.

Eciam fuit dictum quid sit fiendum de ipso Rudiguez. Concluditur usque quo fiat justicia de eo.

(180) *Die Martis ultima mensis novembris,* fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, F. Vicencii; — Jo. de Orseriis, Ay. de Saxo, P. Prepositi, P. de Veytey, H. Coctoneti, G. Guacti, G. de Malodumo, P. Viramolins, Ja. Ruby, P. Guersy, Jo. Servionis, Ny. de Espagnia, P. Merceri.

Supervenit eodem consilio castellanus Ruppis et in dicto consilio dixit et exposuit quod pridie erant tres homines detenti in castro Ruppis et longo tempore steterunt, et qui a casu fregerunt castrum Ruppis et quod custos carcerum Ruppis eos prosequebatur et fecit eos capi per vigilles et fuerunt remissy in Domo Communi, et (in castrum) remissy in infra castrum Insule civitatis. Et dicebat quod ipsi fuerunt

detenti pro debito civili, requirendo dominos sindicos quod sibi restituerent.

Domini sindici dixerunt ei quod ipsi informarent se de casu ipsorum et postea fieret sibi responsio etc.

Admissus fuit in burgensem Giletus de Montagnier, habitator Sancti Gervasii, pro quatuor scutis.

Die prima mensis decembris, fuit tentum consilium, de negociis subscriptis, in capella nobilium de Rotulo per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Peronetum Emonini et Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. Servionis, Aymonem Versonay, Johannem douz Peyrat, Johannem de Orseriis, (181) Amedeum Asinarii, Guillelmum de Malodumo, Guichardum Guacti, Johannem Ligot, Stephanum Achardi, Petrum Magnini, Amedeum de Peymes, Jacobum de Sancto Michaele.

In quoquidem consilio fuit dictum et propositum quod dominus princeps Pedemoncium et ejus consors erina die applicuerunt hic Gebennas, et est diu quod non fuerunt. Ideo videbatur quod esset bene factum si civitas faceret eis aliquod.

Concluditur quod fiat eis unum donum usque ad sexaginta florenos parvi ponderis vel circa.

Item fuit locutum de facto dicti Rudigue qui tam diu stetit in castro Insule occasione accusacionis condempnatorum et positorum in furchis Champelli.

Concluditur quod dicatur illustri Philipo de Sabaudia quod ipse provideat. Item fuit lecta lictera cridarum regis Francie. Eciam fuit conclusum quod domini sindici se transferant ad ipsum dominum Philipum de Sabaudia et narrentur sibi gesta per civitatem et per eum cum civitate, quod lictere dicunt quod hic Gebennis sunt traditores etc., et quod ipsi faciant fieri provisiones neccessarias etc.

Die Veneris tercia mensis decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — P. de Veytey, P. Guersy, P. Viramolins, Ja. Ruby, G. Guacti, A. de Saxo.

|| Mandatur receptori quod solvat Mermeto de Nanto, burgensi Ge-

benn., videlicet sexdecim florenos parvi ponderis, pro duobus bocetis vini per civitatem donatis illustri Philipo de Sabaudia. ||

(182) Admissus fuit in burgensem Johannes Bernardi, arbalesterius, morans in parrochia Marie Magdalenes, pro octo florenis, inclusa colovrina, solvendum in manibus receptoris, videlicet in qualibet nundina xij solidos.

|| Mandatur receptori quod solvat Stephano Girondon, burgensi Gebenn., videlicet sexdecim florenos parvi ponderis pro duobus bocetis vini tradictis et donatis domino principi Sabaudie. ||

Admissus fuit in burgensem Stephanus Farqueti, pocterius, habitator Gebenn., parrochie de Mo[tz] in Chotagna; moratur in parrochia Marie Nove, pro octo florenis, inclusa colovrina, solvendum in manibus receptoris, in qualibet nundina unum scutum.

Die Martis septima mensis decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem Songey, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini; — Jo. Servionis, Jo. de Orseriis, H. Coctoneti, P. de Veytey, P. Prepositi, A. de Saxo, L. Chivalerii, P. Guersy, P. Viramolins, Ja. Ruby, G. Guacti, P. Magnini, P. Merceri.

Fuit admissus in burgensem Girodus Buclini, de capella Sancti Andree, mandamenti Tecii, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Victoris, pro septem florenis, xv solidis pro j colovrina, de nundina in nundinam.

Ibidem Petrus Besson, de Vyu in Salacio, charrotonus, habitator Gebenn. in parrochia Sancte Crucis; fuit admissus in burgensem pro et mediantibus septem florenis et uno selliocto, solvendum de nundina in nundinam j scutum.

Ibidem fuit admissus in burgensem Jacobus Cochons, barbitonsor, habitator Gebenn. in parrochia Beate Marie Nove, pro septem florenis et xv solidis pro j colovrina, solvendum de nundina in nundinam unum scutum. — *(Levatum est.)*

Item ibidem fuit admissus in burgensem Nycodus de Fontana, de Landissier, habitator Gebenn. in domo Ja. de Cresto, pro vij florenis, j colovrina, de nundina in nundinam.

(183) Ibidem fuit dictum et propositum quod fuit cridatus retractus in Dalphinatu et quod retrahunt se viriliter et quod esset bonum quod

micteretur unus nuncius securus qui se informaret de negociis et quomodo res transit.

Concluditur quod mictatur unus nuncius sumptibus civitatis.

Item loqui Franchiquino quod ipse pacificaret dominum nostrum ducem si a casu ipse haberet civitatem ingratam. Concluditur quod erit bene factum.

Item utrum debeatur mictere ad regem. Concluditur quod non mictatur.

Item de facto dicti Rudigue, concluditur quod prosequatur per justiciam quantum erit possibile.

Item remonstrentur omnia que transiverunt et transeunt illustri Philipo de Sabaudia et sibi dicere quod ipse sciret respondere, si placeret sibi, utrum dominus noster dux habeat civitatem Gebenn. ingratam.

Die Veneris decima mensis decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — Johannem de Orseriis, Petrum Magnini, P. de Veytey, Guacti, Ny. de Espagnia, Ja. Ruby, Jo. Servionis, P. Guersy, G. de Malodumo.

Ibidem fuit admissus in burgensem Mermetus Beten, de Villa in Michalia, condurerius in parrochia Sancte Crucis, pro septem florenis et j sellocto, quos solvere promictit in manibus receptoris de nundina in nundinam.

In quoquidem consilio fuit dictum et expositum quod res Francie fieri fecit cridas in regno suo [1], videlicet quod nullus esset audas venire ad nundinas civitatis Gebenn. Eciam continetur in ipsis licteris quod res narravit sive narrari fecit quod sunt nonnulli magni mercatores et plures alii qui fuerunt onerati et onerantur de honore. Et quod fuit locutum pluribus vicibus inter sindicos et mercatores et consiliarios dicte civitatis et inter alios fuit honeratus Franchinus Nore de loquendo de ista materia domino de Rode, ambassiatori (184) regis Francie, qui de presenti est in presenti civitate Gebenn. et qui ambassiator instet apud regem de revocari faciendo ipsas licteras et quod cridetur in regno revo-

[1] Edit du 20 octobre 1462, publié par le roi Louis XI, *Ordonnances des rois de France de la troisième race,* t. XV, p. 571; voir F. Borel, *Les foires de Genève au XV^e siècle,* Genève, 1892, p. 14 et suiv.

cacio ipsarum licterarum, eciam quod res dicat in suis licteris quod non habet civitatem in sua mala gracia. Et casu quo ipse ambassiator revocari faciet ipsas licteras, ut predictum est, civitas teneatur et debeat solvere centum scuta.

Concluditur quod sic fiat.

Ibidem fuit dictum quod Johannes Martine, de Perroys, non est burgensis; ibidem fuit ordinatum quod efficiatur burgensis et solvat viginti scuta. — *(F. Vicencii dixit x scuta, Jo. Rotulo x, Saxo xij scuta.)*

Eciam die erina de sero fuit sic dictum et ordinatum quod sic fieri per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Peronetum Emonini, sindicos; — Johannem Servionis, Michaelem Montionis, Anthonium de Sancto Michaele, Johannem douz Peyrat, Reymondum Privissini, Guichardum Guacti, Henricum Emerici, Amedeum de Peymes, P. Gavit.

Ibidem fuit dictum quod dicitur quod dictus Rudigue, qui erat in castro Insule civitatis Gebenn., vadit nunc per civitatem et quod ipse fuit extractus a carceribus. Concluditur quod domini sindici vadant ad castrum Insule et petant sibi (sibi) exhiberi dictum Rudigue per castellanum et de responsione petant licteras testimoniales, postea refferant vicariis adeo quod in futurum sindici nec civitatis possint habere obprobria.

Die Martis decima quarta mensis decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi, pro negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — Jo. Servionis, Jo. de Orseriis, Petrum Prepositi, Pe. de Veytey, P. Magnini, Ny. Espagnier, H. Coctoneti, G. Guacti, P. Viramolins, Ja. Ruby, A. de Saxo, P. Nycodi, P. Mercerii, Jo. de Oreriis, L. Chivalerii, G. de Malodumo, P. Guersy.

Ibidem supervenit Johannes Martine, de Perroys, qui dixit quod ipse molestabatur eo quia non erat burgensis, dicendo quod ipse est burgensis Albone et debebat gaudere franchesiis et libertatibus civitatis Gebenn. et quod ipse erat contentus effici burgensis Gebenn., dum tamen domini de consilio sibi facerent bonum pactum. Que res fuit deducta et posita in consilio.

(185) Et, auditis opinionibus, major pars ordinavit quod ipse Martine solvere teneretur xx^{ti} scuta parvi ponderis.

Eciam fuit dictum et propositum quod Petrus Mercerii, notarius,

receptor emolumentorum communitatis Gebenn., visitari fecit sua computa per Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos, P. Nycodi, Jo. de Oreriis.

Et relatum extitit per supradictos in consilio superius mencionato quod ipsi viderant, carculaverant et visitaverant dicta computa; et quod ipsi fecerunt carculum ut continetur in folio papiri ibidem lecto et prout in ipsis carculatur.

Ibidem, in presencia mis notarii et scribe etc. providique viri Petri Rodeti et Ludovici Tocheti cum ceteris superius nominatis, Jo. de Songeto consindicus, Jo. de Oreriis, P. Nycodi juraverunt in manibus aliorum sindicorum corporaliter prestita, ac idem Petrus Mercerii similiter juravit quod bene, probe ipse computat et sine dolo et fraude.

Et, hiis sic peractis, dicti domini sindici, consiliarii et alii superius nominati concluserunt dicta computa et ipsa quatenus in eis est quictant, videlicet de anno sexagesimo et sexagesimo primo, ita et taliter quod ipsa debeant conferri et in consilio generali confirmari.

|| Et pro conclusione quia plus libravit quam... recepit...

Et restat debens sibi eadem communitas ducentum lxxv florenos parvi ponderis, iiij solidos vj denarios. ||

Reddidit copiam suorum computorum admodum, unacum mandatis et rotulis in eisdem comprehensis.

Die Veneris xvij decembris, fuit tentum consilium in Domo Communi per subscriptos Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, P. Magnini, Ny. Espagnier, P. de Veytey, P. Viramolins, (186) Ja. Ruby, H. Coctoneti, G. de Malodumo, P. Guersy, G. Guacti, P. Prepositi.

|| Mandatur receptori quod solvat Nycodo Faverii, carpentatori, videlicet xvj florenos, vij solidos, ix denarios, causa contenta in rotulo etc. || — *(Habet mandatum.)*

|| Mandatur receptori quod solvat Petro Rodeti, causis contentis in rotulis, vj florenos, xj solidos. ||

|| Mandatur receptori quod solvat Petro Nycodi, in deducionem sue pene et laboris per eum habite in visitacione computorum presentis civitatis Gebenn. et vigore commissionis sibi facte per consilium generale, videlicet x florenos parvi ponderis. || — *(Habet.)*

Servionis recessit et non consensit.

Admissus fuit in burgensem Johannes Novelli, de Saconeto Magno in terra Gaii, gratis, eo quia jam tribus viagiis fuerat in Lausannam pro causa communitatis contra Arnaudum Picarlati.

Die Dominica decima nona decembris, fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri Gebenn., de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Petrum de Veytey, P. Magnini, Jo. de Orseriis, H. Coctoneti, Ja. Ruby, G. Malbosson, P. Viramolins, Jo. Ligot, M. Varamberti, Jo. Meystrot, (187) Jo. de Ria, Ste. Bruni, Jo. Balli, P. Joly, Ja. Henrici, P. Vignioli, Jo. Taccon, Ny. Chenevalis, A. Perreti, Ste. Crachuz, P. Rosseti, Jo. de Petragrossa, Jo. Philipini, Jo. Fabri, Jo. de Oreriis, P. Prepositi, P. Lanson, A. Marvalli, Ny. Espagnier, Ay. Alliodi, R. Guillieti, R. de Orsier, P. Guersy, G. Guacti, B. Vicencii, P. Monachi, P. Galliardi, Ste. de Putheo, P. Nycodi, Ja. Tombeti, G. Mourier, A. de Fontana, Jo. de Crosa, P. Chautemps, R. Lullini, Ja. Paqueti, Ste. Gotrosii, Jo. Galliardi, Ste. Borsacti, Ste. Brodelli, Val. Charavex, Jo. Calabri, G. Tissocti, Ja. Nergua, Margollieti, Ny. Ruphiez, Jo. Longi, F. Macri, dictum Bossonet, F. Rigardi, Jo. de Ponte, Jo. Besson, Ja. Bollieti, Jo. Trembleys, Ny. Monitier, Jo. de Bauluduz, Jo. Perrodi, P. Jacodi, Ste. Marqueti, L. Rogerii, P. Monachi, F. de Furno, Jo. Tarex, Jo. de Ruppe, Jo. Pachodi, Ja. Guinacti, M. Bucterii, Cle. Saney, M. de Nanto, P. de Nanto, M. Franciso et plures alios.

(188) In quoquidem consilio fuit dictum et expositum quod auditores deputati ad audiendum computa Petri Mercerii ipsa visitaverunt, viderunt et carculaverunt; et ipsi auditores retulerunt ipsa computa vidisse, carculasse et visitasse ipsa computa ipsius Petri Mercerii et, visitatis visitandis deductisque deducendis, ipse Petrus Mercerii restat debens ipsi communitati de duobus computis suis redditis, videlicet anni sexagesimi et sexagesimi primi, videlicet centum undecim florenos et tres denarios monete cursalis, super quibus debet ipsa communitas ipsi Petro Mercerii salarium dupli suorum computorum et recollectionis introgii vinni unius anni, quod introgium ipse Petrus sumptibus suis recepit et exegit.

Et hiis sic peractis, eadem communitas eidem Petro computa(t) premencionata conclusit et conclusionem in supradictis apposuit, et ipsum Petrum de omnibus receptis dictorum duorum annorum quictavit, medianti solucione quam facere promisit de ipsis centum undecim florenis et tribus denariis etc.

(189) *Die Martis vicesima prima mensis decembris,* fuit tentum consilium in Domo Communi par nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — Jo. de Orseriis, P. Prepositi, Ny. de Espagnia, P. Viramolins, L. Chivalerii, H. Coctoneti, G. de Malodumo, G. Guacti, A. de Saxo, P. de Veytey, P. Merceri.

Fuit admissus in burgensem Ludovicus Vuaniat, de Cheysiris, escofferius, habitator Gebenn. in parrochia beate Marie Nove, pro septem florenis et uno selliocto quos solvere promictit in manibus receptoris, in qualibet nundina unum scutum.

Fuit admissus in burgensem Hanniquinus de Sapere, saquerius, de Malines, habitator Gebenn. in parrochia Sancti Gervasii, pro quatuor scutis et una collovrina solvendis in manibus receptoris.

In quoquidem consilio fuit dictum ac propositum quod eri de nocte fui[t] capta una extriveria in sella domini de Billiaz et postea in una alia sella, et viso per mancipium dicti Martinie, ipse dixit quod erat male factum, et tunc ille qui campserat extriveriam extraxit unum cutellum et percussit mancipium in tantum quod dubitatur de morte.

Et, istis positis in deliberacione, concluditur quod bona barrata remaneant in arresto donec et quousque sciatur veritas de prenarratis et cui sunt bona etc.

Supervenit Jo. de Oreriis qui dixit quod ipse visitavit et vacavit in visitacione computorum et petit sallarium.

Admissus fuit in burgensem Johannes Morelli, de Villa Magna, condurerius in parrochia beate Marie Magdalenes, pro septem florenis et j sellocto, solvendum in manibus receptoris, videlicet in qualibet nundina unum scutum.

Mandatur receptori quod solvat vigilibus videlicet xiiij florenos pro pulsacione cimballi in extate.

Mandatur receptori quod solvat Jo. Meytrocti viij florenos, causa contenta in rotulo tradito.

(190) *Die Martis vicesima octava mensis decembris,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — Jo. Servionis, Jo. de Orseriis, P. Prepositi, P. de Veytey, Ny. Espagnier, G. Guacti, P. Magnini, P. Guersy, Ja. Ruby, H. Coctoneti, G. de Malodumo, P. Merceri.

Supervenit Glaudius de Peymes qui dixit quod venit ad ejus noticiam quod aliqui vociferant quod ipse recepi de pecuniis communitatis usque ad novem milia florenos, dicendo quod ipse non tenetur in aliquo civitati et, ut constet de reddicione suorum computat[orum], idem exhibuit instrumentum quictacionis factum in consilio generali die xxij septembris anno Domini millesimo iiij^{c} quinquagesimo sexto, offerendo se iterum computare si sit neccesse, quamvis non teneatur.

Idem Glaudius dixit quod ipse audivit a quodam quod dictus Malurtiaz dixit quod res Francorum dixit quod, quando armigeri revenient a Catholonia, ipsi venient contra civitatem.

Ulterius dixit quod esset bonum domificare turrim Burdelli et quod adducerentur lapides qui sunt cissi juxta montem de Salevuz.

Concluditur quod convocetur crastina die consilium ordinarium et audiatur crastina die in dicto consilio Jo. de Fontana etc.

Die Mercuri vicesima octava [*nona*] *mensis decembris,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — Jaquemetum Sambavillaz, Petrum de Veytey, Nycodum de Espagnia, Henricum Coctoneti, Mermetum de Nanto, Jaquemetum Ruby, A. de Saxo.

(191) In quoquidem consilio supervenit nobilis Johannes de Fontana, qui dixit quod ipse veniebat a Tolosa et audivit a dicto Malurtiaz et gentibus suis quod, quando ipsi venient a Catholonia, quod ipsi venient ad visitandum civitatem Gebenn.

Et propterea fuit dictum et narratum quod civitas est male domificata, specialiter ex parte Sancti Victoris.

Die Martis quarta mensis januarii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — Jo. de Orseriis, A. de Saxo, P. Prepositi, L. Chivalerii, P. de Veytey, P. Magnini, P. Viramolins, Ny. de Espagnia, P. Guersy, H. Coctoneti, G. de Malodumo, Ja. Ruby, P. Merceri.

Ibidem fuit dictum et propositum quod a pauco tempore citra, videlicet die dominica proxime preterita, de nocte, hora suspecta, intraverunt presentem civitatem Gebenn. duodecim homines equites et in armis, et eciam dictum quod Robinus, hospes Trium Regum, debet scire aliqua nova.

Ibidem fuit admissus in burgensem Glaudius Falenuz, lathomus, habitator Gebenn. in parrochia Marie Madalenes, in domo Petri de Domo, pro septem florenis et uno selliocto, solvendum in manibus receptoris, solvendum in nundinis quatuor, incipiendum in nundina festi Pasche.

Die Veneris septima mensis januarii, fuit tenctum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros (192) Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini et Franciscum Vicencii; — Jo. de Orseriis, P. de Veytey, G. Guacti, H. Coctoneti, P. Viramolins, Ja. Ruby, P. Magnini.

Admodiacio furni.

Ibidem superius nominati sindici et consiliarii admodiarunt Johanni Mermilliodi furnum Domus Communis communitatis Gebenn. spacio trium annorum, die festi Penthecostes proxime venturo incohandorum et simili die finiendorum, lapsis prius ipsis tribus annis, sub firma decem octo florenorum parvi ponderis et tercentum fassinarum nemorum, solvendum dictos decem octo florenos ipsis tribus annis durantibus, videlicet in principio cujuslibet anni decem octo florenos et nemus in Domo Communi etc. Presentibus Nycodo Cochon et Roberto de Cresto.

Die Martis undecima mensis januarii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Per. Emonini, F. Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, A. de Saxo,

P. Prepositi, P. de Veytey, P. Guersy, H. Coctoneti, Ny. Espagnier, Ja. Ruby, P. Magnini, L. Chivalerii, P. Merceri.

|| Mandatur receptori quod solvat Petro de Domo et Johanni Cornuti, videlicet ij florenos pro pena habita mensurando, teysiando murum prope furnum ville etc. ||

(193) Ibidem fuit locutum de admodiacione gribelli et nobilis Jo. de Rotulo dixit quod dabit centum florenos parvi ponderis annuales.

Supervenit Aymo Alliodi qui dixit quod tempore sue capcionis sibi fuerunt levata in ejus domo certa bona, que dicuntur esse in manibus sindicorum et consilii, que petit sibi restitui.

Ibidem fuit admissus in burgensem Johannes Sochat, marescallus, habitator Gebenn. in parrochia beate Marie Magdalenes, pro vij florenis et uno selliocto, solvendum hinc ad festum Pasche unum scutum in manibus receptoris et successive de nundina in nundinam unum scutum usque ad plenam solucionem etc.

Ibidem fuit prohibitum Johanni Mossuti, cutellerio, de Thonono.....

|| Mandatur receptori quod solvat Hanniquino Gauterii, appothecario, xv solidos, causa contenta in rotulo etc. ||

Die Martis xviij januarii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii, sindicos; — Jo. de Orseriis, A. de Saxo, Pe. de Veytey, P. Guersy, P. Viramolins, Ja. Ruby, Ny. de Espagnia, H. Coctoneti, Petrum Magnini, P. Prepositi, G. Guacti, G. de Malodumo, P. Merceri.

(194) Ibidem fuit admissus in burgensem Glaudius de Boulo, condurerius, de Rignier, habitator Gebenn. in parrochia Marie Magdalenes, pro viij florenis, solvendum in manibus receptoris.

Ibidem fuit dictum et locutum de verbis habitis cum illustrissimo principi domino nostro Sabaudie duci et de responsione quam fecit dominis A. Piocheti, Amedeo de Lyriouz, Ja. Fuserii et Guidoni de Rocheta et dominis sindicis, eciam de hoc quod deb[e]atur reverti ad ipsum dominum. Concluditur quod vocetur consilium hora secunda post meridiem etc.

Eodem die post meridiem, iterum fuerunt congregati sindici et consilium.

Primo Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetus Emonini; — Jo. de Orseriis, G. de Peymes, A. de Saxo, Ay. Versonay, G. Guacti, Ja. Ruby, P. Viramolins, G. de Malodumo, P. de Veytey, H. Coctoneti, P. Magnini.

Ibidem fuit lecta pluribus vicibus quedam lictera missiva pro mictendo illustrissimo domino nostro Gebenn. episcopo et principi.

Concluditur quod.....

Die Veneris xxj januarii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, Franciscum Vicencii; — Jo. de Orseriis, P. de Veytey, P. Guersy, Ny. Espagnier, P. Viramolins, Ja. Ruby, G. Guacti, H. Coctoneti, P. Magnini.

(195) || Mandatur receptori quod solvat Johanni le pintres, pro triginta duobus penuncellis factis ad arma civitatis et ad opus communitatis, videlicet xiiij solidos. ||

In quoquidem consilio fuit conclusum quod lictera dictata per G. de Bosco mictatur domino nostro Gebenn. episcopo et principi.

Supervenit Aymo Alliodi qui dixit quod certe res que fuerunt reposite in armario aule consilii civitatis sibi fuerunt levate et que petit sibi restitui. Concluditur quod ipse venire faciat illos qui res ipsas levari fecerunt et videatur ejus processus.

Fuit admissus in burgensem Glaudius Pascalis, de Pessey, patisserius, habitator Sancti Gervasii, pro septem florenis et uno selliocto.

Fuit admissus in burgensem.....

Die Martis xxv januarii, fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Johannem de Rotulo, Johannem de Songeto, Franciscum Vicencii, Peronetum Emonini; — Jo. Servionis, Jo. de Orseriis, A. de Saxo, P. de Veytey, P. Guersy, P. Viramolins, P. Prepositi, Ja. Ruby, L. Chivalerii, H. Coctoneti, G. Guacti, G. de Malodumo, P. Merceri.

|| Mandatur receptori quod solvat Johanni de Oreriis, qui fuit deputatus per consilium generale ad audiendum et visitandum computa civitatis etc. et vacavit pluribus diebus, tam in revidendo computa antiqua quam nova, videlicet Petri Mercerii, videlicet tres florenos parvi ponderis. ||

(196) *Veneris xxviij januarii,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — Jo. de Orseriis, Ny. Espagnier, H. Coctoneti, G. de Malodumo, Ja. Ruby.

|| Mandatur receptori quod solvat Glaudio de Alliodi, burgensi Gebenn., (quod solvat) tres florenos parvi ponderis causa contenta in rotulo etc. ||

Ibidem Johannes Novelli produxit unum rotulum et peciit sibi satisfieri de contentis in dicto rotulo.

Commictitur Prepositi et Coctoneti, qui visitent et videant et taxent prout eis visum fuerit faciendum et Martis xx refferent.

JHESUS

Die Martis prima mensis februarii, fuit tentum consilium in Domo Communi, de negociis subscriptis, per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, Peronetum Emonini, F. Vicencii; — Jo. de Orseriis, A. de Saxo, P. de Veytey, L. Chivalerii, Ny. Espagnier, G. Guacti, P. Guersy, P. Prepositi, G. de Malodumo, H. Coctoneti, P. Viramolins, Jo. Servionis, P. Merceri.

|| In quoquidem consilio fuerunt lecti quidam rotuli Petri Mercerii, numero sex, de libratis per eum factis.

Concluditur et ordinatur quod fiant sua mandata. || — *(Habet.)*

|| Mandatur receptori quod solvat Johanni Balli xij florenos, iij solidos, ix denarios, causis in rotulo descriptis. || — *(Habet.)*

|| Mandatur quod solvat Johanni Egrini (?) xij florenos. Item Francisco Serralionis liiij solidos. ||

(197) *Die Veneris quarta mensis februarii,* fuit tentum consilium in Domo Communi per nobiles et honorabiles viros Jo. de Rotulo, Jo. de Songeto, F. Vicencii; — Jo. de Orseriis, P. Prepositi, P. de Veytey, Ny. de Espagnia, G. Guacti, G. Malbosson, P. Viramolins, Ja. Tombeti, Ja. Ruby, Garnerii, Ansermetum de Fontana, H. Coctoneti, Ansermetum de Castro, G. de Alliodi, Mallagnodi, G. Cavucini, R. Guillieti, A. de Saxo, M. Varamberti, Ste. Quillet, P. Cortagier, Hugonetum Cherdo.

|| Mandatur receptori quod solvat Johanni Novelli, clerico, cum expensis in rotulo suo contentis, videlicet unum scutum cugni regis. ||

In quoquidem consilio fuerunt nominati per consilium pro sindicis anni futuri certi ex burgensibus et civibus Gebenn. et quamplures boni et valentissimi viri.

Et conclusum quod quatuor moderni sindici ponant se simul et arrestent inter se quatuor quos nominare debeant die dominica proxime ventura pro sindicis et tunc, audita nominacione predicta, consilium providebit etc.

De facto Jacobi Morelli concluditur quod Songey faciat responsionem nobili Petro de Annessiaco etc.

|| Mandatur Petro Mercerii quod solvat vigilibus duo scuta, pro pena quam habuerunt portando illustrissimum dominum nostrum ducem ad spaciandum in venacionibus etc. ||

|| Mandatur receptori quod solvat Johanni Hudrici, Ludovico Brient, xij solidos, eo quia congregaverunt consilium de L quando voluerunt facere C et L et X etc. ||

|| Mandatur receptori quod solvat Nycodo Faverii xiiij florenos, ix solidos, ix denarios, causa contenta in rotulo, que contenta juravit esse vera. ||

VOL. VI.

JHESUS MARIA

Adsit principio Sancta Maria meo.

Registrum actorum consilii ordinarii Domus Ville hujus civitatis Gebenn., receptum per me Guillelmum de Quarro, civem Gebenn., notarium et dicti consilii secretarium, incohatum die Veneris quinta mensis marcii anni Domini millesimi quatercentesimi septuagesimi tercii et indicionis sexte.

Primo eadem die quinta marcii.

No. Michael Monthionis, Glaudius Ravinelli, Johannes Quarrerii et Glaudius Cavuycini, sindici; — n. Jo. de Orseriis, Franciscus Crochonis, Glaudius de Peymes, Humbertus de Bona, Nycolinus Ligocti, Petrus Jaqueti, Andreas Regis, Petrus Braseti, Petrus Cortagier et Besanczonus Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consiliarii consillium ordinarium hujus civitatis tenentes et representantes.

Eodem contextu in ipso consilio fuit expositum quod fuit perpetratum quoddam delictum in hospitali pontis Rodagni, videlicet quod fuerunt capta nonnulla jocalia capelle ipsius hospitalis, continencia vij calices etc. Cum tamen protestacione quod si per informacionem sumendam reperiatur aliquis malefactor laycus, quod racione notificacionis et premonicionis eis remicti debeat etc.

Fuit appunctuatum et ordinatum in ipso consilio quod dicti domini mei sindici teneantur et debeant se transferre ad reverendum ac dominum vicarium episcopatus Gebenn. et procuratorem fiscalem ejusdem, notifficando qualiter ad noticiam dicti consilii devenit quod tale crimen

predictum fuit perpetratum in dicto hospitali et quod sumerent informaciones juridicas et hoc pro deshonerio ipsius consilii ac tocius communitatis.

Dominico septima die mensis marcii, in Domo Communi Ville.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino, doctor; — n. Jo. de Orseriis, H. de Bona, F. Crochonis, Ste. Achardi, H. Emerici, M. de Nanto, P. Braseti, P. Jaqueti, G. de Vaudo, P. Cortagier et Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium hujus civitatis tenentes et representantes.

Eodem contextu in ipso consilio fuit expositum quod mercatores alemani nituntur accedere ad nundinas Lugduni per patriam illustrissimi domini ducis Burgondie, in prejudicium hujus civitatis ac domini nostri Gebenn. episcopi ac tocius patrie, et quod advideretur de remedio.

(2) Fuit in ipso consilio appunctuatum et ordinatum quod dicti domini mei sindici se transferre deberent ad reverendum dominum vicarium et quod convocare faceret episcopale consilium, et quod in eodem eciam vocetur consilium residens hujus civitatis adeo quod inibi fieret provisio et deliberacio juridica de et super premissis.

Illico jamdicti domini mei sindici se transtulerunt ad ecclesiam Beati Petri Gebenn., in qua reperierunt prelibatum dominum vicarium ipsumque requisierunt quatenus congregare faceret consilium episcopale ad horam vesperorum presentis diei, adeo quod ipsi sindici et consilium ordinarium civitatis, quod equidem congregabunt, exponere cupiebant nonnulla exponenda ad utillitatem communitatis et episcopatus Gebenn.

Quiquidem dominus vicarius et domini mei sindici adinvicem arrestaverunt quod evocarentur dicta duo consilia ad horam vesperorum in capella domini Ostiensis, ad horam vesperorum presentis diei.

Quaquidem hora vesperorum, in capella domini Ostiensis.

Reverendus dominus vicarius, venerabilis dominus Christoforus, venerabilis dominus B. de Sancto Martino, venerabilis dominus P. Conodi, venerabilis dominus P. Farodi, n. Ja. de Expagnaco, venerabilis

dominus sigillifert, consilium episcopale tenentes et representantes; — necnon et n. Michael Monthionis, G. Ravinelli, Jo. Quarrerii et G. Cavuycini, sindici; — necnon et n. A. de Sancto Michaele, G. de Peymes, Nycolinus Ligocti, P. Braseti et P. Cortagier, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consiliarii consillium ordinarium hujus civitatis representantes.

Exposito in predictis episcopale et ordinario hujus civitatis consiliis quod mercatores alemani nituntur ire ad nundinas Lugduni per alium locum quam per locum assuetum, videlicet per patriam illustrissimi domini ducis Burgondie, ad causam novarum imposicionum impositarum denuo per illustrissimum P[hilibertum], dominum nostrum Sabaudie ducem, quod si fieret cederet in prejudicium domini nostri Gebenn. episcopi, hujus civitatis ac tocius patrie, requirentes quod fieret visio et provisio condecens etc.

Fuit conclusum in dictis consiliis episcopali et ordinario quod non fieret aliqua prosequcio, sed quod haberent suos cursus lictere dominicales super hoc decrete et concesse.

Die Martis nona marcii, in Domo Communi hujus civitatis.

N. Michael Monthionis, G. Ravinelli, Jo. Carrerii et G. Cavuycini, sindici; — necnon et venerabilis dominus B. de Sancto Martino, Jo. de Orsereriis, P. Gavid, G. de Peymes, G. de Vaudo, (3) F. Crochons, H. de Bona, M. de Nanto, P. Braseti, Andreas Regis, B. Dorires, P. Jaqueti et P. Cortagier, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum per Jaquetum Le Gros quod nonnulli socii et mulieres, deffectu porte alias existentis prope turrim hujus civitatis juxta lacum existentem, prope scolas venerunt et ibidem eorum desideria carnalia quictant, requirendo provisionem fieri in eodem, se offerendo, actento quod ejus domus est ibidem prope, portam difficientem ac alia neccessaria facere suis sumptibus et nomine communitatis, dummodo sibi sit licencia impartita.

Fuit super premissis ordinatum quod dictus Jaquetus premissa per ipsum oblata faciat suis sumptibus et expensis, faciat si velit, dummodo premissa faciat nomine communitatis et se obliget ita et sub condicione

quod porta fienda deteneatur apperta adeo quod scolares valeant ire ad latrinas et neccessaria et quod de nocte claudatur.

Item ulterius fuit in ipso consilio expositum de aula Domus Communis crescenda et reparanda. Et deinde ordinatum in ipso consilio, nemine descrepante nec contradicente, quod fieret reparacio ipsius aule bene et ydonee.

Item ulterius fuit expositum quod cride noviter facte contra vendictrices piscium fuerunt minus ample, quia fuit cridatum quod nulla seu nullus auderet emere pisces pro revendendo donec ad xij horam. Fuit ordinatum quod repararetur et loco xij ponerentur decem, termino.

Deinde fuit in ipso consilio expositum quod sponde domorum seu domus Johannis Ansermeti et Anthonii Bolomerii, que minantur ruynam et subjacent periculo evidenti, deruantur uti fuit injunctum.

Fuit appunctuatum quod dicti domini mei sindici exequantur exequique debeant ordines et injunctiones jam super premissis factas, videlicet quod derui faciant.

Item ulterius fuit propositum in ipso consilio per Humbertum Perrodi et Jaquemetum Roguz, procuratores Animarum, quod ipsi fuerunt onerati per nonnullos quod ipsi reciperent decem florenos a quodam Alemano in hospitali Pontis deffuncto, quod minime fecerunt uti sic dixerunt nec vellent habere aliqualiter, et ulterius requisierunt quod audiretur eorum computus et quod loco sui deputarentur alii.

Fuit eis responsum super premissis quod ipsi facerent tempore futuro uti et fecerunt alias, quia probe et juste rexerunt onus eis commissum ad causam Animarum Omnium.

(4) Item fuit expositum per Humbertum Perrodi quod quidam nominatus Subleti, trahendo suum fimum a domo sua, fuit per servientes vicedompnatus pignoratus, infrangendo franchesias.

Nichil fuit appunctuatum super illis donec alio constato.

De setulis petitis per Sans Mucel condurerium, fuit ordinatum quod sibi esset satisfactum juxta ordinacionem jam alias super hec factam.

Exposito ulterius de transitu Alemanorum quesito in prejudicium domini nostri Gebenn. episcopi, hujus civitatis ac tocius patrie. Fuit ordinatum per dictum consilium quod amplius non loquatur, donec in presencia domini nostri Gebenn. episcopi denuo venturi, et quod adhuc parce, videlicet tantummodo sibi apperiendo quod si pax, quod repe-

riatur modus quod mercatores vadant eorum arbitrio, et si guerra, quod fiat in Burgondia deffensio, uti facta extitit in tota patria Sabaudie et non alias.

Exposito ulterius in ipso consilio quod Johannes Troliet alias Engleys concordavit cum communitate ad c. et decem florenos et quod presencialiter non vult concordium tenere.

Ordinatur quod sibi dentur decem floreni et quod reliquos centum respondeat nomine communitatis, ubi fuerit sibi dictum et commissum per dominos meos sindicos.

Dicti domini mei sindici in dicto consilio receperunt in vigilles Robertum de Cresto et Glaudium de Aqua Nigra, qui juraverunt in forma.

Martis xvj mensis marcii, in Domo Communi ville et consilio ordinario.

N. Monthionis, Ravinelli et Cavuycini, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino; n. Jo. de Orseriis, H. de Bona, F. Crochon, P. Gavit, G. de Vaudo, Ny. Ligocti, M. de Nanto, P. Jaqueti, P. Cortagier, A. Regis et B. Dorires, consiliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consiliarii consilium ordinarium tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum quod officiarii presentis civitatis, tam temporales quam eclesiastici, ultra tenorem franchesiarum et diversis modis molestant, inquietant, capiunt et detinent burgenses hujus civitatis et franchesias enervando, quod cedit in prejudicium grande rei publice.

Fuit ordinatum in ipso consilio quod conquerentes de premissis ac domini mei sindici et consilliarii exponant omnia premissa in capitulo et dehinc vadant cum consilio dominorum de capitulo ad dominos vicarium, procuratorem et castellanum, eis demonstrando qualiter, ultra franchesias et ipsum onerando, burgenses capiunt et detinent, ac eciam alia omnia etc.

(5) Item fuit in ipso consilio expositum parte magistri Johannis, condurerii, quod sibi fieret gracia de certis expensis etc., ut fuit requisitum parte illustris domini comitis Baugiaci etc. Et deinde ordinatum quod sibi de tali somma, contemplacione dicti domini comitis, darentur decem floreni semel, ita tamen et taliter quod ipse residuum illico solvere

teneatur seu respondere ubi sibi fuerit ordinatum per dictos dominos meos sindicos.

Item Johannes Poysey in ipso consilio requisiit sibi satisfieri de suis penis et labore substentis construendo murum ville etc.

|| Mandatur sibi Pessey solvi et expediri per receptorem de somma sibi debita duodecim florenos. ||

Item fuit expositum in ipso consilio quod quedam domus Anthonii Achardi minatur ruynam, ac eciam domus domini Johannis Cugneti, et quod Achardi est presto deruy facere suam suis expensis, sed dubitat quod deruendo non deruat domum dicti domini Johannis Cugnieti, quod esset sibi impugnandum.

Fuit ordinatum in ipso consilio quod si sint periculose ipse domus, quod juridice dicti domini mei sindici illas deruere faciant, uti franchesie fieri ordinant.

Item fuit in ipso consilio expositum quod heredes Girardini, appothecarii, litigant ardue contra communitatem.

Fuit appunctuatum quod graciose cum ipsis heredibus loquatur quod se desistant et eis fiet brevis satisfactio etc.

Martis xxiij marcii, in Domo Communi ville et consilio ordinario.

N. Michael Monthyonis, Glaudius Ravinelli et Glaudius Cavuycini, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino; — n. Johannes de Orseriis, P. Gavit, F. Crochon, H. de Bona, M. de Nanto, G. de Vaudo, P. Jaqueti, P. Cortagier, A. Regis et B. Dorires, consiliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes.

Fuit in ipso consillio expositum quod nonnulli parrochiani Sancti Leodegarii extra portam ville fuerunt pignorati eo quod non removerent fimos suos a carreria, juxta tenorem cridarum ultimate factarum, et quod ipsi non audiverunt tales cridas et ulterius quod non fuit assuetum extra portas civitatis amovere cineres.

Fuit in ipso consilio appunctuatum quod pro nunc restituantur pignora levata, eo quod non audiverunt cridas.

Item fuit in ipso consilio expositum quod nonnulli patisserii hujus civitatis et presertim Petrus Mahueti et ille qui moratur in Rutisseria, in spretum cridarum ultimate factarum et aliarum a decem annis citra

factarum, faciunt panes leves de sex, septem et quinque onciis pro quolibet pane.

Fuit ordinatum in ipso consilio quod observentur cride contra ipsos ac alios culpabiles, (6) et quod prosequatur casus per dominos meos sindicos ad rigorem juris, si non venient humiliter ad cognoscendum delicta eorum etc.

Item fuit expositum in ipso consilio quod Fratres Palacii conqueruntur eo quod servientes vicedompnatus veniunt in ipsorum conventu ad querendum nonnullos qui sub franchesia eorum se retraxerant, ut tunc credebant ipsi servientes, quod cedit in ipsorum villipendium ac ultra franchesias ipsorum.

Fuit in ipso consilio [dictum] quod dicti domini mei sindici demonstrare habeant mite castellano hujus civitatis quod non permictat deinceps dictos servientes talia facere, sed si casus eveniret, quod absit, quod ipse castellanus, associatus sindicis et suis servientibus, vadant insimul honeste ad querendum malefactores in conventibus et aliis franchesiis, uti est ab antiquo assuetum.

Item fuit expositum in ipso consilio quod nonnulli cossoni piscium, nemorum et bladorum ultra franchesias et cridas emere nituntur pisces, nemora, blada, in civitate et alibi, et impediunt portus adeo quod magis vendant ipsa nemora.

Fuit super premissis appunctuatum primo quod quidem qui se gerit pro illustri domino comite Gebenn. obstendat suam potestatem et, si non habeat ad hoc, quod pugnatur, quia fuit intellectum quod ipse vendit per itinera et villas pisces per ipsum, nomine domini comitis, levatos. Item quod deffendatur aliis cosonis piscium quod non emant donec hora assignata in cridis ultimate factis et in plathea ordinata.

Item fuit in ipso consilio appunctuatum quod alii cossoni nemorum et bladorum, ut Alliodi, P. Fabri, Borsat et Probi, pugnantur juxta mentem cridarum alias factarum, si emant bladum et nemus ultra cridas, et quod juxta tenorem franchesiarum ipsi vacuent plateas lacus et compellantur ad vacuandum tociens quociens casus eveniet.

Item fuit expositum quod n. Jo. de Fonte tenet suum fimum in quadam parva carreria ultra cridas et in prejudicium vicinorum.

Fuit appunctuatum quod domini mei sindici visitent et sibi demonstrent mite.

Item fuit in ipso consilio expositum de aula hujus Domus Communis edifficanda et monstratum instrumentum tachii.

Fuit in ipso consilio ordinatum, nemine discrepante excepto N. Humberto de Bona qui dixit quod ipsa reparacio destruet furnum et membrum subtus et quod advideretur, videlicet quod fieret reparacio ipsius aule et quod approbant talem.

Item fuit tradicta in ipso consilio quedam missiva lictera comminativa ex parte cujusdam minime signati nec nominati, et fuit tradicta per dominos Dyvone et venit, ut intelligitur, a partibus Lorenne. In quaquidem lictera apparet quod communitas solvere faceret per Johannem Girardi, famulum H. Emerici, quosdam arnesium et chanfren equi.

Fuit appunctuatum quod domini mei sindici loquantur dicto H. Emerici, in absencia famuli, quod procuret quod solvatur.

(7) *Veneris xxvj marcii,* in Domo Communi ville in consilio ordinario.

N. Michael Monthionis, G. Ravinelli et G. Cavuycini, sindici; — n. Aymo de Versonex, Jo. de Orseriis, F. Crochonis, H. de Bona, Girardus de Vaudo, M. de Nanto et Cortagier, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes.

|| Johannes Bolens, habitator Gebenn., de Challex, ad sui requitam fuit in burgensem receptus, qui juravit etc., et hoc pro vij florenis et una collovrina, et presentibus Petro Mermeti et Girardo de Fogia, et hoc pro vij florenis et una collovrina. || — *(B.)*

Martis penultima marcii, in Domo Communi ville.

N. Monthionis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino, n. Johannes de Orseriis, Petrus Gavit, F. Crochonis, Ay. de Lestelley, M. de Nanto, G. de Vaudo, P. Braseti, A. Regis, P. Cortagier, G. de Peymes et B. Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici consilliariique consilium ordinarium hujus civitatis tenentes.

|| Mandatur solvi Johanni Cambrex per receptorem duos florenos

causa expedicionis quinque instrumentorum, videlicet unius transsactionis ad causam macellariorum et alia[rum] recognicionum. ||

|| Item fuit in ipso consilio receptus in burgensem Hugoninus Veteris alias Magistri, de Contamina, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis et uno selliocto. ||

Fuit facta in ipso consilio querimonia quod Glaudia, manens prope ecclesiam Beate Marie Magdalenes, tenet vitam inhonestam, supplicando provideri, et hoc per vicinos, videlicet per Ryenbossons, Jacobum broderium, Johannem Besson et plures alios.

Fuit eis responsum per dominos meos sindicos quod fieret eis bona provisio, habita primo deliberacione consilii episcopalis.

Fuit in ipso consilio porrecta supplicacio per Ja. Tombeti.

Nichil fuit factum actento quod causa pendet coram domino vicario inter partes.

Item fuit in ipso consilio expositum parte dominorum meorum sindicorum quod nonnulli incipiunt mori de peste et quod fiat provisio.

Fuit appunctuatum in ipso consilio quod haberetur relacio consilii episcopalis de provisione necessaria fienda.

In consilio episcopali videlicet in domo episcopali congregato, *die predicta penultima marcii hora vesperorum.*

Et in quo consilio interfuerunt subnominati r. dominus episcopus Ebronensis, dominus vicarius, dominus P. de Viriaco, dominus Christophorus, dominus P. Conodi, dominus B. de Sancto Martino, dominus Theobaldus de Sacunex, dominus procurator, castellanus et dominus P. Farodi; — (8) necnon n. Michael Monthionis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — P. Gavit, Ay. Destelley, G. de Vaudo, B. Dorires, P. Braseti, F. Crochon, consilliarii.

In quoquidem episcopali consilio fuit expositum per dominos meos sindicos quod nonnulli in hac civitate incipiunt peste mori, requirentes deliberacionem fieri in ipso consilio de remedio et de provisionibus fiendis.

Deinde fuit in ipso consilio per dominum vicarium oblatus quidam rotulus, in quo fuerunt per dominum B. de Sancto Martino descripta nonnulla advisamenta et remedia opportuna et neccessaria observari, adeo quod pestis non multiplicetur in hac civitate, ut in ipso rotulo

continetur, qui rotu(tu)lus fuit in ipso consilio coram omnibus lectus per secretarium, et deinde, que bona erant in eodem rotulo descripta, notata, et cetera abolita etc.

Veneris secunda aprilis, in Domo Communi ville in consilio ordinario.

N. Monthionis, Ravinelli, Cavuycini et Carrerii, sindici; — n. Orseriis, Crochon, Bona, M. de Nanto, Vaudo, Cortagiez et Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum quod dominus procurator nititur ultra formam franchesiarum componere patisserios et presertim magistrum Petrum, de Burgoforis.

Fuit ordinatum quod dicti domini mei sindici ire debeant in promptu ad dominum vicarium et exponere premissa, videlicet quod ipse observare faciat cridam ultimate factam contra patisserios, et quod juxta ipsius formam pugniatur ipse magister Petrus ac ceteri culpabiles, et quod non componantur.

Item fuit in ipso consilio expositum quod dominus castellanus componit filias vite ultra formam cridarum et sub umbra cridarum et non observat tenorem cridarum, ultra franchesias.

Fuit ordinatum quod domini mei sindici vadant in promptu rigorose demonstratum premissa eidem castellano et, si neccesse sit, vicedompno presencia[liter] existente in hac Gebenn. civitate.

Item fuit in ipso consilio expositum quod castellanus assignare fecit hodie mulieres pesces vendentes, ultra formam cridarum.

Fuit ordinatum quod dicti mei sindici equidem dicto castellano demonstrent ista, et quod requirant ipsum quod observet cridas contra ipsas et ad alia non procedat, rigorose loquendo cum eodem de premissis.

Item fuit equidem ordinatum in ipso consilio quod ipsi domini mei sindici petant solvi per castellanum argentum per ipsum communitati debitum.

Quia Ruby se extendit super commune civitatis prope suam possessionem.

Fuit ordinatum quod visitetur locus per dominos meos sindicos ipso vocato, et deinde procedant contra ipsum uti jure fuerit, si nolit reparare.

(9) Fuit in ipso loco ordinatum quod domini mei sindici visitare teneantur opus novum inceptum per Jordanum Regis super commune.

Item ulterius fuit in dicto consilio expositum quod videretur locus ad edifficandum hospitale pestis et de neccessariis.

Fuit in ipso consilio ordinatum quod convocetur ad diem dominico proximum consilium generale quod deliberabit super premissis.

Fuerunt tradicti in ipso consilio per dominos meos sindicos Ludovico Albi, borrelerio, xxviij selliocti ville ad reparandum, quos promisit restituere et reponere in domo ponderis bladi, adeo quod ibi reperiantur si opus sit.

Item fuit ordinatum in ipso consilio quod receptor faciat unum servicium domino vicario nomine communitatis, usque ad valorem unius scuti, adeo quod habeat communitatem pro recommissa.

Die dominico quarta aprilis, in generali consilio in claustro ecclesie Gebenn. ad sonum campane more solito congregato, et interfuerunt subnominati.

N. Michael Monthionis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — necnon nobiles ac discreti cives et burgenses inferius nominati. Primo n. Jo. de Orseriis, Ay. de Lestelley, M. de Nanto, Ansermetus Marvalli, P. Braseti, P. Cortagiez, B. Dorires, G. de Fogia, Jo. de Crosa, B. Chivanderii, P. de Nanto antenatus, magister H. escofferius, Hugonetus Chardo, magister Jo. condurerius, Johannes Galliardi notarius, Glaudius Burgat, Ja. barbitonsor superus, Ste. Molleti, magister Sancti Mucelli condurerius, Reymondus Coste, Franciscus Borsat, Jo. Trolliet, pictor manens prope Acquariam, Jaquemetus Roguz, filliaster H. Beatrisii, Ste. de Putheo notarius, Jo. Flory chapellerius, Lorens condurerius, H. Donzelli mercator, Nergaz fusterius, Theobaldus Rigniez, Jo. de Lonnes, Perretus sellerius, Monetus servitor Guersi, Salesar greator, Jo. Macherys, Morelli de Burgoforis, Jacobus servitor F. borserii, Hugoninus archerius, G. de Syege, Perretus excofferius, Jo. Roberti notarius, F. Macri, filius Jo. Balli, Hugoninus Boni Johannis, H. Privissini, Jo. de Marlio, Ansermetus Mistralis, B. Bernardi, Sermetus sellerius, Jo. Philipini, Bornandi macellarius, F. Breyseti, magister Jo. lathomus, et plures alii tam burgenses, cives, quam habitatores presentis civitatis.

Fuit in ipso consilio expositum per dominos meos sindicos quod pestis regnavit in hac Gebenn. civitate et adhuc incipit regnare, si Deus non advertat, advisando quod bene fieret quod construeretur unum hospitale ad tenendum et reponendum infirmos et percussos pestis, et honeste cum una capella et cimisterio ac aliis neccessariis.

Fuit facta commissio per dictum consilium generale, nemine descrepante, dominis meis sindicis secum assistentibus n. Jo. de Orseriis, Aymone de Lestelley et Mermeto de Nanto, quod facerent construere in loco per ipsos cognito dictum hospitale, ac eciam de dependenciis et emergenciis ex eodem hospitali et de neccessariis, dando eis omnimodam potestatem circa hec neccessariam.

Martis sexta aprilis, in Domo Communi ville in ordinario consilio.

N. Michael Monthionis, G. Ravinelli, G. Cavuycini, Jo. Carrerii, sindici; — n. Jo. de Orseriis, Ay. de Lestelley, venerabilis dominus B. de Sancto Martino, (10) P. Gavit, H. de Bona, F. Crochon, G. de Vaudo, M. de Nanto, P. Jaqueti, P. Cortagiez, A. Regis, B. Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio humiliter expositum per Johannem Trolliet quod Dei amore et intuitu pietatis sibi fieret gracia de debito centum florenorum per ipsum debito communitati, videlicet de viginti florenis, et ipse reliquos quatervigintí florenos restantes responderet n. Glaudio Ravinelli consindico et sibi assecuraret.

Fuit sibi responsum quod die crastina, tota die, ipse Trolliet iiij^{xx} florenos predictos solvere teneatur et debeat jamdicto consindico, seu illos sibi respondere et assecurare, taliter quod quictet communitatem de tanta somma ipse sindicus pro subveniendo neccessariis occurrentibus. Quod si factum fuerit, alias non neque ultra, sibi Trolliet fiet misericordia, prout exposuit, intuitu pietatis etc.

Item fuit expositum in ipso consilio per Humbertum Perrodi quod rector hospitalis fondati per Sambaville litigat contra possidentes et tenentes domum, et quod advideretur, quia esset bonum quod ipsorum domus venderetur, adeo quod pecunie ponerentur in acquiramentis ad opus dicti hospitalis.

Commictitur eidem Perrodi, Glaudio de Peymes et Mermeto de Nanto quod circa premissa faciant que eis videbitur expediens, videlicet dictam domum in forma solita exponere venalem etc.

Item fuit locutum de facto et differencia Ja. Tombeti et Jordani Regis.

Deinde ordinatum quod domini mei sindici ire teneantur super loco differencie et mandare quesitum partes et exortare ipsas de concordio, si velint.

Item fuit in ipso consilio expositum quod castellanus negat se debere xx^{ti} florenos per ipsum debitos communitati.

Deinde appunctuatum quod molestetur ad solvendum rigide.

Item fuit in ipso consilio expositum quod nonnulli se extendunt super communi versus pontem Areris.

Fuit ordinatum quod domini mei sindici teneantur super loco ducere castellanum et si noluit venire ad eruendum, quod vadant fortes et destruant juxta tenorem franchesiarum.

Item fuit expositum de hospitali construendo, in quo loco videatur incipere.

Fuit ordinatum quod domini mei ire teneantur ad consilium episcopale et ad capitulum, narrando qualiter consilium generale commisit tribus superius nominatis, quod similiter eorum parte eligant alios etc.

Veneris nona aprilis, in Domo Communi ville et ordinario consilio.

N. G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — n. Jo. de Orseriis, F. Crochon, G. de Vaudo, M. de Nanto et P. Cortagier, consilliarii.

Quiquidem sindici, consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

|| Fuit in burgensem receptus Petrus Lamberti, parrochie de Expergier, tissoctus, parrochie Beate Marie Magdalenes, pro septem florenis et uno sellioto. || — *(B.)*

Item fuit in ipso consilio expositum quod reverendus in Christo pater et dominus dominus noster episcopus Gebenn. est in hac Gebenn. civitate die proxima ven(di)turus et quod advideatur quid fiendum erit.

Fuit in ipso consilio ordinatum quod die qua veniet claudantur hostia, et quod omnes habentes equos cum sindicis vadant ad oviam et, si de nocte, emantur xij faces.

(11) *Martis xiij aprilis,* in Domo Communi et consilio ordinario.

N. Monthyonis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — n. ac venerabilis dominus B. de Sancto Martino, Jo. de Orseriis, P. Gavit, H. de Bona, M. de Nanto, G. de Vaudo, A. Regis, Cortagiez, Dorires.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes.

|| Fuit creatus burgensis Petrus de Cresto, de Logra, chapellerius, parrochie Beate Marie Magdalenes, pro vij florenis et uno sellioto. || — *(B.)*

|| Item equidem Petrus Stalibet, tinturerius, parrochie Beate Marie Magdalenes, simili precio. || — *(B.)*

|| Item equidem Anthonius Marescalli, de Burgo, bonaterius, parrochie Sancti Gervasii, simili precio. || — *(B.)*

|| Item equidem Matellinus Bueteaux, de Angiez, parrochie Sancti Gervasii, minuserius, pro septem florenis et una collovrina. || — *(B.)*

Commictitur Girardo de Vaudo et Girardo de Fogia quod reparare faciant selliotos ville vastatos et faciant precium nomine communitatis cum borrellerio qui adhuc penes se habet sex.

Fuit in ipso consilio expositum per dictos Monthionis et Ravinelli, consindicos, quod dominus vicarius et curatus Torencii miserunt ipsos quesitum, deinde sibi dixit quod r. dominus noster episcopus est in brevi in hac civitate venturus, et quod mandat quod provideant contra pestem, quia intellexit quod incipiunt mori, videlicet de claudere faciendo domus infectas, de habendo unam domum pro retrahendo infirmos ac infectos, de custodire faciendo portas ville, de cessare faciendo stuphas et ludos sanguinem moventes, de claudendo hospitalia, de cyto faciendo dimitere pauperes elemosinam querentes et vacabondos, et de pluribus aliis.

Fuit ordinatum quod domini mei sindici et consiliarii hodie ire teneantur ad consilium episcopale et quod in ipso tractent dulciter agenda, semper se parando dominicalibus mandatis parere volendo etc.

Eadem die, hora vesperorum, in domo et consilio episcopali, in quo consilio erant dominus vicarius, P. de Viriaco, Christoforus, procurator et viceprocurator, ac domini mei sindici.

Fuit in ipso consilio preceptum dictis dominis meis sindicis ex parte episcopali quod custodirentur porte ville, adeo quod nullus infectus morbo epydemie intret civitatem. Qui domini mei sindici se obtulerunt mandata adimplere.

Martis xxma aprilis, in Domo Communi ville et consilio ordinario.

Nobiles Glaudius Cavuycini, Jo. Carrerii, sindici. Supervenit n. G. Ravinelli, consindicus, quem scripsi de precepto ceterorum. — N. Jo. de Orseriis, venerabilis B. de Sancto Martino, P. Gavit, Ay. de Lestelley, M. de Nanto, consilliarii.

Supervenit n. G. de Vaudo, qui fuit scriptus de precepto dominorum meorum sindicorum, qui stetit in ordinario et electione decimariorum eodem die facta.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium facientes, tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio propositum quod dominus noster episcopus est denuo venturus et in brevi, et quod advideretur quid erit fiendum tam de eundo ad obviam quam in aliis.

Et deinde appunctuatum quod dicti domini mei sindici ire teneantur ad dominum vicarium et facere fienda cum consilio ejusdem domini vicarii.

Fuit [appunctuatum] in ipso consilio custodiri portas civitatis per capita domus, adimplendo precepta episcopalia.

Fuit expositum in ipso consilio quod n. Aymo de Versonex est contentus quod hospitale Beate Marie Magdalenes vendatur et quod precium reponatur in edifficando hospitale construendum in Palacio pro peste, dummodo mulieres que erunt in puerperio reponantur, loco illius hospitalis, in hospitali Sancti Jacobi superius.

Ordinatur loqui cum eodem.

(12) *Veneris xxiij mensis aprilis,* in Domo Communi ville in consilio ordinario.

N. Monthionis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — n. Orseriis, G. de Vaudo, B. Dorires, Cartagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes.

|| Fuit in ipsorum consilio creatus burgensis Johannetus Daval, de

Sancto Mucello, condurerius, parrochie Marie Magdalenes, pro vij florenis et collovrina. || — *(B.)*

|| Item Glaudius Pilliodi, borserius, parrochie Beate Marie Magdalenes pro septem florenis et uno sellioto. || — *(B.)*

|| Item Petrus Rosaz, de Monthouz, excofferius, parrochie Sancte Crucis, pro septem florenis et uno sellioto. || — *(B.)*

Martis xxvij aprilis, in Domo Communi et consilio ordinario.

N. Monthionis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino, n. Ay. de Versonex, Jo. de Orseriis, P. Gavit, F. Crochon, M. de Nanto, G. de Vaudo, Ay. de Lestelley, Ste. Achardi, G. de Peymes, P. Jaqueti, A. Regis, P. Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fiat mandatum quod solvatur M. Carrerii duos florenos pro tribus vallis quercus venditis et implicatis ad opus civitatis in quodam foramine etc.

Fuit expositum in ipso consilio quod nonnulli tenent fimos suos ante eorum grangias et per carrerias publicas, in prejudicium omnium vicinorum et transire volencium per carreriam tendentem a porta Bellirigardi versus rafurnum, et presertim Johannetus de Biez, Bartholomeus Bernardi, Mouricius Vuy, Ludovicus Turchet, Petrus Monachi et Petrus Marescalli.

Fuit appunctuatum quod amovere faciant et quod appellantur si non velint amovere gratis.

Franciscus Borsat, genibus flexis, peciit veniam eo quod dixit nonnulla verba injuriosa n. G. Cavuycini, sindico. Idcirco Dei amore et intuitu pietatis pro hac vice remictitur sibi.

Fuit expositum ulterius in ipso consilio quod nonnulli medici se gerunt artem medicine scire et nesciunt, quod cedit in prejudicium communitatis.

Ordinatur exponi in consilio episcopali et dehinc exequi quod fuerit ordinatum in eodem.

Item fuit expositum quod Berterat fecit fieri suam forgiam in loco periculoso.

Fuit appunctuatum quod domini mei sindici visitent locum et, si sit neccesse, deffendant rem.

|| Fuit creatus burgensis Petrus Cabodi, de Albenco, borserius, parrochie Beate Marie Magdalenes, precio vij florenorum et unius selliocti. || — *(B.)*

|| Item et equidem Johannes Guilliamot, diocesis Ligonensis, barberius, Marie Magdalenes, pro vij florenis et una collovrina. || — *(B.)*

|| Item et equidem Raphael Pelerini, pelliparius, Sancti Gervasii, pro octo florenis et collovrina. || — *(B.)*

(13) || Item equidem Roletus Rosseti, chapellerius, Sancti Gervasii, pro vij florenis et uno sellioto. || — *(B.)*

|| Item et equidem Glaudius Gorju, patisserius, Sancti Gervasii, pro vij florenis et uno sellioto. || — *(B.)*

Jovis penultima aprilis, in Domo ville Communi et consilio ordinario.

N. Monthyonis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino ac n. Ay. de Versonex; — Jo. de Orseriis, P. Gavid, F. Crochon, Ay. de Lestelley, Ste. Achardi, G. de Vaudo, M. de Nanto et P. Jaqueti, consiliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium dicte civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum per N. Monitier, forrerium domini nostri Gebenn. episcopi, nomine dicti domini nostri, quod ipse dominus noster in hac Gebenn. civitate habet suas gentes in minimo c., pluri salvo, proponendo quod dictus dominus noster non intendit dictas suas gentes in hospiciis tenere, cum esset sumptuosum et dampnosum, requirendo hospicia et loquagia sibi nomine predicto provideri, et de premissis responsionem fieri.

Fuit sibi facta responsio quod ponerentur ejus proposita et petita in consilio et quod secundum deliberacionem fieret responsio.

Deinde fuit in ipso consilio appunctuatum quod dictus Girardus de Vaudo, nomine consillii ordinarii, teneatur et debeat in promptu loqui jamdicto forrerio, et quod cum ipso tractet an possit ex se ipso revocare, quod taceatur de locagiis prenarratis, et deinde veniat relaturus.

Qui de Vaudo apost retulit quod dominus noster sibi forrerio precepit per eum proposita et quod ita fieri opportet.

Deinde fuit in ipso consilio expositum per dominos meos sindicos de dono fiendo prelibato domino nostro.

Fuit ordinatum quod fiat donum usque ad valorem xxx florenorum vel circa, tam in specibus, torchiis, socro, quam in uno barrali malvaisie, et quod ipsum presentet dictus Girardus de Vaudo et receptor.

Item fuit ordinatum quod dicti domini mei sindici et vocandi per eos de consilliariis post prandium ire teneantur ad faciendum reverenciam dicto domino nostro.

Veneris ultima aprilis, in Domo Communi ville.

N. Monthionis, Ravinelli, Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — n. Ay. de Versonex, Orsieres, Ay. de Lestelley, Crochon, M. de Nanto, (14) G. de Vaudo, P. Jaqueti et Cortagier, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium dicte civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum quod forrerius domini nostri Gebenn. episcopi, nomine dicti domini nostri, semper nititur accipere in hac Gebenn. civitate hospicia servitorum dicti domini nostri, ultra assuetum et formam franchesiarum.

Fuit ordinatum queri certas dominicales licteras alias obtentas de et super consimilibus [1], illasque panderi dominis de capitulo et deinde provideri juxta consilium ejusdem.

Deinde dicti domini mei sindici venerunt ad venerabile capitulum et monstraverunt licteras dominicales predictas, quibus lectis in ipsorum presencia fuit appunctuatum, tam per dictos dominos meos sindicos quam dominos de capitulo, quod dicti domini mei vadant ad dominum Ranversi sibique monstrent dictas dominicales licteras, sibi bono modo recommendando factum et ostendendo qualiter cederet in prejudicium nundinarum etc.

Quiquidem domini mei sindici illico se transtulerunt ad dictum dominum Ranversi sibique juxta commissa fecerunt et dixerunt; sed dictus dominus Ranversi voluit licteras predictas dominicales retinere pro

[1] Il s'agit probablement de la déclaration du 7 octobre 1457, obtenue moyennant argent par les citoyens, et par laquelle le duc Louis de Savoie reconnaissait n'avoir droit à aucun logement gratuit dans Genève. Archives de Genève, *Pièces historiques,* nos 625, 627.

ipsas legendo, respondendo quod provideretur super petitis taliter quod essent contenti dicti domini mei sindici.

Sabbacti prima aprilis [*maii*], in Domo Communi ville et consilio ordinario.

N. Monthionis, Ravinelli, Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — necnon venerabilis dominus B. de Sancto Martino et n. Jo. de Orsieres, P. Gavit, H. Emerici, Ay. Lestelley, G. de Peymes, Ste. Achardi, G. Guyat, M. de Nanto, G. de Vaudo, P. Jaqueti, B. Dorires et P. Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium dicte civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum per dictos dominos meos sindicos quod dominus Ranversi, nomine domini nostri Gebenn. episcopi, eis dixit quod prelibatus dominus noster est intencionis quod totis viribus gentes sue locentur in hac Gebenn. civitate, uti suus forrerius ordinabit, si bonis communitas non permictat ipsa locagia facere etc.

Fuit ordinatum quod omnes predicti sindici et consilliarii in promptu ire teneantur ad dominos de capitulo et in ipso capitulo ista exponere, deinde juxta appunctuanda in ipso capitulo procedere etc.

Quibus sic actis, omnes predicti sindici et consilliarii se transtulerunt in eclesiam Beati Petri Gebenn. et fecerunt congregare capitulum ipsius eclesie supra claustrum in loco assueto.

In quoquidem capitulo interfuerunt (15) venerabiles domini P. de Viriaco, A. de Luyriaco, P. de Saccunex, F. de Saccunex, P. de Lornex, A. de Viliaco, Ja. Fuserii, Charançunex, M. de Biolea, Clis, Jo. de Sancto Amore et de Rossillione, canonici; — dicti domini mei sindici, venerabilis dominus Jo. de Saxo ac omnes consilliarii superius descripti.

In quoquidem capitulo fuerunt superius narrata per dictos dominos sindicos exposita, petentes consilium et auxilium cum concernat omnes habitantes in hac Gebenn. civitate, tam eclesiasticos quam seculares, et cum dictum capitulum sit alter trium membrorum presentis civitatis.

In quoquidem capitulo fuit appunctuatum quod fiat supplicacio super prenarratis domino nostro Gebenn. episcopo, nomine tocius communitatis, deinde porrigatur prelibato domino nostro.

Martis quarta maii, in Domo Communi ville et ordinario consilio.

N. Monthionis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — venerabilis B. de Sancto Martino, n. Ay. de Versonex, Jo. de Orseriis, P. Gavit, Ay. Lestelley, F. Crochon, Ste. Achardi, G. de Peymes, M. de Nanto, G. de Vaudo, P. Jaqueti, B. Dorires, P. Braseti, A. Regis et Cortagier.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter supplicacio fuit facta nomine communitatis ad causam logimentorum petitorum de quibus jam supra fit mencio et in ipso consilio lecta. Quid fiendum?

Fuit ordinatum quod supplicacio ipsa erat bene facta etc., ac tamen, antequam prorrigeretur, quod ex parte communitatis absque aliqua potestate n. Jo. de Orsires, A. de Peymes, H. Emerici et P. Gavit ire teneantur loqui de facto in supplicacione mencionato cum domino Ranversi et tractare ut eis videbitur expediens, deinde veniant relaturi in consilio ordinario antequam ad ulteriora procedatur.

Fuit expositum quod hospitalarerii infirmorum supplicant sibi auxilium dari pro vivendo etc.

Ordinatur eis dari unum florenum.

|| Item fuit porrecta supplicacio parte Hugonini Fornerii, barberii.

Fuit ordinatum quod sibi dantur xij grossi pro quolibet mense, durante peste, adeo quod melius visitet infirmos et non veniat cum sanis. ||

(16) Mandatur intrari receptori quantum in rotulo descripta.

Petrus Braseti reddidit instrumentum sceu clausam testamenti Ja. de Ponte necnon et declaracionem factam per bone memorie dominum Franciscum, episcopum Gebenn., ad causam mensure bladi[1], quam penes se habebat.

Nobiles Aymo de Lestelley et Ste. Achardi retulerunt et refferunt computum Girardi de Fogia, receptoris, et in rotulo per ipsos exhibito in quo recitatur quod communitas sibi receptori restat debens cxv florenos, v solidos, v denarios, et receptor restat debens communitati duos sellioctos et xvij collovrinas et vj milliaria tegularum.

Fuit facta pronunciacio arbitramentaria per dominos meos sindicos

[1] Voir l'ordonnance de l'évêque François de Mies, relative au poids du blé, du 5 février 1444. Archives de Genève, *Pièces historiques,* nº 551.

in pleno consilio super facto n. Ay. de Versones, ut ad partem in meis prothocollis registratur.

Veneris septima maii, in Domo Communi ville et consilio ordinario.

Nobiles Monthyonis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Johannes Quarrerii, sindici; — Jo. de Orseriis, P. Gavit, Ay. de Lestelley, F. Crochon, G. de Vaudo, B. Dorires et Cortagiez, Nanto, consilliarii.

Fuit in ipso consilio expositum quod domini de capitulo consilium prebent quod supplicacio tradatur domino nostro Gebenn. episcopo per sindicos et quod ipsi aliud non facient, donec prius tradita.

Fuit ordinatum convocari ad hodie consilium de Quinquaginta, videlicet ad horam primam post meridiem, et dehinc fiat cum consilio ipso.

Eadem die post prandium, in dicta Domo Communi et in consilio de Quinquaginta.

N. Michael Monthionis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino, n. Aymo de Versonex, Jo. de Orseriis, G. de Peymes, P. Gavit, A. Regis, M. de Nanto, B. Dorires, P. Cortagiez, G. de Vaudo, Jo. de Fogia, consilliarii.

Venerabilis dominus Petrus de Saxo doctor, venerabilis dominus Jo. Magnini licenciatus in decretis; — Jo. Ruphi, Girardinus pelliparius, Jacobus dorerius, Michael Cugnardi, P. Mermodi sellerius, G. Boverii, Jo. de Crosa, Jo. Balli, P. Malagniodi condurerius, G. Fabri, (17) Arnaudus Dales, Janinus de Plathea, Perretus Girardi, Jo. Ruby, Perretus Chenuti, Guigo Locheti, Jo. Meystrot, Ja. Paqueti, Chambaz fornerius, de Cresto de Burgo Foris, Ny. Cucheti, Jo. Troliet, G. Serralion, Ja. Nergaz, Dy. Bidelli, Ja. Ruphi, Clasquin pelliparius, Jo. Roberti, Ny. de Nanto, G. Mouriez, Pernetus Emonini, Petriquinus Ciclat, Reynerius appothecarius, Jo. Velluti, Jo. Bocardi macellarius, Malagniodi macellarius, Jo. Lombardi sutor, consilliarii consilii de L^{ta}.

Quiquidem sindici, consilliarii consilii ordinarii et consilliarii de L^{ta} consilium de L^{ta} tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum per dictos sindicos quod jam tribus vicibus nobilis forrerius domini nostri Gebenn. episcopi peciit logiamenta in domibus burgensium.

Et fuerunt ipsi sindici ad obviandum in premissis in venerabili capi-

tulo, proponendo in ipso ista et requirendo ab eisdem consilium et juvamen. Qui domini de capitulo consulerunt eisdem sindicis ut ipsi traderent supplicacionem jam super premissis factam domino nostro Gebenn. episcopo. Idcirco proponitur an vel ne sit tradenda talis supplicacio.

Quequidem supplicacio fuit in ipso consilio lecta et verbis laycis exposita.

Idcirco fuit in ipso consilio conclusum quod dicta supplicacio tradatur dicto domino nostro Gebenn. episcopo per sindicos et in brevi.

Martis xj maii, in Domo Communi et consilio ordinario.

N. Monthyonis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — n. Amedeus de Peymes, Jo. de Orseriis, venerabilis dominus B. de Sancto Martino, P. Gavit, G. de Peymes, Mermetus de Nanto, G. de Vaudo, Cortagiez, F. Crochon, Ay. de Leystelley, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consillium ordinarium tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum an supplicacio jam superius sepe mencionata tradi debeat domino nostro Gebenn. episcopo vel nec, et quis tradet.

Fuit ordinatum quod domini sindici illam hodie tradere debeant dicto domino nostro Gebenn. episcopo et non aliis.

|| Mandatur solvi dicto Ravinelli xlv florenos quos nomine communitatis tradidit carpentatori, ut in quictancia facta continetur. ||

Item et equidem xl florenos quos equidem ipse Ravinelli solvit nomine communitatis magistro Petro Mastrocti, ut continetur in quictancia presencialiter in consilio per me recepta.

(18) Isti sunt L^ta^ electi per consilium in consilliarios consilii de L^ta^ :

Primo B. Bernardi, Porralis, Ansermetus Marvalli, G. Boverii, Jo. de Crosa, Girardinus pelliparius, filius Jacobi Le Doriez, Jo. Ruphi, Michael Cugniardi, P. Mermodi, F. Prorodi, H. Perrodi, Jo. Balli, P. Malagniodi condurerius, G. Fabri, Arnaudus Dales, Ansermetus de Plathea, Jo. Ruby, Ansermetus Mistralis, Perretus Chynu, Mermetus pictor, Guigo Locheti, Jo. Meystrot, Ja. Paqueti, Jo. Chambaz, Mermetus de Cresto, Nycodus Cucheti, Jo. Troliet, G. Serralion, Clemencius Rore, Ste. de Furno, Ja. Nergaz, Dyonisius Bidelli, Ja. Ruphi, Jo. Roberti, Clasquinus pelliparius, Ny. de Nanto, B. Vincencii, G. Mouriez, Pernetus Emonini, Petriquinus Ciclat, Reynerius appothecarius, Exerton pelliparius, Roletus Arnaudi, Symondus de Ripa, Jo. Velluti, Jo. Malagnodi, P. Lombardi, Jo. Peytral, Ja. Arbalesterii, Hugonetus Grossi, P. de Arlo, P. Gacheti, Girardus Gervasii, Ste. de Putheo, Gatilliardi, F. Macri.

Die Jovis xiij (tercia) maii, in Domo Communi et consilio ordinario.

N. Monthionis, Ravinelli, Cavuycini et Quarrerii, sindici; — Jo. de Orseriis, H. Emerici, G. de Peymes, P. Gavit, Amedeus de Peymes, Jo. de Fogia, B. Dorires, G. de Vaudo et Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem consiliarii et sindici consilium ordinarium tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter n. Amedeus de Peymes sensit a domino Ranversy quod si communitas recognoscat in argento, quod forte revocabitur ordinacio logiamentorum et fiet declaracio; ac tamen nescit quam quantitatem, quia non potuit exire ab ejus ore, et ultimo dixit quod amplius non se intromictet, nisi habeat aliam potestatem.

Fuit ordinatum vocari consilium de L^ta^ ad horam meridiei cum consilio ordinario.

Die predicta hora prima post meridiem, in Domo Communi, in consilio in quo fuerunt vocati L^ta^ cum ordinario consilio.

N. Monthyonis, G. Ravinelli, Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — Jo. de Orseriis, H. Emerici, G. de Peymes, Jo. de Fogia, M. de Nanto, Cortagiez et Dorires, consilliarii; — (19) G. Guacti, S. Fabri, Ja. Arbalesterii, Jo. de Crosa, Clasquinus pellicerius, F. Perrodi, G. Richardeti, P. Mermodi, Ja. Henniquini, Guigo Locheti, Perretus Chynuti, R. Dorsier, P. Mareschalli, Ja. Le Dorier, Jo. Lombardi, G. Morelli, G. Serralion, Theobaldus Chiquant, Massetus pelliparius, Somareta, Jo. Meystrocti, P. Monachi, Ste. de Putheo, Bloney, Ja. Ruphi, H. de Boulo, Jo. Calabri, Ste. Cortey, Jo. Flory, Petrus chapellerius, Dyonisius Bidelli, Janinus de Mara, P. Guersi, B. Vincencii, Johannetus de Biez, magister Durodi, Nycodus de Nanto et A. Fabri, de consilio de L^ta^.

In quoquidem consilio fuerunt exposita jam superius in consilio ordinario hodie tento exposita per dominos meos sindicos, petendo eorum deliberacionem.

In quoquidem consilio fuerunt multa et diversa vota pronunciata. Ac tamen fuit apost ordinatum de consensu omnium convocari consilium generale ad cras in quo exponantur, mature et absque decoperiendo materiam, exponenda factum predictum concernencia etc., ita et taliter quod fiat commissio per consilium generali aliquibus nominandis, de tractando superius jam exposita.

Veneris xiiij maii, in claustro in consilio generali, ad sonum campane congregato more solito.

M. Monthionis, G. Ravinelli, G. Cavuycini et Jo. Carrerii, sindici; — Jo. de Orseriis, P. Gavit, Jo. de Fogia, Mermetus de Nanto, F. Crochon, B. Dorieres, consilliarii; — n. G. Guacti, Jo. de Liga, Jo. Meystrot, R. Arnaudi, Jo. Tornerii, G. Boneti, Hugonetus Grossi, P. Prioris, T. Chiquant, F. Macri, Deriacti, Nyveti, Challex, Ste. de Furno, Gervasius condurerius, Jo. Albi, (20) Hugoninus chapellerius, B. Chivanderii, Crachi Perrinus, Pernetus Pichon, Jo. de Marlio, P. Gacheti, Carteron, F. Grossi, Gonrardus de Turri Persa, Jo. Peytral, P. de Arlodo, G. Burgat, Jo. Ruffi, Jo. Boconis, frater suus antiquus, Jo. Novelli, F. Privissini, Hugoninus Lugoz, B. Bernardi, Ansermetus de Plathea, Grossus pignerius, Jo. Malagnodi, Ste. de Putheo, A. Marvalli, Thomas appothecarius, Porralis, Petriquinus Ciclat, Jo. Bracuz, Janinus Belli, Jo. de Crosa, Ste. Chez, Ja. Roguz, P. Francisci, Ja. Arbalesterii, Jo. Roberti, P. Marvalli, A. Regis, Symon de Riva, P. Exerton, P. Prioris, P. Vignioli, Martinus Danelli, Jo. de Aveneriis, Ja. Nergaz, Jo. Lombardi, Biollesii de Burgoforis, Mallieti serralionus, Berruti, Serasson et G. Debit.

Fuit in medium deductum, et supranominatis ceteris burgensibus et civibus ad sonum predictum congregatis in unum, organo vocis supradicti Michaelis Monthionis, consindici, quod licet honestati, utillitati et decencie licitum sit et congruat prenominatis adsistentibus in consilio, universam communitatem representantibus, utque eorum et cujuslibet eorumdem sunt comodi, utillitatis et honestatis et eosdem concernunt, ipsis dicere, significare, apperire et propalare debeatur, neominus tamen quia plerunque potest evenire ut nimius expressa intencio[ne] consilio generali nocere soleant, potissime concernencia facta illustris et domini nostri Gebenn. episcopi, propterea in medium

fuit deductum sicut ab aventu dicti illustris et reverendi domini nostri, sui parte dictis dominis sindicis nomine tocius communitatis fuit facta nonnulla peticio, super qua plura atque plura consilia in Domo Communitatis tenta fuerunt, ut inde super tali peticione talis fieri posset responsio dicto domino nostro, que cederet, resultaret et redundaret in onus, decus et honorem maximum dicteque communitatis utillitatem et profiguum, nunc et eciam imposterum. Quare tamen peticio pro tunc, certis exigentibus racionibus, propalari et publicari comode in dicto consilio generali non poterat.

Ob quod fuerunt requisiti presentes nominati nomine tocius communitatis ut supra vocate eligere, decernere et nominare aliquos ex dictis civibus numero ipsis placito de prudencioribus et pervectis eisdem, qui, adsistentibus cum dictis sindicis et ceteris de consilio L^ta^ prenominatorum die predicta electorum et juratorum, adsistere debeant et eisdem seu majori parti ex ipsis comparenti in consilio de L^ta^ super hujusmodi peticione, ut prefertur, dictis dominis sindicis facta concludere, appunctuare, pacifficare et terminare haberent prout condecencius, (21) utillius, melius et honestius fieri poterit, cum plenaria et omnimoda potestate hujusmodi materiam et negocium concludendi, terminandi et pacifficandi prout eisdem melius et utillius fiendum videbitur.

Quibus quidem sindicis, consilio de L^ta^ necnon et providis viris Johanni de Liga, Roleto Arnaudi, Hugoneto Grossi, Johanni Meystrocti, Johanni Novelli, Petro Porralis, Girardo Gervasii et Jacobo Arbalesterii cum prenominatis per dictum consilium adjunctis communiter ad hujusmodi materiam declarandam et terminandam.

Supranominatum consilium generale, totam communitatem representans et vocatum ad sonum ut supra, unanimiter, nemine discrepante, premissis auditis et in medium propositis, dederunt et contulerunt omnimodam potestatem ac speciale et generale mandatum super peticione premencionata predicti domini nostri ac dependentibus ex eadem appunctuandi, concludendi, pacifficandi totaliter et omnino, prout eisdem melius, efficacius, utillius et honorabilius ipsis fiendum videbitur, dicentes se ex nunc habere ratum, gratum et quicquid per eosdem pacifficatum, appunctuatum circa premissa fuerit, et ita et taliter quod si aliqui de premencionatis et preelectis, unus vel plures, cum dictis dominis sindicis et eorum consilio in hujusmodi tractatibus fiendis

adesse non possent seu forte ob aliquam causam justam ad dictam materiam non vocarentur, quod dictis dominis sindicis et consilio scripto [stricto ?] liceat loco talium absencium cum majore parte comparencium hujusmodi negocium terminare et loco aliquorum ex predictis electis alios probos et fideles eligere; et ita fuit conclusum prout supra.

Die predicta decimaquarta mensis maii, hora vesperorum, in Domo Communi fuit congregatum consilium ordinarium et consilium de L., in quo interfuerunt inferius nominati.

N. Michael Monthionis, G. Ravinelli, Jo. Carrerii et G. Cavuycini, sindici; — Henricus Emerici, G. de Peymes, P. Gavit, P. Jaqueti, M. de Nanto, G. Fabri, Ay. de Versonex, consilliarii; — Ja. Arbalesterii, Jo. Meystrot, Gachet, H. Grossi, H. Perrodi, P. Guersi, Dy. Bidelli, Ansermetus Marvalli, Sy. de Riva, P. Robini, Jo. Ruphi, Bornand, B. Vincencii, Porralis, Arnaudus Dales, F. Macri, Ja. Le Dorier, Clasquinus pelliparius, P. Gatilliardi, M. de Cresto, P. Mermodi, Jo. Novelli, Jo. Peytral, Ste. de Putheo, G. Boverii, B. Bernardi, Perretus Chinuti, (22) R. Arnaudi, P. Emonini, Ja. de Mara, Jo. de Crosa, Rey. Dorsier, Jo. Malagnodi, Jo. Lombardi, Paqueti, Ny. de Nanto, Ja. Nergaz, Curtillieti, P. Darlo, G. Locheti, Jo. Trolliet, consilliarii consilii de L^ta.

In quoquidem consilio fuit expositum parte dominorum meorum sindicorum qualiter forrerius domini nostri Gebenn. episcopi semper nititur logiamenta accipere, et, si hodie per totum non fiat alia provisio, quod ipse forrerius accipiet talia logiamenta, narrando quod prejudicium hoc esset, petendo consilium super premissis et quod advideretur de modo procedendi.

In quoquidem consilio, tam ordinario quam de L^ta, nemine discrepante, fuit facta commissio specialis dominis meis sindicis ac n. Amedeo de Peymes, Johanni de Orseriis, H. Emerici, Petro Gavit, necnon Humberto Perrodi, Girardo Gervasii, Johanni de Liga et Dyonisio Bidelli, quatenus ipsi duodecim aut octo ex ipsis, si omnes interesse non possent, tractare habeant cum domino nostro Gebenn. episcopo aut ejus deputato, videlicet domino Ranversi, quod ipse revocet mandatum de accipiendo logiamenta per forrerium in hac Gebenn. civitate et faciat declaracionem super premissis in bona forma, et quod senciant precium quod dictus dominus noster episcopus habere voluerit pro tali revocacione et declaracione fienda; deinde veniant relatum in consilio de L^ta antequam ad ulteriora procedatur. Actamen fuit dictis xij data omnimoda potestas premissa faciendi et tractandi per dicta consilia ordinarium et de L^ta, vigore potestatis sibi actribute in generali consilio.

Die dominico xvj maii, in claustro.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orseriis, Versonex, Emerici, Gavit, Dy. Bidelli, Jo. de Liga, G. Gervasii, Perrodi, consilliarii et commissarii ad hec deputati.

Fuit expositum per dominos meos sindicos qualiter forrerius semper nititur adimplere sibi mandata et commissa de accipiendo logiamenta. Et quid fiendum?

Fuit facta commissio specialis n. Orseriis, Versonex, Emerici et Gavit quatenus sentirent a domino Ranversi quid vult habere dominus noster episcopus pro revocando suum mandatum factum erga logiamenta petita et faciendo declaracionem etc.

Eadem die, in conventu Fratrum Minorum.

N. Monthionis, Ravinelli, Carrerii, Cavuycini, sindici; — Orseriis, Versonex, Emerici, Gavit, Perrodi, (23) Bidelli, Jo. de Liga, G. Fabri, consilliarii et commissarii.

Fuit facta requisicio, per dominos meos sindicos et alios commissarios, prenominatis quatuor commissariis ultimatim deputatis quatenus se transferre haberent ad n. Amedeum de Peymes et quod ipsi et dictus n. Amedeus haberent sentire quantum dominus noster vult habere etc.

Quod et fecerunt qua dicti quatuor commissarii se transtulerunt in loco eis commisso, sed retulerunt quod fecerunt diligenciam de senciendo et eciam dictus n. Amedeus de Peymes, sed non potuerunt aliquid sentire pro presenti.

Lune xvij maii, in Domo Communi ville.

N. Michael Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orseriis, Emerici, Gavit, A. de Peymes, Versonex, Nanto, G. Fabri, Cortagiez, Dorires, Perrodi, consilliarii.

Fuit in ipso consilio per dominos meos sindicos petitum n. A. de Peymes et Versonex an ipsi senserant juxta eis commissa.

Qui retulerunt quod ipsi senserunt a domino Ranversi quod si fiat domino nostro episcopo aliquod donum seu recompensacio, quod ipse descendet ad concordium et ad faciendum declaracionem petitam et revocabit mandatum. Actamen minime sentire potuerunt quantitatem.

Fuit ordinatum convocari ad diem hodie hora vesperorum consilium de L^ta^ et eis premissa exponere in bona forma, et juxta ordinacionem illius insequi.

Eadem die xvij maii, in Domo Communi in consilio de L^ta^, hora vesperorum.

N. Monthionis, Ravinelli, Carrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, M. de Nanto, G. de Vaudo, G. Fabri, Jaqueti, Cortagiez, Dorires, consilliarii; — A. Marvalli, G. Guacti, (24) Pernetus Pichon, Girardinus pelliparius, M. Cugniardi, Matheus Peytralis, Jo. Peytralis, Ja. Paqueti, Ja. Nergaz, Dy. Bidelli, Sy. de Ripa, Ja. de Mara, Ja. Ruphi, H. Grossi, P. Vignioli, Ja. Ledorier, P. Mareschalli, R. Dorsier, P. Gachet, Jo. Lombardi, P. Mermodi, Guigo Locheti, Jo. Troliet, Jo. Novelli, F. Macri, Jo. Peccolat, Exerton pelliparius, Clasquin pelliparius, Ste. de Putheo, G. Mourier, Ansermetus de Plathea, P. Malagnodi, Arnaudus Dares, consilliarii de L^ta^.

In quoquidem consilio fuit expositum qualiter n. Amedeus de Peymes sensit quod dominus noster Gebenn. episcopus descenderet ad concordium, dummodo se intelligatur, videlicet quod fiat sibi donum.

Fuit ordinatum quod domini mei sindici et commissarii deputati presentent quatercentum florenos et c. ab extra domino Ranversi, item et xx^ti^ n. de Expagnaco, pro pena habita tractando, dummodo fiat declaracio petita, alias non.

Eadem die, in domo Versonex.

N. Monthyonis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini; — Versonex, Orsieres, Emerici, Jo. de Liga, Dy. Bidelli, G. Fabri, Gavit, Nanto, Perrodi.

In quoquidem fuit expositum domino Ranversi, qui tunc presens, pauperitas communitatis et qualiter leva ultimate facta non solvitur, actenta pauperitate burgensium, supplicando domino Ranversi quatenus recomandatam haberet communitatem et requiret pro eadem etc.

Qui dominus Ranversi, post multa verba, dixit quod fieri opportet quod dentur pro declaracione petita transeundo domino nostro Gebenn. episcopo vj^c^ scuta; deinde fuit ordinatum quod dominus Raversi haberet cc. scuta et n. Jaquetus de Expagnaco x.

(25) *Martis xviij maii,* in Domo communitatis in consilio ordinario et de L^ta^.

N. Monthyonis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Emerici, Crochon, Vaudo, Nanto, Regis, Jaqueti, G. Fabri, A. de Sancto Michaele, Cortagier, Dorires, Jo. de Liga, Dy. Bidelli, H. Perrodi, consilliarii; — H. Grossi, Marvalli, Paqueti, G. Gervasii, Emonini, Ja. Nergaz, R. Arnaudi, Durodus de Planis, B. Bernardi, Girardinus pelliparius, Ste. de Furno, Jaquetus Le Gras, M. Cugniardi, P. Malagniodi, Gacheti, Jo. Roberti, Ja. Ruphi, Vignioli, Ste. de Putheo, Janinus Bornand, Rey, Dorsier, P. Mareschalli perolerius, Jo. Lombardi, Jo. Malagnodi, de Plathea draperius, Exerton pelliparius, Gatilliardi, Perretus Chynuti, Ja. Le Dorier, P. Mermodi, Ja. de Mara, Novelli, Trolieti, G. Boverii, Chambaz, F. Macri, G. Locheti, Porralis, Arnaudus Dares, consiliarii de L^ta^.

In quoquidem consilio fuit expositum de materia jam superius sepe mencionata et qualiter domini mei sindici exposuerunt pauperitatem civitatis domino Ranversi et plura alia, sed opportuit descendere ad vj^c^ pro domino, c. pro domino Ranversi et decem pro Expagna scuta, et quod advideretur super premissis et de modo reperiendi.

(26) Quiquidem omnes superius nominati fuerunt contenti quod dentur quantitates premencionate, dummodo fiat declaracio alias allegata [1].

Deinde dixerunt quod emolumenta ville impignorentur tot temporis quod reperiatur quantitas neccessaria nec aliter consentirent, et quod recuperentur arragia; et sic recesserunt L.

In consilio ordinario eodem contextu tento.

[1] La déclaration par laquelle l'évêque Jean-Louis exempte ses sujets de Genève de lui fournir des logements pour ses gens, est datée du 22 mai 1473. Le 26 mars, l'évêque reconnaît avoir reçu à cette occasion, de la communauté, la somme de sept cents écus. Le registre de la taxe extraordinaire décrétée alors par le Conseil est aussi conservé. Archives de Genève, *Pièces historiques,* n^os^ 688, 689, 688 bis.

Fuit ordinatum quod cridentur ale et introitus bocetorum, adeo quod fiat juridice pro reperiendo quantitatem neccessariam de qua supra.

Mercuri xix maii, in Domo Communi et consilio, in quo L^ta^.

N. Monthyonis, Ravinelli, Cavuycini, Quarrerii, sindici; — Orsires, Gavit, Jo. de Fogia, Jaqueti, Dorires, Braseti, Emerici, Dy. Bidelli, Jo. de Liga, Perrodi, consilliarii et commissarii; — Guacti, Jo. Philipini, Porralis, Novelli, Jo. Ruphi, Marquet dorerius, Clasquin, F. Perrodi, Serasson, P. Chapellerii, A. Mistralis, H. Jaquant, Angellinus de Veles, P. Mermodi, Ja. de Mara, Jo. Roberti, J. Bellini draperius, R. Arnaudi, F. Macri, Velluti, Jo. Malagnodi, Perretus Chinuti, Bornandi, Ja. Ruphi, B. Rust, Ja. Nergaz, H. Grossi, P. Emonini, P. Guersi, Gonrardus de Turri, Girardinus pelliparius, M. Cugnardi, Jo. Meystrot, Exerton, consilliarii consilii de L^ta^.

(27) In quoquidem consilio fuit expositum qualiter somma neccessaria non potest reperiri, nec mutuo et nec eciam inpignorando emolumenta ville, et qualiter fuerunt preconizata ipsa emolumenta, sed venit ad obstendendum aliquid. Et quid fiendum?

Post multas altercaciones fuit ordinatum fieri una parva leva de mille et quingentis florenis tantummodo, et quod vocetur Bornandi, et quod pauperes mulieres vidue nec miserabiles persone non taxentur, et quod reperiantur xv centum floreni neccessarii per dominos meos sindicos ad interesse vel alias, sumptibus communitatis, et solventur de leva que exigi debeat breviter absque expensis frustratoriis.

Martis xxv maii, in Domo.

N. Monthyonis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, Crochon, Nanto, Vaudo, Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Fuit expositum per Ravinelli qualiter ipse exborsaverat magnam quantitatem argenti ad causam domini, qua nunc indiget pro faciendo viagium suum, requirendo illam sibi restitui.

Deinde fuit expositum qualiter tota quantitas neccessaria ad causam domini fuit reperta et soluta sine interesse, sed illam opportet restituere. Quid fiendum?

Fuit ordinatum procedere debere ad levam fiendam et ad exigendum illam et quod solvantur qui concesserunt quantitates.

Item fuit ordinatum quod Ravinelli accipiat quantitatem sibi debitam in loco in quo reperiri potuerit cum interesse, sumptibus communitatis.

Item fuit ordinatum cridari grecionos cum duobus denariis libra magna.

Martis prima junii, in Domo Communi et consilio ordinario.

Monthyonis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, Lestelley, Ny. de Liga, Crochon, Nanto, (28) G. Fabri, Vaudo, A. Regis, Braseti, Jaqueti, Cortagie, Dorires, consilliarii.

In quo consilio fuit expositum per Ravinelli qualiter ipse cras intendit recedere in suis mercandiis, requirendo sibi restitui pecunias per ipsum nomine communitatis exborsatas etc.

Fuit ordinatum quod ipse accipiat tales pecunias in aliquo loco, sub interesse communitatis.

Perruqueti proposuit qualiter fuit creatus burgensis, precio cujus excessivo sibi graciam fieri.

Fuit ordinatum quod caveat antequam liberetur ab arresto.

Item Johannes Palacii equidem.

Egregius Aymo de Lestelley fecit relacionem computorum, ut in rotulo apparet.

Martis octava junii, in Domo Communi et consilio ordinario.

N. Monthionis, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, B. de Sancto Martino, Bona, Lestelley, Crochon, Achardi, Sancto Michaele, G. de Peymes, Nanto, A. Regis, Jaqueti, Cortagier, Dorires, consilliarii.

In quo consilio fuit expositum qualiter admodiator bocetarum vini nititur exigere pro malvastico ultra formam assuetam.

Fuit ordinatum quod deliberacio et ordinacio jam alias super hoc facta servetur.

Item fuit ordinatum quod nichil detur pro lictera macellariorum sed obmictatur ita.

Item fuit expositum qualiter Troliet est incarceratus et quod ponatur ad solucionem, videlicet ad x florenos pro quolibet anno etc.

Fuit ordinatum quod, dummodo caveat ydonee, quod admictatur ad xx^ti florenos pro quolibet anno et quod solvat c. florenos.

|| Mandatur solvi Ay. de Lestelley quantum in rotulo. ||

|| Fuit creatus burgensis Johannes de Petra, carpentator, pro vij florenis et uno selliocto, Sancte Crucis. || — *(B.)*

|| Item et Petrus Johannes Guaydon, lathomus, parrochie Beate Marie Nove, pro vij florenis et una colovrina. || — *(B.)*

Veneris [*un*]*decima junii,* in Domo Communi.

N. Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Humbertus de Bona, Cortagiez, Dorires, Gavit, consilliarii.

(29) Fuit ordinatum exigi leva et quod exactores caveant ydonee.

Martis xv junii, in Communi Domo et consilio ordinario.

N. Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, Michaele, Bona, Lestelley, Crochon, Nanto, Vaudo, G. de Peymes, G. Fabri, Jaqueti, Cortagier, Dorires, consiliarii.

In quo fuit expositum per soudanum qualiter ipse compellitur per exactorem intratus bocetorum ad solvendum, licet non teneatur.

Exequatur nisi doceat aliter de aliqua ordinacione super hoc facta.

|| Mandatur solvi Johanni de Fogia duos florenos pro mercede minutarum per ipsum factarum de licteris dominicalibus ad causam logiamentorum et alias prout in rotulo. ||

Ordinatur dari domino Camere quatuor magnas ydreas ville repletas vino rubeo et albo de Beaumont.

Item Clemencia de Lausanna fuit facta et ordinata regina filiarum.

G. de Quarro tradidit rotulum etc.

Commictitur Monthyonis, Cavuycini et Lestelley.

|| Fuit creatus burgensis Jullianus Franczon, sutor, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis et uno selliocto. || — *(B.)*

Martis xxij junii, in Domo Communi, consilio ordinario.

N. Carrerii, G. Cavuycini, sindici; — P. Gavit, B. de Sancto Martino, Orsires, Bona, Crochon, Lestelley, G. de Peymes, G. Fabri, Vaudo, Nanto, Jaqueti, Cortagiez, Dorires, Regis, consilliarii.

In quoquidem consilio fuit expositum per Bartholomeum Rust, experonerium, quod Franciscus Perrodi nititur aquam sue domus labi

facere per carreriam per unum conductum, in sui et tocius vicionorii (?) prejudicium, requirendo provideri.

Vis[it]etur locus per sindicos.

(30) Item fuit expositum qualiter fatuus de Eysello verberavit matrem de Ponte. Provideri.

Ordinatur fieri unum manipulum cum una cathena et sibi ponatur.

Item fuit expositum qualiter conductus aque existens in Fusteria subjacet periculo. Advideri, actento quod fiunt aste.

Commictitur Girardo de Fogia et Quarrerii quod reparare faciant.

Item Bartholomeus Rust, Jo. Malagniodi, Jaquetus Legras, Philipini, Bocardi macellarius, Symondus de Ripa, P. Bidalis, relicta Grossi, heredes Ste. Girardi, Cucheti, Ny. Vallet, Jo. Ruby, Guillelmus Cadodi, Janinus de Mara et plures alii exposuerunt qualiter fuerunt nimis excessive taxati. Provideri.

Ordinatur convocari consilium ordinarium iterum ad unam horam post meridiem presentis diei.

Martis penultima junii, in Domo Communi.

N. Monthyonis, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — Orseriis, G. de Peymes, Lestelley, G. Fabri, F. Crochon, Nanto, Braseti, Jaqueti, Vaudo et Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

Fuit ordinatum quod prosequatur rigide causa infirmorum lazarorum et quod in visitacionibus fiendis semper intersint duo sindici.

Dominus Jo. de Saxo doctor, Girardus Consilii et relicta Petri Galliardi fuerunt conquesti eo quod compelluntur pro alia leva doni per ante facti domino nostro Gebenn. episcopo, pro revocando imposiciones novas.

Ordinatur quod omnes solvant tam doctores quam franchi.

Item Johannes Porterii, dominus F. de Veyriaco, pro illis de carreria Verdana, Tombeti chapellerius, Bartholomeus Fillanceti, (31) Fassoret et plures alii conqueruntur eo quod nimis fuerunt taxati.

Ordinatur quod solvant juxta taxam factam.

Martis sexta jullii, in Domo Communi.

Nobiles Monthyonis, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — Orseriis,

Gavit, Lestelley, Crochon, G. de Peymes, G. Fabri, Nanto, Vaudo, Cortagiez, Braseti, Regis, Jaqueti, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consiliarii consilium ordinarium tenentes et facientes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter Borgerii se jactat quod non solvet talliam presentem nec precedentem.

Ordinatur quod solvat et quod pignoretur.

Item fuit expositum quod magister Guerbinus Cruse dicit quod exentus [est] de tallia.

Ordinatur quod supersedeatur de exigendo ab eodem.

Item Nycodus Joly exposuit qualiter cecus et senex.

Item Braczardi exposuit quod sindici ipsum quictaverunt de tallia precedente.

Ordinatur quod omnes solvant.

Item n. Jo. de Fonte qualiter excessive taxatur.

Item Jo. de Rupt.

Item Jo. de La Post.

Ordinatur quod solvant.

|| Mandatur solvi R. Arnaudi duos florenos pro locacione sui equi dum fuit missa ambasiata in Friburgo. ||

|| Mandatur solvi Hugonino Barberii unum florenum pro stipendiis presentis mensis. ||

|| Mandatur expediri sex florenos regi arbalesteriorum pro hac vice, pro faciendo unum precium. || — *(Levatum.)*

Ordinatur quod scossoni bladi apportent diebus Sabbacti in ala de eorum blado ad vendendum justo precio.

Item Mermodi exposuit qualiter ipse compellitur pro debitis patris et qualiter non est heres.

Ordinatur quod non compellatur, actento quod non est heres et actento quod fuit ipse filius taxatus.

N. Amedeus de Peymes exposuit qualiter domus sua et domus juxta minantur ruynam, quod advideatur, protestando etc.

(32) *Die dominico undecima jullii,* in ecclesia Beati Petri Gebenn.

N. Monthyonis, Cavuycini et Quarrerii, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino, Orseriis, Bona, Jo. de Fogia, P. Jaqueti et consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium tenentes.

Fuit expositum in ipso consilio qualiter officiarii et gentes domini nostri Gebenn. episcopi faciunt plura scandalla et plures novitates, capiendo burgenses ultra formam franchesiarum, de dando minas vigilibus de nocte, de verberando burgenses et de quodam qui fuit mortuus etc.

Ordinatur fieri nomine communitatis una supplicacio que porrigatur primo in capitulo eoque se adjungant, si velint, deinde in consilio episcopali, et quod juxta deliberacionem consilii procedetur ad reliqua etc.

Martis xiij jullii, in consilio ordinario in aula Anthonii Hospitis tento.

N. Monthionis, Carrerii et Cavuycini, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino, Bona, Nanto, Vaudo, Jaqueti, Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici consilliariique consilium ordinarium tenentes.

Girardus Bajolaz se obtulit esse vigil et quod efficiatur burgensis, cum pacto quod burgensia solvatur super juribus suis.

Remictitur ad Veneris.

Bartholomeus Vincencii exposuit qualiter receptor ipsum monuit pro tribus florenis; petit recompensari labores per ipsum subtentos, audiendo computa.

Ordinatur quod, actento non fuit deputatus parte sindicorum, quod solvat absque recompensacione.

Quia dominus Ranversi requisiit quod Dartasia non solvetur de sua leva preter sex grossos, ordinatur quod non solvat preter sex grossos.

Visa supplicacione Francisci Clerici, commictitur de Fogia et de Furno quod concordent cum eodem, accipiendo prevalenciam ollarum etc.

Item fuit expositum parte Vindreti qualiter receptor ipsum compellit ad solvendum duos florenos pro leva precedente, et sibi fuit datum quia quictatus pro quatuor florenis quos solvit realiter. Videatur registrum Rogeti qualiter fuit quictatus.

Et proposito per Fratres Observancie de conventu monialium fiendo, quod fiant eis per consilium lictere placitorie in scriptis, presentando bullas et licteras placitorias domini episcopi[1].

[1] Il s'agit de la fondation du couvent de Sainte-Claire à Genève. Voir

Quia non constat de consensu burgensium et sindicorum in bulla mencionata, ordinatur quod responsio non fiat nisi cum magna deliberacione.

(33) *Martis xx jullii,* in domo Hospitis.

Nobiles Monthyonis, Ravinelli, Cavuycini et Quarrerii, sindici; — venerabilis B. de Sancto Martino, Orseriis, Gavit, Bona, G. de Peymes, Sancto Michaele, Nanto, Regis, Vaudo, Dorires, Jaqueti, Cortagiez, Lestelley, Braseti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

Hugoninus Burdeti et plures alii, numero iiii^{xx} vel circa, exposuerunt qualiter fuerunt nimis taxati. Provideri.

Ordinatur quod omnes solvant juxta taxam et quod amplius non audiantur.

Frater Roletus Ruphi, confessor sororum conventus Chamberiaci, et frater Janinus Tybracini exhibuerunt bullam et assensum domini episcopi, exponendo quod fiat eis una lictera placitoria in scriptis, ad construi faciendum ordinem sororum in hac Gebenn. civitate.

Fuit facta responsio quod domini mei sindici non credunt quod unquam supplicaverunt domino nostro Pape, ut in bula cavetur, et quod intendunt aliqualiter dare consensum in scriptis, sed si velint facere, faciant de ipsorum auctoritate si velint. Fuerunt facte protestaciones hinc inde ut recepi, ad quas me reffero.

Veneris xxiij jullii, in ipsa domo.

N. Monthyonis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Bona, Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

|| Fuit receptus in burgensem et vigil Girardus Bajolaz qui juravit etc., precio vij florenorum et uno selliocto. || — *(B.)*

Item n. dominus de Sergier, miles, exposuit quod fratres sui hospites sunt taxati excessive etc.

Deducitur unus florenus ad requestam domini de Sergiez.

Ad.-C. Grivel, *Notice sur l'ordre religieux de Sainte-Claire et sur la communauté des Clarisses de Genève,* à la suite du *Levain du calvinisme,* éd. Genève, 1865, p. 267-293.

|| Item Fortinus Forcadaz, pelliparius, parrochie Magdalenes, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

|| Item Petrus de Mediolano, sollionarius, parrochie Sancti Gervasii, fuit receptus precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

Item fuit facta substitucio in forma in presencia Jacobi Chabodi et Roberti de Cresto, Dorires et Cortagiez.

Fratres superius nominati iterata vice exposuerunt quod ipsi non intendunt petere consensum petitum ad onerandum civitatem et volunt ac se offerunt apponere clausulas etc.

Ordinatur nichil fieri absque majori deliberacione etc.

(34) *Martis xxvij jullii,* in domo magistri cantoris.

N. Monthyonis, Cavuycini, Quarrerii; — Sancto Martino, Orsires, Gavit, Sancto Michaele, Lestelley, Nanto, Dorires, Peymes, Braseti receptore.

Mercuri xxviij jullii, in domo heredum Servionis.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, Sancto Michaele, Jaqueti, consilliarii.

Quiquidem sindici consilliariique consilium ordinarium tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter n. Aymo de Versonex sensit a domino Ranversi quod dominus noster Gebenn. episcopus transiet licteras macellariorum, dummodo sibi dentur l^{ta} scuta etc.

Quia sunt pauci consilliarii pro deliberando super premissis, fiat responsio honesta quod, Martis futura, talis exposicio ponetur in consilio ordinario, in quo intererunt omnes consilliarii, et secundum deliberacionem illius procedetur, alias non.

Martis tercia augusti, in domo Hospitis et consilio ordinario.

N. Monthyonis, Ravinelli, Carrerii et Cavuycini, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, Lestelley, Ny. de Liga, G. de Peymes, Nanto, Vaudo, Cortagiez, Dorires, Regis, Braseti receptor, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit tradicta lictera missiva dominis meis sindici[s], nomine com-

munitatis, parte illustrissime domine nostre duchisse. Que apperta et lecta extitit coram omnibus, que reffert quod dominus Bellimontis de Dyvona debet facere et recitare credenciam nonnullam in consilio; deinde fuit dictum quod illam (35) credenciam veniet refferre in consilio convocando in domo habitacionis Ravinelli, hora vesperorum presentis diei, uti sic requisiit idem dominus Bellimontis.

Ordinatur convocari consilium ordinarium in dicta domo pro tali credencia audienda.

Bartholomeus Vincencii tradidit supplicacionem continentem quod labor per ipsum impensus, visitando et videndo computa R. Arnaudi et de Fogia cum certis suis collegis, sit sibi solutus seu quod intretur recompensando in leva sibi imposita etc.

Ordinatur quod, actento quod ipse voluit esse in talibus computis absque requisicione, cum non esset vis quod interfuisset, et actento quod omnes alii qui secum fuerunt in tali visitacione computi nichil habuerunt, quod nichil habeat, sed quod solvat juxta taxam etc.

Item fuit ordinatum quod Canyolaz non solvat de leva nisi quatuor florenos.

Item et equidem Fris, alemanus, preter quatuor florenos.

Item fuit in ipso consilio expositum quod illi de Burgo venire intendunt in nundinas presentis civitatis et dimictere nundinas Lugduni, dummodo assequuretur ipsos de tute veniendo et presertim de marcha in eos concessa ad instanciam Mediolanorum et Lucencium etc.[1]

Ordinatur quod si ipsi velint habere copiam franczesiarum et licterarum concessarum, quod eis expediatur suis expensis, et inde faciant que voluerint facere, nec se ulterius intromictere.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter fuit dictis dominis meis sindicis locutum, ex parte reverendi domini nostri Gebenn. episcopi, quod si velint sigillare licteras macellariorum quod sigillabunt pro xl^{ta} scutis.

Ordinatur quod non sigillentur, sed quod prosequatur, justicia mediante, factum dictorum macellariorum etc. tantummodo.

Symondus de Ripa dedit licteras, videlicet quod dominus episcopus requirit quod sit exentus de tallia etc.

[1] Voir F. Borel, *Les foires de Genève au XV^{e} siècle,* Genève, 1892, p. 112 et *passim,* sur tout ce qui concerne le rétablissement des foires à Genève.

Ordinatur quod domini mei sindici loquantur, demonstrando qualiter somma leve non potest consequi et qualiter supplicata carent veritate in parte.

Item fuit ordinatum quod domini mei sindici post prandium vadant ad ponderandum panem et quod rigorose et justicia mediante agant contra patisserios.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter Baulleduc injuriatur sindicos et consilliarios.

Ordinatur quod domini mei faciant contra ipsum instanciam et quod faciant queremoniam contra ipsum etc.

Mandatur Carrerii quod tradat decem florenos quos recepit a Rossires, Petro Mastocti, lathomo.

|| Item fuit creatus burgensis Petrus Chapuysii, carpentator, habitator Sancti Gervasii, pro vij florenis et una collovrina, qui juravit. || — *(B.)*

Ordinatur quod exequatur exactio leve et quod nullus deinceps audiatur.

(36) *Hora vesperorum predicte diei,* in domo Servionis, in ordinario consilio ibidem congregato.

N. Monthyonis, Ravinelli et Cavuycini, sindici; — dominus B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, Nanto, Jaqueti, Braseti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

In quoquidem consilio fuit per dominum Bellimontis exposita credencia quam exponere tenebatur nomine illustrissime ducisse, in effectu continens quod ex parte dicte domine ducisse requisiit communitatem quatenus, si domina nostra ducissa indigeat gentibus armorum pro eundo contra illos de Valleys, quod communitas sibi subveniat gentibus armorum in bono numero et de artillieria presentis civitatis, prout egere intendit, cum limitrofia amoverint ipsi Valleysani in prejudicium patrie etc., et quod faciant bonum debitum, petendo responsionem fieri.

Fuit sibi responsum quod talis credencia poneretur in majori deliberacione consilii, deinde fiet sibi responsio.

Mercuri quarta augusti, in ecclesia Beati Petri et capella Sancti Michaelis, in consilio ordinario ibidem congregato.

N. Monthyonis, Carrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Sancto Michele, Ny. de Liga, Jaqueti, Braseti, Nanto, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum quid fiendum de et super credencia per dominum Bellimontis nomine nostre ducisse Sabaudie exposita.

Fuit ordinatum quod domini mei sindici illam vadant in brevi et presencialiter expositum domino nostro Gebenn. episcopo, adeo quod non sit de ea ingratus erga civitatem.

Quiquidem domini mei sindici illico se transtulerunt ad dominum nostrum Gebenn. episcopum sibique exposuerunt dictam credenciam benigniter.

Qui dominus dixit quod ipse advideret, dehinc responsionem daret etc.

(37) *Veneris sexta augusti,* in domo Hospitis.

N. Monthionis, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — Orsires, Bona, Lestelley, G. Fabri, Nanto, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio presentata et lecta quedam missiva lictera communitati per illustrissimam dominam nostram ducissam transmissa.

Deinde fuit ordinatum quod iterum die Martis proximo in consilio ordinario legatur, adeo quod maturius fiat responsio contentorum in eadem.

Martis decima augusti, in conventu Fratrum Minorum et consilio congregato ibidem.

Nobiles Monthionis, G. Ravinelli, Jo. Quarro et G. Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, Bona, Lestelley, Achardi, Ny. de Liga, Nanto, Vaudo, Regis, Cortagiez, Dorires, Peymes, consilliarii.

Quiquidem et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter non observatur aliquis modus bonus in processionibus.

Ordinatur quod scribatur aliquis bonus modus tenendus in processionibus, deinde obstendatur in capitulo et cum consilio capituli servetur.

Item fuit ordinatum in ipso consilio quod pannus emptus pro Fratre cambietur in meliori, videlicet in panno de Palpinian, et quod sibi ministrentur sua victualia honeste, dummodo manebit.

Item Nycolinus de Liga exposuit qualiter nonnullus de ordinario consilio ipsum imputavit erga Anthonium de Sancto Michaele, ex quo male contentatur et petit provideri.

Fuit ordinatum quod domini mei sindici loquantur cum de Sancto Michaele et petant ab eodem quis sibi dixit verba etc.

Item fuit ordinatum in ipso consilio quod doctores et monetarii qui nituntur litigare cum communitate ad causam leve pignorentur vigore licterarum dominicalium et quod non audiantur deinceps.

Item fuit ordinatum quod aula Domus Communis visitetur et quod Mastocti faciat que debebit.

Item fuit expositum de racemis apportatis in foro cum magna multitudine etc. Quid fiendum?

Fiat crida in forma etc.

(38) *Martis xvij augusti,* in domo Hospitis et ordinario consilio.

N. Monthyonis, Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, Peymes, Lestelley, Achardi, Liga, Fabri, Nanto, Vaudo, Regis, Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consiliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

In quoquidem consilio fuit expositum quod nonnulli burgenses, cives et habitatores presentis civitatis vendunt bladum tacite, in eorum domo et in ipsorum grangiis, mulieribus et aliis forensibus.

Fuit ordinatum quod deinceps qui voluerit vendere bladum vendat in plateis ordinatis et non alibi.

Item fuit ordinatum quod cossoni nemorum deinceps teneantur infra octo dies vacuare portum, sub pena perdicionis nemorum, applicando pauperibus hospitalium.

Commictitur Cortagiez quod exequatur dicta ordinacio, nomine civitatis, contra omnes.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter Gonrardus de Turri Persa detinetur in Insula pro re criminali et castellanus non remictit ipsum.

Item et equidem quamdam nominatam Guillemetam.

Ordinatur quod domini mei sindici debeant facere castellano requestam, quod si pro crimine detineantur quod remictat, et si pro civili quod abire permictat ipsos mediante caucione; et de ipsa requisicione petant licteras testimoniales.

Item fuit expositum qualiter medicus de Friburgo fuit detentus in Insula pro re criminali et quod castellanus ipsum liberavit. Fuit ordinatum quod sibi castellano petatur ipsum medicum uti criminosum.

Item fuit expositum qualiter Anse Bagniet conqueritur eo quod fuit positus in leva. Ordinatur supersedi donec sciatur an vendat diebus omnibus etc.

Eadem die, in castro Insule post prandium.

N. Monthyonis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, Sancto Michaele, Bona, Lestelley, G. de Peymes, (39) A. Achardi, Ste. Achardi, Liga, G. Fabri, P. Magnini, Nanto, Dorires, Regis, Privissini, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes etc.

In quoquidem consilio fuit expositum qualiter quidam servitor Guillelmi patisserii hodie in foro publico emit septem octanas frumenti, absque quod voluerit dividere burgensibus petentibus et licet jam in domo sua habere[t] plures quam lx octanas dicti frumenti ipse Guillelmus.

Et ulterius quod, dum domini mei sindici habuerunt queremoniam de dicto frumento empto, quod ipsi se transtulerunt ad domum dicti Guillelmi et visitaverunt totum suum frumentum, deinde quod ponderaverunt panem in domo sua compertum in forma, sed quod quidam ex servitoribus domini Ranversi supervenit cum ense detecto, sindicos injuriando et deinde eis minas dando de dando eis malum diem etc. Quid fiendum?

Fuit ordinatum quod frumentum emptum ponatur in foro venali.

Item quod Guillelmus pugniatur eo quod non facit panem ydoneum secundum juris disposicionem, ipsum privando per tempus ordinatum vel alias prout justicia ordinabit.

Item quod totum presens consilium presencialiter ire teneatur ad dominum Ranversi, ad sibi dicendum qualiter dictus suus servitor minas intulit dictis dominis meis sindicis, petendo justiciam etc.

Item fuit ordinatum quod iterum requiratur castellanus quod remictat Gonrardum et Guillemetam seu abire permictat juxta mentem franchesiarum, et de requisicione petatur lictera testimonialis.

Quequidem requisicio fuit facta et de eadem petita a me de Quarro lictera testimonialis, sed castellanus respondit quod ipse ceperat Gonrardum de mandato domini nostri Gebenn. episcopi, nec esset audax ipsum relaxandi nec remictendi donec habeat in mandatis etc., presentibus quibus supra.

Item fuit notifficatum dicto castellano qualiter dictus servitor domini Ranversi minas intulerat dominis meis sindicis, quod ministraret justiciam.

Qui castellanus respondit quod fuit sibi inhibitum per dominum nostrum episcopum quod ipse non se intromictere auderet de suis servitoribus, quoniam pertinebat domino hospicii pugnicio servitorum.

Mandatur Jacobo Dorerii, receptori leve, quod intret Johanni Philippini decem octo grossos, in deducionem mandati etc. et leve sibi noviter imposite.

|| Mandatur solvi Ravinelli xl florenos quos solvit quarroneriis in deducionem tachii etc. ||

|| Mandatur receptori quod solvat decem florenos Ravinelli pro v ulnis pagni dati fratri Jambon. ||

(40) *Veneris xx augusti,* in domo || Hospitis, in consilio ordinario || Ny. de Liga.

N. Monthyonis, Ravinelli, Carrerii et Cavuycini, sindici; — Orsires, Bona, Lestelley, Nanto, Liga, Fabri, Dorires, Cortagiez, A. Achardi, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter hodie ante prandium Jani-

nus Bornandi congregavit plures gentes, in quarreria Alarum hujus civitatis, coram quibus dixit jamdictis Ravinelli, Carrerii et Cavuycini, consindicis ibidem presentibus, quod taxa leve noviter imposita ascendebat ad duo milia florenos, pluri salvo, offerendo se daturum de eadem mille scuta, dummodo sibi cederetur actio illam exigendi et caveret ydonee ipsos solvere hinc ad proximas nundinas etc. Quiquidem consindici sibi dixerunt quod advideret, quoniam non ascendebat ad tantam sommam, et tunc ipse Bornandi semper instavit quod sibi cederetur ut supra talis actio, loquendo tacite, hinc et inde dicendo quod ipsi sindici non essent audaces premissa requisita facere, quia bene sciebant valorem illius, et dicendo multa verba inhonesta etc. Et quod apost ipsi sindici, actentis premissis, ad magnam instanciam dicti de Bornando, talem actionem ipsi de Bornando cesserunt et remiserunt pro et mediantibus mille scutis, ad evitandum murmur gencium, et fuit receptum instrumentum per G. de Fogia in majori forma. Et adimplendo premissa per ipsos sindicos, ipsi deposuerunt penes Ny. de Liga registrum et rotulos ipsius leve ad instanciam dicti de Bo[r]nando, donec dictus de Bornando caucionem de solvendo prestitisset, insequendo tenorem dicti instrumenti, qui convenit cavere per duos bonos et ydoneos fidejussores. Et ulterius proposuerunt quod apost dictus de Bornando cavit premissa per unum Florentinum in bona forma, ponendo premissa in deliberacione et quid fiendum erit. Quiquidem consiliarii ac dictus Monthionis consindicus, auditis premissis, ipsi illico approbaverunt omnia per dictos sindicos peracta et cessa.

Deinde dictus Bornando venit in ipso consilio, narrando qualiter jura leve fuerunt sibi cessa pro et mediantibus mille scutis et qualiter convenerat cavere per duos fidejussores, sed non reperiebat preter illum per quem cavit, requirendo se admicti etc. Quo audito, dicti domini mei sindici, in presencia dictorum consilliariorum et in dicto consilio, narraverunt qualiter ipsi adimpleverant dicto de Bornando que tenebantur, requirendo sibi quod similiter faceret et qualiter consilium ratifficaverat etc. Alias protestabantur contra ipsum de suis dampnis, injuria etc. Dictus de Bornando protestatus fuit quod ipse erat presto recipiendi librum et rotulos etc. Fuit deinde per consilium ordinatum quod, lapsa presenti die, dicti domini mei sindici dictum de Bornando et suum fidejussorem, justicia (41) mediante, compellant ad implendum per

ipsos premissa et persequantur rigide. Acta fuerunt premissa in presenciis Petri Vignioli, Roberto de Cresto et Jacobo Chabodi, testibus.

Item fuit propositum de pane levato quid fiendum.

Ordinatur dari pauperibus, insequendo consuetudines et cridas.

Lune xxiij augusti, in domo Hospitis.

N. Ravinelli, Carrerii et Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, Liga, Fabri, Nanto, Vaudo, Braseti, Dorires, consiliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum quod aliter exaccio leve fuit cessa Bornandi et quod debebat cavere per duos fidejussores et non fecit, nisi per unum. Quid fiendum?

Ordinatur quod sindici persequantur rigide dictum de Bornando et ejus fidejussorem, justicia mediante, nichilominus quod dicti sindici, associati quibus placuerit de consilio, antequam ire teneantur ad dominum Ranversi, sibi narrando veritatem de casu subjecto et voluntatem consilii ordinarii pro conplacendo.

Item fuit expositum de detentis in Insula, videlicet de Gonrardo et de Guillemeta etc.

Fuit ordinatum quod dicti sindici debeant illos petere remicti, juxta alias ordinata.

Martis xxiiij augusti, in domo Hospitis.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, Lestelley, Peymes, Ste. Achardi, Nanto, Vaudo, Braseti, Regis, Dorires, Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter dominus Ranversi misit quesitum Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, et inhibuit ipsis, sub penis excommunicacionis et indempnitatis, ex parte domini nostri, ne deinceps utantur instrumento Janini Bornand, sed revocent, licet sindici ipsi sibi tunc narraverunt veritatem contentorum in ipso instrumento et qualiter fuit processum. Quid fiendum?

(42) Item qualiter ipsi sindici requisierunt dictum dominum Ran-

versi quatenus eis remicteret, juxta mentem libertatum, uti judicibus causarum criminalium, Gonrardum et Guillemetam, ut justicia ministretur, si pro casu criminali detineantur, et si pro civili quod caucione mediante liberentur, et quod observaret suum juramentum. Sed respondit quod dominus fecerat capi Gonrardum pro certo casu criminali tangente personam domini nostri et quod volebat habere informacionem ante remissionem. Quid fiendum?

Item qualiter Janinus Bornandi detegit consilium, commictendo perjurium et penam legis, quando dixit in ipsorum presencia quod Quarrerii taxaverat omnes etc. domino Ranversi et plura alia. Quid fiendum?

Item qualiter Bauleduc injurias intulit sindicis et consilio ordinario et qualiter sindici, privatis nominibus, erant intencionis persequi ipsum. Quid fiendum?

Item quod dictus Raversi est intencionis capere in penas omnes qui ibunt ad nundinas , durantibus nundinis presentis civitatis. Quid fiendum?

Ordinatur quod notifficetur caute mercatoribus qui sunt assueti ire ad dictas nundinas, quod advideant.

Ordinatur super aliis casibus convocari ad horam primam post meridiem consilium in domo Fratrum, in quo convocentur dominus de Excorens, n. de Sergier, de Sacunex et P. Lugrino, et quamplures burgenses presentis civitatis, et quod juxta deliberacionem illius procedatur in dictis casibus.

Eadem die, in conventu Fratrum Minorum.

Nobilis Monthionis, Ravinelli, Carrerii et Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, Sancto Michaele, Achardi, G. de Peymes, Fabri, Braseti, Dorires, Cortagiez, G. de Fogia, consilliarii; — n. et potens dominus de Excorens, n. Johannes de Sergiez, n. Guillelmus de Saccunex, n. P. de Lugrino, dominus Jo. de Saxo doctor, dominus Jo. Magnini, Jo. Meystrot, Dy. Bidelli, H. Grossi, Arlo, Ansermetus de Plathea, Ja. Ruphi, P. Vignioli et Ste. Peccolat, domini et burgenses vocati.

Quiquidem domini mei sindici, consilliarii, domini, nobiles et burgenses consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

(43) In quoquidem consilio fuit expositum qualiter dominus Raversi fecerat inhibiciones, de quibus jam supra fit mencio, ultra juris formam, eis denegando fieri justiciam, quod cedit in grande prejudicium tocius communitatis et remanerent onerati sindici et consilium. Quid fiendum?

Item equidem de facto injuriarum illatarum per Bauleduc, narrando omnia superius jam registrata.

Item de detentis, narrando totum processum et formam franchesiarum.

Ordinatur in ipso consilio quod sindici et consilium ordinarium ibidem presens vadant ad dominum Ranversi presencialiter et narrent omnia honeste, petendo justiciam sibi ministrari super omnibus prenarratis et quod justicia mediante prosequantur rigide, et quod dominus Ranversi requiratur de observando libertates.

Dominus de Excorens et alii nobiles prenominati se obtulerunt quod se reperirent quando sindici erunt et demonstrabunt eidem domino Ranversi veritatem, et taliter quod factum bene se habebit.

Eodem contextu jamdicti domini mei sindici omnes, n. de Orsires, Gavit, Sancto Michaele, Braset, Achardi, se transtulerunt ad dominum Ranversi sibique exposuerunt humiliter premissa sibi commissa, petendo inhibiciones revocari et ipsos admicti ad justiciam.

Qui dominus Ranversi respondit primo, quod ad instrumentum tangens Janinum de Bornando et ejus fidejussorem, occasione cessionis jurium leve, quod dominus noster episcopus vult totis viribus quod revocetur et quod quictetur fidejussor, se offerendo justiciam ministrare de Janino de Bornand, si offenderit juridice.

De detentis vero, quod dominus ordinavit capi et ipse non habet potestatem relaxandi nec aliter faciet, donec sumptis certis secretis informacionibus contra Gonrardum, et quod sumptis fiet justicia etc.

Mercuri xxv augusti, in domo Hospitis.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, B. de Sancto Martino, Nanto, Fabri, Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum per Gavit quod ipse sensit a domino Ranversi quod dominus noster Gebenn. episcopus consenciet quod mi-

nistretur justicia de Janino de Bornando et ejus fidejussore, revocando inhibiciones etc., dummodo sibi dentur L^ta^ scuta et decem ab extra.

Ordinatur et commictitur dicto Gavit quod tractet erga dictum dominum Ranversi, et, ubi fuerit neccesse, quod premissa exposita habeant locum et quod offerat nomine communitatis se daturum domino nostro Gebenn. episcopo L^ta^ de debito debito communitati per dictum de Bornando et decem ab extra, equidem de dicto debito, quamprimum persolvetur solvendum.

(44) *Martis ultima augusti,* in domo Hospitis et consilio ordinario.

N. Gavit, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, Liga, Achardi, Nanto, Vaudo, Braset, Regis, Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter fuit porrecta supplicacio in facto Janini de Bornando domino nostro Gebenn. episcopo et nundum obtenta provisione. Quid fiendum?

Ordinatur quod solicitetur quod obtineatur super dicta supplicacione porrecta provisio(ne), deinde juridice prosequatur, tamen, antequam prosequatur, ponatur in deliberacione consilii etc.

Item Johannes de Aveneriis exposuit qualiter est ex franchis presentis civitatis et qualiter compellitur ad solvendum levam, in prejudicium sue libertatis et franchesie. Provideri.

Ordinatur quod solvat, ita tamen quod domini mei sindici sibi graciose in exitu consilii narrent narranda.

Item fuit expositum qualiter nonnulli nituntur vendere vinum novum cum tribus denariis.

Ordinatur fieri crida quod non vendatur nisi cum duobus denariis etc.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter duo fratres Observancie, qui nituntur edificare facere in presenti civitate unum conventum monialium, coram eorum judice apostolico nituntur transire eorum factum, et qualiter domini de capitulo nolunt consentire, sed cras intendunt coram ipso judice facere protestacionem contra ipsos fratres. Quid fiendum?

Ordinatur quod cras equidem domini sindici teneantur ire coram dicto judice et protestare in bona forma qualiter supplicacio porrecta per ipsos fratres domino nostro Pape carebat veritate, quia sindici nunquam supplicaverunt nec fuerunt intencionis supplicare, et quod non consenciunt quod fiat, ac alias protestaciones intendunt fiendum etc.

Martis septima septembris, in domo Hospitis.

Nobiles Monthionis, Cavuycini, sindici; — Sancto Martino, Orsires, Lestelley, Peymes, Liga, (45) Fabri, Nanto, Vaudo, Regis, Cortagiez.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter Johannes Velluti posuit juxta menia civitatis suum furnum, destruendo menia civitatis.

Ordinatur quod amoveat.

Item Mermetus, fornerius ville, exposuit qualiter furnus vastatur eo quod non videtur in eodem et taliter quod admictit parrochianos.

Ordinatur visitari immediate post consilium, deinde refferri ad Martis.

Item fuit dictum in ipso consilio quid fiendum in facto Bornandi, narrando qualiter extitit processum.

Ordinatur fieri protestacionem in bona forma contra dictum Bornandi et ejus fidejussorem, deinde recipere libros et quod procedatur ad exactionem leve, ut prius.

Item fuit in ipso consilio expositum quid fiendum de lictera macellariorum et qualiter domini mei senserunt quod si non sigilletur quod communitas non obtinebit a domino quid voluerit. Quid fiendum?

Nichil fuit ordinatum, sed sic remansit.

Martis xiiij septembris, in domo Hospitis.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Liga, Fabri, Nanto, Vaudo, Peymes, Achardi, Regis, Dorires, Cortagiez, consiliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

In quoquidem consilio fuit tradicta missiva lictera parte domine nostre, in favorem monetariorum, que fuit lecta.

Fuit ordinatum quod rescribatur et quod portentur sentencie super hoc in favorem communitatis per venerabile consilium late contra alterum monetarium.

Item fuit porrecta alia lictera missiva parte domini Viriaci et lecta.

Fuit ordinatum quod communitas nec sindici non faciant aliquam partem, nec pro domino Viriaci nec contra ipsum, et quod domini mei graciose respondeant lathori lictere etc.

|| Fuit creatus burgensis n. Johannes Clerici, de Florencia, mercator, pro et mediantibus decem scutis, inclusis omnibus. — || *(B.)*

Item fuit ordinatum quod lancee et collovrine ac tractus communitatis penes cives existentes recolligantur et reponantur in Domo Communi ville certis de causis.

Item fuit equidem ordinatum quod deinceps porte ville claudantur hora nona, certis de causis.

(46) Item clavis porte Sancti Bernardi quam custodiebat Clareti fuit tradicta ad custodiendum Johanni Lombardi, excofferio, qui juravit in forma.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter protestaciones fuerunt facte contra Bornandi et ejus fidejussorem, uti fuerat ordinatum. Quid fiendum?

Ordinatur exegi leva ut prius.

Item fuit expositum qualiter Versonex et Johannes de Lonnes nolunt solvere levam, dicendo quod franchi.

Ordinatur quod solvant.

Item Franciscus Marchiandi, notarius, fuit assignatus ad Martis ad edocendum qualiter ipse est burgensis.

Item fuit expositum qualiter nonnulli petunt quod communitas eis abberget jus communitatis in Arva ad piscandum, seu admodiet.

Ordinatur nichil fieri sine deliberacione consilii domini nostri episcopi.

Veneris xvij septembris.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Nanto, Cortagiez, Dorires et Vaudo, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

|| Fuit creatus burgensis n. Marchus de Oliva, mercator, pro et mediantibus xij scutis, pro omnibus. || — *(B.)*

|| Item Johannes Lec, de Miden, alemanus, pelliparii, parrochie Sancti Gervasii, pro et mediantibus quatuor scutis et una collovrina. || — *(B.)*

|| Item Johannes Gerrouz, borserius, parrochie Beate Marie Nove, pro et mediantibus vij florenis et uno selliocto. || — *(B.)*

|| Item Johannes Bovyer, borserius, parrochie Sancte Crucis, pro et mediantibus vij florenis et uno selliocto. || — *(B.)*

Fuit in ipso consilio expositum qualiter Symonetus Le Tapissiez et Glaudius Savey, sub velamine domini nostri, nolunt solvere.

Concluditur quod solvant.

Item fuit expositum per n. Petrum de Gentoz qualiter Gonrardus detinetur in prejudicium libertatum, requirendo quod fiat debitum.

Ordinatur quod domini mei sindici, nonobstante responsione facta, semper prosequantur totis viribus liberacionem ipsius Gonrardi, juxta mentem franchesiarum.

Item n. Aymo de Versonex exposuit quod, qualiter ipse est liber, observat franchesias et, licet non teneatur, est contentus dare communitati pro hac vice tria scuta absque scriptis, et solvet in manibus Carrerii.

Janinus de Bornando exposuit qualiter pater suus fuit burgensis et ad verifficacionem, licet non reperiat licteram, producit Petrum Prepositi.

Qui Petrus Prepositi testificatus fuit qualiter uno semel tempore, quando erat clericus ville, Girardus Serralion (47) deposuit in presencia sindicorum tunc existencium et consilii ordinarii quod ipse tenuerat licteram borgesie patris dicti Bornandi, quatuor sigillis sigillatam.

Fuit dicto Bornandi facta responsio quod talis deposicio non prodest eidem de Bornando, et fuit sibi facta deffensio in forma; actamen fuit assignatus ad Martis proximam, exhibitum in ordinario consilio que voluerit et tunc sibi fiet responsio.

Martis xxj septembris, in domo Hospitis.

N. Monthyonis, Ravinelli, Carrerii, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Achardi, Peymes, Lestelley, Liga, Nanto, Fabri, Vaudo, Cortagie, Dorires.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes etc.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter Symondus Le Tapissier, Andreas Serraz, Jo. de Lonnes, Savey et plures alii non intendunt aliquid solvere de leva.

Ordinatur quod sindici et consilliarii vadant die Jovis vel Veneris proximo cum exactore et quod pignorentur omnes solvere recusantes.

Item fuit expositum qualiter patisserii et bolongerii faciunt parvos panes.

Fuit appertum quod si quilibet patisserius haberet unum pondus in domo sua et quod teneret in suo banco, adeo quod emere volentes panem ponderant si velint; quod nituntur facere pulcriorem panem et quod regula panis seu copie illius affigerentur per cadros civitatis assuetos facere cridas, adeo quod unusquisque videre valeat etc.

Ordinatur quod talis advisus exponatur in consilio episcopali et secundum ordinacionem illius fiat.

Ordinatur quod ponderetur panis per sindicos, ut moris est, in brevi.

Item fuit ordinatum quod visitetur locus immediate post consilium, videlicet in exitu edifficii de Versonex etc.

G. de Fogia tradidit rotulum, quo viso, mandatur intrari contenta in eodem.

Veneris xxiiij septembris, in dicta domo in consilio.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Nanto, consilliarii.

|| Fuit creatus burgensis Hugoninus de Nanto, marescallus, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis et sellocto. || — *(B. x.)*

Martis xxviij septembris, in domo Hospitis.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Peymes, Lestelley, Achardi, (48) Fabri, Nanto, Vaudo, Regis, Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter n. Aymo de Versonex nititur edifficari facere platheam communem per quam itur adequatum equos, existentem juxta domum abbergarie Trium Regum. Quid fiendum?

Item qualiter Gonrardus de Turri Persa semper detinetur, qui supplicat quatenus sibi justicia ministretur, minime requirendo graciam. Quid fiendum?

Ordinatur quod dicti duo casus exponantur in consilio de L., quod convocetur ad cras mane, et secundum consilium illius fiat, nichilominus quod domini mei sindici hodie se transferre debeant in consilio episcopali et narrare in eodem casum dicti Gonrardi et edocere de franchesiis, et petere licteras testimoniales de requisicione qualiter requiritur observari libertates et juramentum.

Item fuit expositum per n. de Expagnaco qualiter Savey est ex gentibus domini nostri episcopi et qualiter non tenetur solvere de leva et quod sibi restituantur pignora levata etc.

Fuit ordinatum quod ipse ac omnes alii solvant et quod pignora restituantur.

Theobaldus Penanberti narravit qualiter fuit taxatus ad tres florenos; petit intrari super quodam mandato quod exhibet. Ordinatur quod non intrentur, sed observetur ordinacio consilio super hoc facta.

Cortagiez et socii sui admodiatarii introgii vini porrexerunt supplicacionem, que supplicacio lecta, sed nichil fuit provisum.

Item Matellinus, carpentator, narravit qualiter fuit excessive taxatus; ordinatur quod solvat juxta taxam.

Jovis ultima septembris, in domo Hospitis, in consilio in quo L. fuerunt vocati, uti retulerunt Jacobus Chabodi et Robertus de Cresto, vigelles.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Crochon, Lestelley, Regis, G. de Peymes, Cortagiez, consilliarii; — G. Guacti, H. Grossi, Jo. de Fogia, F. Macri, Jo. Lombardi, P. Ciclacti, Jo. de Lumpnes, P. de Arlo, Perretus Chynuti, consilliarii consilii L.

Quiquidem sindici, consilliarii et consiliarii consilii de L., consilium de L. representantes.

(49) N. Aymo de Versonex exposuit qualiter porta existens subtus domum suam Trium Regum debet semper declausam remanere et ita fieri requirit.

Item exposuit ulterius qualiter antecessores sui in dicta domo abbergaverunt plateam juxta ipsam domum existentem prope pontem, quam intendit edifficare, et ulterius, juxta tenorem abbergamenti ac transsactionis quas exhibet, paratum se offerendo dimictere communitati habitaculum.

Jamdictis sindicis respondentibus quod ipsi sunt presti dimictere dicto

de Versonex quod suum est, dummodo non se extendat super commune.

Electis per Versonex et jamdictos sindicos de tamen consilio predicto, hoc salvo quod non fiat aliqua pronunciacio sine scitu consilii de L., videlicet dominis B. de Sancto Martino et Lestelley et Petrum Conodi, medicum, qui se transferre habeant post prandium super loco et appunctuent, deinde veniant relaturum sindici in consilio de L., antequam fiat pronunciacio.

Veneris prima octobris, in domo predicta.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — P. Gavit, Orsires, consilliarii.

Fuit ordinatum convocari ad hodie consilium de L. super facto de Versonex.

|| Fuit creatus burgensis Franciscus Medici, marescallus, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis et selliocto. || — *(B.)*

|| Item et Mermetus de Exerto, peyrolerius, parrochie Sancte Crucis, simili precio. || — *(B.)*

Mandatur intrari Girardo de Fogia, receptori, decem florenos quos realiter solvit magistro Petro Mastocti in consilio et quos confitetur in presencia Jacobi Chabodi et Roberti de Cresto.

Predicta die, hora secunda post meridiem, loco predicto.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Achardi, Peymes, Lestelley, Regis, Nanto, Cortagiez, consilliarii; — H. Perrodi, P. Guersi, R. Arnaudi, P. Ciclat, Jo. Meystrot, Chambaz, Exerton, Paqueti, Jo. Peytralis, H. de Ponte, F. Macri, V. Charavel, Jo. Lombardi, P. Marescalli, Ja. Ruphi, Porralis, G. Boverii, P. Gacheti, Gatilliardi, Pichon, Ansermetus de Plathea, Jo. de Fogia, consilliarii consilii de L.

(50) Quiquidem sindici, consilliarii et alii consilliarii consilii de L., consilium de L. tenentes et representantes, cum fuerunt rite vocati omnes ceteri consilliarii de L., uti retulerunt vigilles qui ipsos evocaverunt etc., videlicet Chabodi et R. de Cresto.

In quoquidem consilio fuit expositum qualiter n. Aymo de Versonex exposuit in consilio ordinario qualiter ipse pretendebat edifficari facere

platheam retro domum suam abbergarie Trium Regum, ex parte pontis Rodagni, hoc salvo quod intendebat dimictere communitati quod suum est, ad edifficandum receptaculum, juxta tenorem albergamenti, transactionis et jurium suorum que exhibuit et adhuc in manibus Lestelley ibidem presentis exhibet, petendo limitacionem fieri taliter quod ipse sciat quod suum est et quod se non extendat super commune.

Quibus abbergamento, transactione et alio abbergamento per dictum Lestelley lectis et lingua materna expositis, fuit ordinatum quod omnes se transferant presencialiter super loco differencie et quod ibidem limitetur jus communitatis et jus de Versonex, dimictendo unicuique quod suum est.

Quo loco visitato et oculari fide viso, auditis pluribus altercacionibus hinc inde factis, fuit ordinatum quod tres electi concordent et pronuncient, dummodo communitas pro suo jure habeat tercium platee existentis a domo Trium Regum usque ad domum , pro suo jure, et quod Versonex faciat fondamentum suis expensis et residuum communitas, convertendo ad usum et commodum communitatis etc.

Martis quinta octobris, in domo Hospitis.

N. Monthyonis, Ravinelli et Cavuycini et Quarrerii, sindici; — Orsires, Sancto Martino, Gavit, Peymes, Lestelley, Nanto, Fabri, Regis, Cortagiez, Dorires.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum de facto Versonex ad causam domus Trium Regum, de quo jam supra, et ipso consilio fuerunt lecta tria instrumenta in archa Sancti Petri reperta. Sed audito tenore ipsorum instrumentorum fuit ordinatum quod, secundum deliberacionem consilii de L. super hoc ultimate factam, videlicet quod platea de qua deceptatur tres in partes dividatur, deinde communitas unam habeat et Versonex ceteras duas partes pro bono pacis.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter Glaudius de Quarreria et plures alii litigant contra communitatem. Quid fiendum?

Ordinatur quod cause communitatis cum consilio peritorum rigide prosequantur sumptibus ipsius communitatis.

Item fuit in ipso consilio expositum per Brucelles, Hugonetum Grossi

et plures alios de Corrateria (51) qualiter nonnulle filie vite se tenent in ipsa quarreria, taliter quod honeste mulieres non sunt audaces in ipsa carreria manere. Provideri.

Ordinatur quod domini mei sindici loqui habeant cum hospitibus domorum in quibus manent ipse filie, videlicet quod admoneant ipsos eis notifficando qualiter incurrunt penam in franchesiis expressam etc.

Veneris octava octobris, in domo predicta.

N. Monthyonis, Ravinelli, Cavuycini, Quarrerii, sindici; — Orsires, Cortagiez, consilliarii.

|| Fuit creatus burgensis Matheus Tissocti, de Feygeriis, in terra Gaii, affanator, parrochie Sancti Germani, pro vij florenis et selliocto. || —*(B.)*

Martis duodecima mensis octobris, in domo Hospitis.

N. Monthyonis, Ravinelli, Cavuycini et Quarrerii, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsieres, Gavit, Peymes, Leystelley, Fabri, Nanto, Vaudo, Regis, Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

Fuit in ipso consilio porrecta et lecta missiva lictera parte illorum de Malignes, que tangit factum Johannis Ansermeti; sed quia nuncius non venit, nichil fuit super ipsa appunctuatum.

Item fuit in ipso consilio porrecta quedam supplicacio parte liberorum pocterii super pontem Rodagni, occasione leve. Solvant juxta taxam.

Petrus Cortagiez exposuit qualiter dum ipse admodiavit intratum vini, quod tractando admodiacionem quod sibi fuit facta convencio quod nichil solveret de instrumento, dummodo solveret tempore debito; nichilominus Girardus Rogeti petit sibi xxxviij grossos et certas expensas occasione dicti instrumenti; petit quod servetur indempnis.

Fuit appunctuatum quod ipse tradat unum ducatum et quod sindici tractent de residuo cum Rogeti, sumptibus communitatis.

Mandatur intrari G. de Fogia, receptori, somma in rotulo ad causam facium datarum in exequiis domini nostri ducis[1] et aliarum expensarum inde factarum, tam ad causam armorum quam dando illis qui tenue-

[1] Amédée IX, mort le 30 mars 1472, avait été enseveli à Verceil le 1er avril. Il s'agit sans doute ici d'un service commémoratif célébré à Genève.

runt faces, videlicet sommam xxij florenorum, v grossorum, ij denariorum.

(52) Mandatur intrari dicto receptori decem florenos quos libravit de mandato consilii in presencia omnium Petro Mastrocti, pro aguleta quam complet ultra tachium.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter heri sindici limitaverunt platheam de Versonex juxta ordinacionem consilii de L., nichilominus quod intellexerunt quod Versonex esset contentus dimictere unam parvam platheam juxta suam domum Trium Regum, pro eundo adequatum equos, dummodo claudatur ad evictandum boreas, et dummodo ipse Versonex edifficare possit super ipsam platheam pro suo usu.

Fuit ordinatum quod ordinacio consilii ordinarii et consilii de L. habeat locum super premissis, videlicet quod Versonex habeat suum et communitas suum, uti est limitatum.

Item fuit expositum qualiter sindici fuerunt loquti domino episcopo Vercellarum ac dominis cantori Gebenn. et thesaurario de facto monetariorum, et qualiter monstraverunt jura communitatis, et qualiter responsionem fecerunt benignam et quod advisarent dominam qualiter factum sequitur; nichilominus consilium dederunt quod eis traderetur copia ipsorum jurium, adeo quod uberius docere valerent de jure communitatis prelibatam dominam nostram et consilium ducale.

Item fuit expositum qualiter sunt per civitatem plures colovrine que subjacent periculo.

Ordinatur quod receptor illas recolligat festinanter, deinde ipsas reponat in Domo Communi.

Item fuit expositum qualiter artilieria presentis civitatis subjacet periculo eo quod non visitatur et quod reperiretur Ryombosson, qui est civis et expertus, pro illam visitando et manutenendo, salario moderato.

Ordinatur loqui cum eodem Ryombosson quid ipse vult lucrari pro ipsam visitando, deinde illam manutenendo etc.

Item frater Damesii, helemosinarius domini nostri Gebenn. episcopi, et M. Brando venerunt in consilio et exposuerunt qualiter dictus dominus noster intellexit quod dicti domini sindici litigant contra Bauleduc, occasione certarum [in]juriarum, requirendo ipsos sindicos ut se desistant, et jamdictus dominus noster in se vult accipere onus concordandi etc.

Fuit ordinatum quod domini sindici ire teneantur ad dominum nostrum et sibi narrare qualiter sequtum extitit et gravare causam, requirendo sibi quod permictat justiciam suam habere locum etc.

(53) *Veneris xv octobris.*

N. Monthyonis, Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — Orsires, Nanto, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

|| Fuit creatus burgensis Petrus Betemps, parrochie Sancti Nycolay de Villa, pro vij florenis et selliocto. || — *(B.)*

Martis xix octobris, in domo Hospitis.

N. Monthionis, Ravinelli, Cavuycini et Quarrerii, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Peymes, Bona, Lestelley, Achardi, Nanto, Vaudo, Regis, Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter artilieria presentis civitatis deffectu visitacionis subjacet periculo et quod Ryombosson, qui est civis, est bonus magister ipsam visitandi.

(54) Commictitur jamdictis dominis sindicis quod tractent cum jandicto Ryombosson quod ipse sit stipendiatus presentis civitatis, salario moderato, pro visitando dictam artilieriam.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter bladum semper cothidie incarat deffectu policie, cum cossoni bladi sint in causa etc.

Ordinatur quod sindici prosequantur rigide contra quos quibus intererit, et quod fieri procurent unam cridam quod nullus emat bladum nisi in platheis ordinatis et quod nullus emat bladum pro revendendo etc.

Martis xxvj octobris, in domo Hospitis.

N. et venerabilis B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Achardi, Lestelley, Nanto, Vaudo, Regis, Braseti, Cortagiez, Dorires, consilliarii; — nobilesque Monthionis, Ravinelli, Cavuycini et Quarrerii, sindici.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

(55) Fuit in ipso consilio expositum qualiter dominus Montiscanuti nititur querelare contra communitatem, ad causam Vernetorum vendi-

torum communitati per predecessores suos, et qualiter peciit copiam jurium communitatis, et qualiter copia transsactionis sibi fuit tradicta.

Ordinatur quod, antequam ad ulteriora procedatur, expectetur ejus responsio, deinde cum maturo consilio provideatur.

Item fuit expositum qualiter bladum multiplicatur in precio, deffectu pollicie.

Ordinatur cridari quod nullus vendat bladum preter in platheis ordinatis. Item et quod nullus emat nisi pro suo victu etc.

Item fuit expositum qualiter n. Aymo de Versonex edifficando suam domum facit nonnulla edifficia in prejudicium hospitalis.

Ordinatur quod dicti domini mei sindici visitent opus et si in prejudicium faciat, quod se opponant.

Item fuit expositum qualiter heredes Girardini de Ripa litigant cum communitate pro debito claro quod eis debetur.

Ordinatur quod absque litigio eis fiat satisfacio.

Item fuit expositum qualiter exactores leve non faciunt aliquam diligenciam exigendi, proponendo quod sunt certi rebelles etc.

Ordinatur quod sindici et consilliarii, ac castellanus si opus sit cum ipsis, vadant et exigant ab omnibus.

Item fuit expositum quod fuit compertus quidam puer in heremo pontis Areris, qui fuit traditus cuidam nutrici usque ad diem presentem.

Ne ceteris cederet in exemplum, fuit ordinatum nichil fieri preter quod puer retrudatur in prestino loco et quod prior confratrie Animarum faciat quid erit fiendum, si velit.

Item quidam heremita requisiit sibi provideri de aliquo loco [in quo] possit jacere in assequuritate pluvie.

Fuit ordinatum visitari hospitale Marie Magdalenes et si sit aliqua camera vacua, quod sibi expediatur.

Item fuit ordinatum quod ale die crastina preconizentur, juxta antiquas consuetudines, et plus offerenti juxta assuetum expediantur.[1]

(56) *Veneris xxix octobris,* in domo Hospitis.

Monthyonis, Ravinelli, Cavuycini, Quarrerii, sindici; — Gavit, Vaudo, Cortagiez, consilliarii.

Dicti domini sindici, de licencia dictorum consilliariorum, affirmant Ryonbosson ad regendum artilieriam presentis civitatis, spacio unius

anni hodie incohandi et simili die anno revoluto finiendi, sub firma decem florenorum, solvenda medietatem in proximo festo nativitatis Domini nostri et aliam medietatem in fine presentis anni, sub pactis, videlicet quod dum operabit in visitando quod percipiat tres solidos pro qualibet die; item quod dictus Ryonbosson non audeat servire aliquos alios sine licencia sindicorum presencium et futurorum.

Martis secunda novembris, in Domo Hospitis.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavid, Bona, Vaudo, Braseti, Regis, Dorires, Cortagiez, Nanto, consilliarii.

Mandatur solvi quatuor sindicis iiij^{c} et decem florenos precii alarum pro solvendo credictoribus, terminis in instrumento admodiacionis expressis.

|| Fuit facta admodiacio alarum Francisco Grossi et Petro Magistro Petri precio iiij^{c} et decem florenorum solvendorum terminis alias assuetis cum clausis opportunis, presentibus Johanne Velluti, Glaudio Mugnerii et Johanne Besson. ||

Exponitur per Velluti qualiter exactor vult ab eodem exigere introgium certorum bocetorum vini qui fuit de vino domini etc.

Ordinatur quod si sit de vino domini quod nichil solvat, seu, si illud emerit, quod solvat.

Martis nona novembris, in domo Hospitis, in consilio de L.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Fabri, G. de Peymes, F. Crochon, Braseti, Cortagiez, Nanto, Vaudo, Regis, consilliarii; — (57) P. Guersi, Ja. Nerga, Dy. Bidelli, H. Grossi, Girardinus pelliparius, P. Magni, R. Arnaudi, Ja. Paqueti, P. Mermodi, Ja. Doreris, F. Perrodi, Chambaz, F. Macri, Jo. Ruby, Anser. de Plathea, Jo. de Fogia, Ny. de Nanto, Gatilliardi, consilliarii de L^{ta}.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium de L^{ta} tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter patisserii et nonnulli alii emunt bladum ultra formam et in platheis non ordinatis; item et faciunt panem non sufficientem etc.

Ordinatur prosequi rigide contra ipsos, justicia mediante.

Item fuit expositum qualiter nonnulli, uti Andreas Serraz et Franchi ac plures alii, nolunt solvere levam, asserentes quod officiarii et franchi.

Ordinatur fieri una supplicacio que narret factum qualiter leva fuit ordinata ad causam doni dati domino et quod debetur impertiri, et secundum provisionem obtinendam prosequatur.

Dominico decima quarta mensis novembris, in generali consilio ad sonum campane grosse in claustro more solito congregato.

In quoquidem consilio interfuerunt canonici subscripti, bonos usus insequendo.

Venerabilis dominus Petrus de Viriaco et Petremandus de Saccunex, nobilesque Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Versonex, Orsires, H. de Bona, Achardi, Cortagiez, consilliarii consilii ordinarii; — Humbertus Rogeti, Jo. de Fogia, F. Grossi, Ja. Paqueti, Jo. Meystrot, Johannes Malagniodi, P. Malagnodi, Jo. Besson, P. Jaqueti, G. de Crosa, Ste. de Putheo, B. Vincencii, P. Prepositi, F. Prepositi, Ny. de Nanto, H. Beatrisii, Petrus de Nanto senior, H. Grossi, (58) R. Arnaudi, H. Aventure, Ja. Bornand, Ricamey, Clejat tonsor, Jo. de Boulo, Jo. de Marlio, P. Bertheti, Guinandi, Porterii barberius, Jo. Albi, Jo. Brucuz, Calabry lathomus, Arnolletus Vullien, Ny. Jacet, P. Magister Petrus, Jo. Roberti, P. Nycodi, Desiderius patisserius, Jo. de Chevrens, Gacheti, Jo. Ternerii.

Et plures alii cives et burgenses michi ignoti.

Quiquidem omnes superius nominati consilium generale presentis civitatis more solito congregato representantes.

Fuit in ipso consilio primo, antequam fuerit aliquid in eodem processum, expositum qualiter n. Ja. de Ponte donavit communitati officium cride presentis civitate, cum condicione quod in presenti consilio et similibus in eternum dicatur per presentes in ipso consilio astantes unum Pater noster et Ave Maria.

Qui Pater noster et Ave Maria per omnes presentes superius nominatos et mencionatos genibus flexis fuerunt dicti.

Deinde fuit processum in ipso consilio generali, omnibus concordantibus preter Orseriis et Quarrerii qui votum eorum dederunt quod venda esset taxanda ad tres grossos cum dymidio pro quolibet sextario, vide-

licet quod venda taxetur isto anno ad tres grossos tantummodo pro quolibet sextario.

Deinde fuit ipsa venda publicata et nunciata voce jamdicti domini Petri de Viriaco, ut premictitur, ad tres grossos pro quolibet sextario vini.

Martis xvj novembris.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — venerabilis dominus B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Peymes, Achardi, Fabri, Nanto, Vaudo, Dorires, Cortagiez, Braseti, consilliarii.

|| Fuit creatus burgensis Thomas Marescalli, alemanus, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis et collovrina. || — *(B.)*

Fiat mandatum receptori de octo florenis libratis pro pavimento turris.

(59) || Mandatur intrari Cortagiez, pro omnibus que petere posset, videlicet quatuor florenos. ||

Johannes Calabri et Johannes Molerii retulerunt, eorum mediis juramentis, prout in rotulo quem tradiderunt.

Fuit ordinatum quod admodiacio intratus vini, que erat sub firma iiij^{c} florenorum et xx^{ti}, tradatur admodiatariis, videlicet Petro Magistro Petri et Cortagiez precio iiij^{c} florenorum, dummodo solvant in promptu.

Martis xxiij novembris, in Domo Communi assueta.

Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, Peymes, Lestelley, Achardi, Fabri, Nanto, Vaudo, Jaqueti, Cortagiez, Dorires, Regis, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter dominus noster Gebenn. episcopus fecit prohibicionem ne exigeretur taxa a Serra et nonnullis aliis. Quid fiendum?

Fuit ordinatum fieri supplicacio una per de Sancto Martino et porrigatur consilio et secundum deliberacionem illius procedatur.

Item fuit expositum qualiter n. Ay. de Versonex ad suos usus convertit, videlicet locando, quamdam cammeram in domo hospitalis Beate Marie Magdalenes existentem, in qua mulieres jacebant in puerperio. Quid fiendum?

Ordinatur loqui graciose sibi Aymoni, demonstrando sibi qualiter talis domus fuit donata etc., et commictitur n. de Orseriis et Lestelley quod sibi loquantur,deinde refferant Martis proxima.

Item Christoforus Boniffacii exposuit qualiter sibi fuit levata de pignore ad instanciam sindicorum quedam pulcra cohopertura; petit sibi restitui, offerendo se solvere etc.

Fuit sibi facta responsio quod procedat si velit contra quem sibi illam levavit, justicia mediante.

Item appellatus Le Genty exposuit credenciam quam facere debebat nomine illustris domini comitis Rotondimontis, in effectu continentem quod predictus dominus Rotondimontis sibi commisit dicere (60) qualiter ipse diligit dominum nostrum Gebenn. episcopum, ejus fratrem, et totam communitatem et profiguum ipsorum suo posse adimpleret, narrando qualiter ipse habuit loqui cum illustrissimo domino duce Burgondie de facto nundinarum presentis civitatis, et qualiter ipse dominus dux sibi responsum fecit quod si illustrissima domina nostra duchissa fieri facere vellet deffensiones in sua patria, quod ipse dominus dux Burgondie equidem in sua patria faceret, ad destruendum nundinas Lugduni.

Fuit ordinatum quod domini mei sindici talem relacionem et credenciam notifficare debeant domino nostro Gebenn. episcopo, sibi mature narrando quod communitas nichil intendit procedere in tali materia nisi de jubsu et voluntate ipsius domini nostri, et secundum responsionem ipsius deinde procedatur.

Item fuit expositum qualiter capellanus de Eysello facit quamplura mala et precipue mulieribus de nocte.

Ordinatur quod, actento quod sacerdos, communitas non se inmisceat ac tamen quod domini mei sindici notifficent consilio episcopali, requirendo quod provideat.

Item fuit expositum qualiter nonnulli offerunt se daturos de arcossiis in Arva existentibus duodecim florenos.

Ordinatur quod non vendantur, sed quod cedantur et reponantur per fassinas, deinde ponantur in deffensione fluvii Areris. Et commictitur Glaudio Cavuycini, Mermeto de Nanto et receptori quod fieri faciant et exequantur ordinata.

Item fuit ordinatum quod domini mei sindici vi et de facto deruere

faciant habitaculum juxta turrim Fratrum Minorum existens, alias concessum pro preparando lapides capelle illustrissime domine nostre ducisse quondam.

|| Mandatur solvi Johanni Pessey, lathomo, xxviij florenos cum dimidio, pro complemento sui tachii de refficiendo menia derupta prope portam Sancti Leodegarii, deducendo sibi que in deducionem habuit tam manu receptoris quam manu Petri Cortagiez. ||

Item mandatur intrari receptori xv florenos et octo grossos quos implicat emendo tegulas positas in Domo Ville.

Item fuit expositum qualiter (61) hospitallerius hospitalis Pontis Rodagni decessit. Provideri.

Commictitur Humberto Perrodi et Jaquemeto Roguz quod provideant ad ipsorum conscienciam et presentent in consilio.

Veneris xxvj novembris, in domo Hospitis.

N. Monthionis, Ravinelli et Cavuycini, sindici.

|| Fuit creatus burgensis Johannes Mercerii, minuserius, parrochie Beate Marie Magdalenes, precio vij florenorum et selliocto. || — *(B.)*

|| Item et Aymonetus Copunex, de Sancto Julliano, precio octo florenorum et colovrina. || — *(B.)*

Eadem die, in castro Insule, in consilio ibidem tento.

N. Monthionis, Ravinelli, Carrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, Sancto Michaele, Lestelley, Nanto, Vaudo, Jaqueti, Dorires, Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium tenentes et representantes ordinarium.

Fuit in ipso consilio expositum per jamdictos sindicos qualiter ad ipsorum pervenit noticiam quod illustris dominus noster Gebenn. episcopus a pauco tempore citra commisit causam criminalem Gonrardi detenti dominis Bartholomeo de Sancto Martino et Auriliacti, evocando ipsam causam, que causa veniebat terminanda per ipsos sindicos, libertates presentis civitatis infringendo. Quid fiendum?

Fuit ordinatum quod nichil amplius fiat, actento quod alias parte dictorum sindicorum fuerunt ad causam detencionis dicti Gonrardi facte protestaciones.

Martis ultima novembris, in domo predicta.

N. Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, Bona, Lestelley, Nanto, Vaudo, Jaqueti, Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

(62) Ordinatur vendi fusta posita in meniis per Pessey edifficando menia derupta, et plus offerenti expediatur.

Mandatur intrari receptori quantitates in rotulis exhibitas.

Item fuit expositum qualiter Guillelmus Barre vendit in foro bladum Vaudi pro blado patrie.

Ordinatur quod domini mei sindici sibi rigide demonstrent.

Item fuit expositum qualiter Guillelmus Clementis se monstrat per carrerias.

Ordinatur quod domini mei sindici vadant ad consilium episcopale et petant provideri, et juxta ordinacionem illius fiat.

Item heres de Moyrone exposuit qualiter fuit taxatus in leva, et non habet bona, nec tenet domum nec focum.

Martis septima decembris, in dicta domo.

N. Monthionis, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, Lestelley, Peymes, Nanto, Jaqueti, Regis, Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum per quemdam magistrum qui facit victra de cristallo quod, si provideatur sibi de loco opportuno et efficiatur burgensis gratis, quod ipse veniet mansum in hac presenti civitate.

Fuit conclusum quod, si ipse magister velit in hac Gebenn. civitate stare, quod fiat gratis burgensis et quod pro tanto sit contentus si velit, sibi tamen loquendo dulcia verba.

Item fuit expositum qualiter nonnulli banniti ex Lausanna, qui circa Acquianum se retraxerunt, (et) inibi mercatores transeuntes et venientes ad nundinas presentis civitatis furantur. Quid fiendum?

Item et equidem quod quidam mercator veniendo ad nundinas presentis civitatis fuit in oppido Grolee per agricolas ipsius loci compositus et arranczonatus, fingendo quod erant officiarii. Quid fiendum?

Ordinatur quod de premissis fiat per mercatorem et sindicos secum assistentes queremonia domino nostro Gebenn. episcopo.

Item fuit expositum qualiter Guillelmus Clementis fuit condempnatus in Vienna ad instanciam sindicorum, an incontinenti petentur expense vel non.

Ordinatur supersedi per modicum tempus et iterum videbitur quid fiendum.

(63) *Martis decima quarta decembris.*

N. Monthionis, Cavuycini, Quarrerii, sindici; — Orsires, Gavit, Bona, Peymes, Lestelley, Nanto, Vaudo, Fabri, Dorires, Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

|| Fuit factum mandatum Guillelmo de Quarro de xvj florenis. Levatur per Lestelley. ||

Veneris xvij decembris.

Monthionis, Ravinelli, Cavuycini, Quarrerii, sindici; — Orsires, Vaudo, Cortagiez, Gavit, Dorires, consilliarii.

|| Mandatur solvi vestes vigillum modo solito. ||

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

|| Fuit creatus burgensis Joffredus Magnini, de Cabillione, magister vitrorum, gratis. || — *(B.)*

Datur sufferta Matheo Gueynaz, mercatori, duorum annorum, videlicet anni lxxiij presentis et futuri miiij^{c} lxxiiij, pro et mediantibus sex florenis parvi ponderis.

Item fuit expositum qualiter capitulum abbergavit, privato nomine, Mallieti serraliono, platheam Puthei que est communis.

Ordinatur loqui et deffendi opus.

Item fuit expositum qualiter fuit repertus unus puer ante ecclesiam Sancti Petri et qualiter dominus vicarius requisiit quod nutriretur.

Quia magister Heyrardus alias dixit quod bene sciebat matrem, ordinatur sibi loqui et quod compellatur ad accipiendum.

Jacobus Salaz, greator, Johannes Molerii et Johannes Calabrici, lathomi, retulerunt, eorum mediis juramentis, quod intratus armario de-

ductaque prevalencia fenestre cruciate et arcu et prevalore caminalis quod debebat facere magister Petrus juxta tachium, deductis deducendis, quod communitas sibi Petro Mastocti restat debens xxviij florenos pro muro ultra (64) tachium facto, quia fecit septem teysias muri cum dymidia ultra contenta in tachio.

Martis xxj decembris, in domo predicta.

N. Monthionis, Ravinelli, Cavuycini, Quarrerii, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, Lestelley, Nanto, Vaudo, Regis, Achardi, Regis, Braseti, Dorires, Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum per P. Mastocti qualiter ipse fuit defraudatus in revisione super suo tachio facta. Revideri. Commictitur revisio Roberto Janini et Johanni Griloz.

Item fuit expositum qualiter domini de capitulo semper perficiunt opus Puthei in prejudicium rei communis.

Commictitur Gavit et Orsires quod loquantur de et super negocio ipsius operis et preservacione communis dominis de capitulo et, audita responsione, fiet.

Item fuit tradicta supplicacio parte de Bosco.

Commictitur sindicis quod sibi faciant congruam responsionem qualiter tenetur solvere levam uti alii.

Item fuit oblata supplicacio per Gaveron et quidam processus commictitur Braseti, Regis et Cavuycini, quod videant et obtineant bonum pactum etc.

Item fuit alia supplicacio tradicta parte Guillelmi Cherbonerii.

|| Ordinatur quod solvatur sibi unus florenus de contentis in supplicacione et quod sit pro tanto contentus, et mandatur receptori quod solvat. ||

|| Mandatur solvi Johanni Mallens x florenos sibi debitos pro locacione sue grangie pro anno preterito, videlicet pro termino festi Beati Michaelis ultime preterito. ||

|| Mandatur solvi Ryonbosson quinque florenos pro prima solucione sue pensionis istius anni. ||

Item fuit in ipso consilio expositum per G. de Fogia, receptorem,

qualiter Quarrerii, sindicus, deffendit admodiatoribus alarum et cuidam alio, pro quadam sufferta debitorum communitati, quod non solvant in manibus ipsius admodiatarii, quinymo in manibus ipsius Quarrerii. Quod si fiat, non poterit deinceps alicui solvere, requirendo audire suum computum et provideri de alio receptore.

(65) Jamdicto Quarrerii confitente quod ipse deffendit, quia ipse intendit quod omnia debita per ipsum et Ravinelli ad causam communitatis facta de obvencionibus solvantur, actento quod sibi obligata, narrando qualiter est monitus auctoritate appostolica ad instanciam magistri monetarum et qualiter compellitur ad instanciam Johannis de Liga, paratum se offerendo reddere computum de receptis per ipsum de leva.

Ordinatur quod admodiatores alarum solvant ac omnes alii in manibus receptoris, et quod computato per Quarrerii sibi providebitur juridice.

Jamdictus Quarrerii fecit protestacionem contra omnes obligatos de dampnis etc., semper se offerendo computare.

|| Mandatur solvi Petro Mastocti xxx[a] florenos pro complemento solucionum in tachio descriptarum, inclusis in eisdem decem florenis jam sibi solutis per Glaudium Ravinelli, sindicum.

Item fuit tradictus rotulus Bartholomei Vincencii et lectus, sed nichil.

Item fuit expositum qualiter quidam mercator extraneus, qui fondavit extra civitatem quoddam hospitale, intendit dictum hospitale dotare de centum florenis annualibus, et quod ipse vellet tradere communitati presentis civitatis duo millia florenos, dummodo assecuret solvere in perpetuum dictos centum florenos dicto hospitali, et quod vult dare jus patronatus communitati. Ordinatur nichil fieri et quod fiat responsio quod non.

JHESUS MARIA

Annus mutatur et currit m° iiij^{c} lxxiiij.

Die Martis xxviij mensis decembris, in domo Hospitis, in consilio ordinario, me Guillelmo de Quarro absente, Petrus Braseti recepit conclusionem consilii.

. . . . . .

(66) *Martis quarta januarii,* in domo predicta et consilio ordinario.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orseriis, Gavit, Bona, Peymes, Lestelley, Nanto, Vaudo, Jaqueti, Regis, Dorires, Cortagiez, consilliarii.

Mermetus de Nanto exposuit qualiter ipse et ejus filius sunt moniti ad instanciam communitatis pro nonnullis turturibus piscium per ipsos debitis ad causam admodiacionis bocetarum vini etc. Exhibet rotulum, petit recompensari et residuum sibi solvi.

Domini sindici et dictus de Nanto promiserunt stare ordinacioni sommarie consilii ordinarii presentis civitatis de ipsorum differenciis, fiendi die Martis proxima, et hoc mediante revocatur monicio.

Item fuit expositum in ipso consilio qualiter dominus noster Gebenn. episcopus nititur admodiare platheas presentis civitatis ad ipsas fimo mondandum, videlicet Johanni Peytralis, in prejudicium communitatis.

Ordinatur loqui per dominos meos sindicos in consilio episcopali et quod demonstrent jura communitatis, videlicet qualiter fuit in possessione etc., et qualiter ex emolumentis provenientibus solvuntur vigiles qui pulsant pro securitate temporis et eciam pro missa mercuriana etc., et qualiter communitas ipsas platheas pavire fecit etc.

Item fuit expositum qualiter dominus Rotondimontis misit licteram missivam alias in consilio presenti expositam per Gentil, et quod non habuit responsum etc.

Ordinatur quod domini mei sindici obtineant a nobili Neplaz quod tradat copiam licterarum per dominam nostram ducissam concessarum

et quod mictatur dicto domino Rotondimontis unacum una lictera missiva et recommendataria.

Item fuit expositum qualiter est quidam pro crimine detentus in Insula, qui est de mandamento Pyneti, et qualiter dominus noster episcopus vult et petit remicti. Nichil fuit appunctuatum.

(67) Item fuit expositum qualiter bladum cum magna habundancia trahitur ex civitate in prejudicium etc.

Ordinatur quod domini mei sindici exponant in consilio episcopali.

Item fuit ordinatum ponderari panem.

Petrus Vignioli exposuit qualiter fecit diligenciam exigendi levam et quod non habet nisi pro suis salariis tam pro presenti leva quam pro antiqua sibi debitis et que intendit retinere.

Ordinatur quod reddat computum et quod sibi intretur salarium novum et quod super exigendis per ipsum primum sibi solvatur de antiquo debito.

Item domini mei sindici exposuerunt qualiter retulerunt in consilio episcopali qualiter intellexerunt quod Alemani habebant licteras a domina nostra de transeundo per hanc patriam ad nundinas Lugduni et qualiter habebant licenciam transeundi per patriam Burgondie, et qualiter die Mercuri proxime lapsa ipsi sindici notifficaverunt premissa domino vicario et dominis magistro hospicii, rever[end]o procuratori fiscali, castellano et aliis de consilio episcopali in consilio episcopali, et qualiter requisierunt licteras testimoniales de notifficacione Viennesii.

Mercuri quinta januarii, in consilio ordinario in claustro congregato, in quo N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Versonex, Gavit, Bona, Lestelley, Jaqueti, Nanto, Vaudo, Peymes et Regis.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter Jo. Peytralis semper nititur admodiare seu abbergare platheas presentis civitatis, cum pacto quod ipsas teneat mondas etc.

Ordinatur loqui sibi Peytralis per dominos meos sindicos, sibi demonstrando suum errorem, deinde loqui cui videbitur eis.

Item fuit expositum qualiter domini de capitulo construi fecerunt

platheam communem Puthei et abbergaverunt in prejudicium communitatis, et qualiter fuit per ante eis demonstratum qualiter erat communis etc., nichilominus qualiter (68) processerant, et successive qualiter ipsi sindici die hodierna intraverant capitulum, et qualiter exposuerant factum et jus communitatis, et qualiter sibi responsionem intulerunt rigorosam etc., et insequendo qualiter fuerunt electi hinc inde arbitri, videlicet parte communitatis Orsires et Gavit, et parte capituli .

Ordinatur quod audiatur pronunciacio antequam ad ulteriora procedatur.

Veneris vij januarii, in domo Hospitis.

N. Monthionis, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — Bona, Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes.

Lathomi electi per Mastocti fuerunt presentati in ipso consilio ut facerent responsionem, qui juraverunt facere bonam responsionem. Remictuntur ad Martis.

Item soudanus peciit requirendo quod pons refficiatur existens super commune Sancti Gervasii versus domum Barme. Fuit sibi responsum quod reperiat burgenses novos et tradentur precia ad construi faciendum.

Martis undecima januarii, in domo predicta et consilio ordinario.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Lestelley, Peymes, Nanto, Vaudo, Jaqueti, Regis, Dorires, Cortagiez, Bona, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

|| Fuit in ipso consilio expositum per Jacobum, carpentatorem ville, qualiter fuit sibi conventa una vestis annualis, petendo solvi pro anno elapso.

Ordinatur sibi solvi quemadmodum vigilibus presentis civitatis, videlicet usque ad valorem triginta grossorum. ||

(69) Item exposuit idem Jacobus carpentator qualiter ipse est operarius communitatis et quod non debet solvere medios grossos vigillum, nichillominus quod vigilles ipsum pignoraverunt pro medio grosso ordinario.

Ordinatur quod dum erit stipendiatus communitatis, quod non solvat et mandatur restitui pignus.

Item magister Petrus Mastocti exhibuit responsionem lathomorum super revisione tachii sibi per communitatem tradicti in Domo Communi, factam in scriptis, et quam fecerunt eorum mediis juramentis in manibus n. Glaudii Cavuycini, consindici, prestitis.

Item fuit porrecta supplicacio per parrochianos parrochialis eclesie Sancte Crucis contra Guillelmum Clementis provideri, videlicet quod absentat sanos etc.

Ordinatur exequi facere sentenciam super hoc latam contra ipsum Clementis.

Item fuit per castellanum tradicta una forma cujusdam cride in presenti civitate fiende de et super facto mercatorum, quod non vadant ad aliquas nundinas extra patriam in prejudicium nundinarum presentis civitatis, et licteras dominicales deffensorias etc. Quid fiendum?

Quia talis forma cride est nimis obscura et generalis, ordinatur quod non fiat donec prius monstrata in episcopali consilio et quod specifficentur in eadem fienda crida loca nociva nundinarum presentis civitatis, et quod retineatur duplum et equidem licterarum dominicalium predictarum.

Item fuit expositum qualiter domini de capitulo semper insequuntur opus Puthei in prejudicium communitatis. Quid fiendum?

Ordinatur et commictitur quibus alias et Dorires quod tractent aliquem bonum modum etc.

Item fuit expositum qualiter archerii domini nostri Gebenn. episcopi pignoraverunt eorum auctoritate temeraria Jacobum Dorerii, exactorem leve, ad instanciam Bergerii.

Ordinatur quod domini mei sindici obtineant provisionem super hoc a magistro hospicii et alibi ubi fuerit expediens, et quod notifficent que notifficanda venient occasione dictorum archeriorum.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter in franchesiis dicti archerii ceperunt quemdam in prejudicium libertatum. Nichil fuit appunctuatum.

(70) *Martis decima octava januarii,* in dicta domo Hospitis.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, Bona, Nanto, Vaudo, Peymes, Cortagiez, Dorires et Jaqueti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Nichil fuit in ipso consilio parte sindicorum expositum. Qua de causa nichil conclusum.

Veneris xxj januarii, in dicta domo.

N. Monthionis, Ravinelli, Cavuycini, sindici; — Orsires, Gavit, Bona, Vaudo, Dorires et Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes.

|| Fuit creatus burgensis Franciscus Bessonet, de Balleyssone, precio decem florenorum et collovrina. || — *(B.)*

Michael, ejus filius, promictit, per juramentum suum et sub obligacione omnium bonorum suorum, dictum precium solvere in manibus receptoris, presentibus quibus supra.

Quia pervenit ad noticiam dictorum dominorum meorum sindicorum quod , qui erat vigil, devenit officiarius, videlicet cliens domini nostri Gebenn. episcopi, quo interrogato confessus fuit. Fuit sibi injunctum et preceptum quod apportet omnia arma communitatis que penes se habet infra Martis proximam.

Martis xxv januarii, in dicta domo.

N. Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Gavit, Bona, (71) Lestelley, Nanto, Vaudo, Braseti, Regis, Jaqueti, Cortagiez.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum per jamdictos Ravinelli et Quarrerii qualiter adhuc, pro dono ultimate dato ad causam logiamentorum domino nostro Gebenn. episcopo, quod ipsi sunt adhuc privato nomine obligati erga Johannem de Liga et magistrum monete in somma ij^{c} florenorum, pro qua somma compelluntur, requirendo consiliarios presentes quatenus ipsos indempnes servent, juxta per ipsos promissa etc.

Deinde fuit per ipsos oblatum quod, dummodo eis fiat assecuracio congrua de eisdem ij^{c} florenis, quod communitati mutuo tradent eosdem, dummodo eis solvantur hinc ad nundinas Pasche.

Facta regraciacione per consilium, fuit appunctuatum quod exactores leve reddant computum infra breve tempus et quod se obligent super resta exigenda.

Item fuit expositum in ipso consilio per Johannem Meystrocti, Jacobum Paqueti et Hugoninum de Ponte qualiter ipsi in favorem communitatis obtinuerunt sentencias contra Bonremier ad causam intragii vini et quod non potuerunt habere de expensis preter centum et quinque florenos, petentes sibi satisfieri de residuo, juxta eis conventa per consilium, seu saltem sibi restitui eorum jura etc.

Commictitur quibus supra et Lestelley quod videant et concordent, et refferant Veneris proxima.

Item fuit expositum parte Guillelmi Clementis qualiter ipse perdidit sentenciam contra communitatem et quod ipse fuit in expensis condempnatus, requirendo terminum ad solvendum ipsas expensas necnon et terminum ad vacuandum civitatem proximo mense Augusti, ita tamen quod si bene se tunc habeat quod permictatur manere in presenti civitate etc.

Fuit facta sibi responsio quod, dummodo assecuret solucionem dictarum expensarum fiendam in proximo festo Pasche, quod sibi dabitur in parte ipse terminus, dummodo unam partem in promptu solvat; (72) quoad tamen aliam requisicionem, videlicet quod permictatur, fuit sibi facta responsio quod talis licencia pertinet tantummodo domino nostro Gebenn. episcopo danda etc.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter nobilis vicedompnus presentis civitatis facit magnam instanciam contra detentum in Insula et volebat pridie quod iterata vice torqueretur absque aliis indiciis. Quid fiendum?

Ordinatur quod dicti domini mei sindici accipiant processum erga curialem, deinde mediante bono peritorum consilio procedant et non alio modo.

Item fuit expositum qualiter alter ex vigilibus accepit officium clienture domini nostri Gebenn. An providebitur de alio vel non? Ordinatur provideri.

|| Mandatur solvi Catellani, lathomo, et ejus socio sommam quinquaginta florenorum sibi debitam pro solucione omnimoda tachii eis dati de mutando furnum et in eodem edifficando contenta in instrumento tachii eis dati per me recepto. ||

Veneris xxviij januarii.

Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Vaudo, Dorires.

|| Fuit creatus burgensis Hugoninus Cadors (?), de Pirono, pro octo florenis et collovrina. || — *(B.)*

Item Johannes Andree, de Rotulo, fuit presentatus cliens per dominum vicedompnum, qui juravit.

Martis prima februarii, in domo predicta Hospitis.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini, sindici; — B. de Sancto Martino, Orsires, Bona, Peymes, Lestelley, Vaudo, Nanto, Jaqueti, Regis, Braseti, (73) Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Quia Petrus Martini, borserius, nobis exposuit qualiter ipse seu, pro eodem, ejus mater mutuo tradiderunt communitati presentis civitatis decem florenos in manibus Roleti Arnaudi, nec habuit aliquod mandatum nec solucionem ipsorum obtinuit, prout se offert juraturum. Sibi provideri. Mandatur sibi ipsos decem florenos solvi, actento quod juravit nostris in manibus quod nunquam habuit mandatum nec solucionem de ipsis, ita et taliter quod si quod mandatum de ipsis decem florenis factum fuerit, quod non possit uti, sed presencium per tenorem revocatur.

|| Mandatur solvi Johanni Meystrocti, Jacobo Paqueti et Hugonino de Ponte quadraginta novem florenos, in quibus communitas eisdem tenetur ad causam litigii per ipsos nomine communitatis ducti contra Thomam Bonromyer, et hoc mediante quod nobis teneantur reddere omnia expleta et sentencias. ||

Que expleta, videlicet acta, sentencias et allegaciones juris reddiderunt ipsi tres in presenti consilio.

Exposuit Girardus de Fogia qualiter ipse isto anno pro communitate

cepit magnos labores, tam visitando operarios qui refficiebant menia communitatis quam alibi, requirendo sibi recompensari.

|| Mandatur sibi intrari causa predicta, pro ista vice tantummodo, decem florenos parvi ponderis in suis computis, quos sibi donamus. ||

|| Mandatur intrari dicto Girardo de Fogia, receptori, quantitatem in rotulo ascendentem ad sommam xxix florenorum, decem solidorum, ix denariorum cum obolo. ||

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter exactores leve noviter imposite differunt reddere computa sua, sed volunt litigare. Quid fiendum?

Ordinatur quod domini mei sindici eis dulciter demonstrent, et si recusant, quod prosequantur per capcionem personarum, actento quod sunt obligati etc.

Quia commissarii deputati ad salvandum arcossias Areris juxta tenorem eorum facte commissionis non processerunt ad commissionem ipsorum, ordinatur quod indillate exequantur eorum commissionem.

(74) Item fuit expositum qualiter puer repertus fame perit quia nutrix vult habere argentum pro vivendo. Quid fiendum?

Ordinatur quod fiat monicio generalis monendo scientes et culpabiles etc.

|| Retulerunt lathomi subnominati in facto Petri Mastocti quod agulieta ac alia ultra tachium edifficata per Mastocti ascendunt ad xliij florenos. Audita responsione, mandatur sibi solvi per receptorem. ||

Veneris quarta februarii, in dicto consilio et consilio de Quinquaginta.

N. Monthionis, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, sindici; — Orsires, Bona, Peymes, Liga, Lestelley, Vaudo, Nanto, Fabri, Jaqueti, Cortagiez, Dorires, Fogia, Braseti, Regis, consilliarii; — Lambertus Magnini, Humbertus Fabri, Ja. Nergaz, Bocardi, Putheo, Ste. de Furno, Locheti, Girardus Gervasii, P. Magnini, P. Guersi, Ja. Le Derier, Mermodi, P. Mastocti, Arlo, Philipini, F. Macri, Ciclat, G. Lamberti, Jo. Malagnodi, Jo. Ruphi, P. Python, Ja. Roguz, Jo. de Boulo, R. Dorsier, Cholex, P. Exerton, Jo. de Crosa, in consilio vocati.

(75) Quiquidem omnes supranominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio parte sindicorum expositum qualiter die dominico proxime futura, ex laudabili usu et consuetudine diucius obser-

vatis in hac Gebenn. civitate, fuit observatum quod mutentur sindici. Qua de re, insequendo antiquas, laudabiles consuetudines, quod unusquisque in uno rotulo nominet scriptos quatuor futuros sindicos quos eis videbitur in foro consciencie esse utilliores communitati.

Et procedentes unusquisque superius nominatorum fecerunt brevetos, in eisdem nominando(s) quos voluerunt.

Sed sors in prima et majori electione cecidit super nobiles Jo. de Orsires, M. Monthionis, G. de Vaudo et A. de Sancto Michaele.

In secunda vero super n. Henricum Emerici, G. Cavuycini, H. de Bona et Ste. Achardi.

Tercia vero in n. Ravinelli, Quarrerii, Nergaz et P. Magnini.

|| Fuit creatus burgensis F. Marchiandi, notarius, qui juravit, pro et mediantibus septem florenis et collovrina. || — *(B.)*

Die dominico sexta mensis februarii, in consilio generali in claustro eclesie cathedralis Beati Petri Gebenn., more solito ad sonum grosse campane congregato, in quoquidem interfuerunt:

Venerabilis dominus vicarius, videlicet Andreas de Malvanda; venerabiles patres, videlicet domini canonici eclesie Gebenn. P. de Viriaco, Amedeus de Greyres et A. de Villiaco, canonici.

Nobilesque viri ac discreti infrascripti cives et burgenses presentis civitatis: Michael Monthionis, G. Ravinelli, Jo. Quarrerii, G. Cavuycini, sindici; — Jo. de Orseriis, G. de Vaudo, H. de Bona, M. de Nanto, Lestelley, (76) Braset, Regis, G. de Fogia, consiliarii; — Jo. de Crosa, Ny. de Nanto, P. Pichon, P. Vignioli, dictus Prouz borserius, greator ville, Petrus carpentator Domus ville, H. Bocardi, Ja. Bornandi, Ste. Borgesii, n. Petrus Magnini, Vouterius Charavel, Chinuti, P. Prepositi, P. Gatilliardi, P. de Arlo, R. Arnaudi, Ja. Paqueti, Jo. Meystrot, Jo. de Boulo, P. de Nanto senior, P. Bocheti clericus, F. Macri, Jo. de Chissinova, Gacheti condurerius, ejus frater condurerius, H. Burdeti condurerius, P. de Cresto chapellerius, Jo. Florit chapellerius, P. Prioris, F. Perrodi, L. Garnerii, Pe. Garnerii, Ja. de Cresto, Jo. Roberti, Ny. Ballieti, Clejat tonsor, Jo. Malagnodi, H. Galatini, Theobaldus Albi, Ja. de Villario mercator, de Plathea mercator, Ste. Molleti, dictus Mochy appothecarius, Ay. de Besto, Jo. Troleti, P. de Quercu, Jo. Balleti, Ny. Grassi, Ja. Ruphi, Jo. Rosseti, Franciscus Barberii macellarius,

F. Borsati, H. Beatrisii, P. Porralis, F. Mallieti, Mistralis mercator, Jo. de Gonvillies, P. Guersi, Jo. Ternerii, Chabodi mercator, Jo. Galliardi clericus, P. Francisci, Jacobus uxor (?) Bochete, G. Serralion, P. Marescalli perolerius (77) et plures alii tam cives quam burgenses presentis civitatis michi ignoti, qua de re obmissi.

In quoquidem consilio generali fuit, organo jamdicti Monthionis, expositum qualiter anno elapso fuerunt ipse ac ceteri superius nominati ejus socii creati sindici presentis civitatis et qualiter fecerunt uti melius et utilius ad opus communitatis, petendo veniam si deffecerunt etc.

Proponendo ulterius quod nonnulli vociferant quod ipse et ejus socii fieri procuraverunt levam noviter impositam, quod non est verum, et quod ipsa leva ascendit ad certam magnam quantitatem argenti, majorem quam ad intelligendum dederunt. Quod non est verum, quia talis leva, omnibus calculatis, nunquam excessit sexdecim centum florenos et quinquaginta vel circa, de quibus non poterunt exigere preter sepcies centum florenos et quinquaginta.

Et, si contrarium reperiatur, se efficaciter obligant ipsi quatuor sindici, nemine ipsorum descrepante, et dant donacionem sequuriorem communitati presentis civitatis de suis ipsis pecuniis tanquam quantum ascendit ipsa leva et quilibet ipsorum omnia bona sua obligando, requirentes ulterius quod de residuo ad exigendum restas fiat provisio adeo quod exigatur etc.

Et ulterius proponens qualiter, die simili hujus diei, de laudabili consuetudine, sindici mutantur et qualiter preveniendo ipsi congregaverunt consilium de Quinquaginta cum ordinario consilio et plures laudabiles personas, adeo quod prepararent electionem futurorum sindicorum hodie fiendorum, et dederunt breveto dari assueto ipsa die omnes in ipso consilio astantes, sed sors cecidit in prima et majori electione in n. Jo. de Orseriis, Monthionis, A. de Sancto Michaele et G. de Vaudo. Secunda vero cecidit super n. Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini et H. Emerici. Quas electiones presentant adeo quod si videantur bone quod teneantur, sin autem, quod eligantur alii sindici.

Quibus sic actis et post multas altercaciones etc. (78) fuerunt nominati et electi sindici futuri anni jam cepti, nemine descrepante, per presentes, videlicet nobiles in prima electione nominati, videlicet nobiles Orsires, Monthionis, Sancto Michaele et Vaudo.

Qua electione facta, supradictus de Vaudo fuit investitus per tradicionem baculi et juravit in manibus dicti Monthionis, ut moris est.

Ceteri autem, videlicet Monthionis et Orsires noluerunt confirmare dictam electionem, sed dixerunt quod non erant intencionati quod essent sindici, licet fuerunt requisiti per dominos vicarium, P. de Viriaco, curatum Thorencii et per presentes, et licet fuerit eis imposita pena a qua appellaverunt, et sic non fuit receptus preter jamdictus de Vaudo.

Eadem die, hora vesperum, in domo Hospitis.

N. G. de Vaudo, sindicus; — Monthionis, Ravinelli, Cavuycini et Quarrerii, olim sindici; — venerabilis B. de Sancto Martino, Orsires, Bona, Liga, Lestelley, de Sancto Michaele, G. Fabri, Nanto, Dorires, Cortagiez, Regis.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum parte jamdicti Girardi de Vaudo, sindici, qualiter hodie fuit facta electio sindicorum ibidem presencium, requirendo eisdem sindicis electis presentibus quatenus juramentum prestent, uti est assuetum, et baculum accipiant, cum protestacione quod alias faceret juridice contra ipsos que posset.

(79) Quiquidem electi sindici, videlicet Orsires, Monthionis et Sancto Michaele fecerunt eorum excusaciones et minime voluerunt consentire electioni facte.

Aliqui ex dictis consiliariis et major pars ordinavit congregari ad cras consilium generale, adeo quod fiat alia sindicorum provisio, et aliqui non consenserunt, uti jamdictus sindicus.

Martis octava februarii, in dicta domo.

Vaudo, sindicus; — Quarrerii, Cavuycini, G. de Fogia, consiliarii.

Quiquidem sindicus et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Nichil fuit expositum in ipso consilio nec conclusum.

Eadem die, hora vesperorum, in eadem domo.

N. Monthionis, Ravinelli, Sancto Martino, Cavuycini, Quarrerii, Orsires, Sancto Michaele, Liga, Nanto, Jaqueti, Braseti, Regis, Cortagiez.

Quiquidem supranominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter ex quatuor sindicis electis adhuc non fuerunt in possessione possiti preter unus, videlicet n. de Vaudo, et qualiter alii tres se excusant nec intendunt acceptare. Quid fiendum?

Ordinatur convocari ad cras consilium generale presentis civitatis, in quo fiet conclusio.

Mercuri nona februarii, in claustro Beati Petri, videlicet in consilio generali, more solito congregato.

In quo interfuerunt omnes inferius nominati descriptique, videlicet r. dominus vicarius, venerabiles dominus P. de Viriaco, curatus Thorencii, P. de Grandivalle, B. de Sancto Martino; — (80) Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, electi sindici; — Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, olim sindici; — n. P. Gavit, H. de Bona, G. de Peymes, M. de Nanto, Cortagiez, Lestelley, Braseti, consilliarii; — F. Macri, H. Grossi, F. Perrodi, P. Guersi, R. Arnaudi, P. Pichon, Jo. Polliuti, F. Mallieti, Gacheti condurerius, G. de Fogia, Jo. Novelli, Jo. Ricamey, Deriacti, V. Charavel, Magni Johannis condurerius, Ja. Roguz, P. de Nanto, P. Nycodi, Ja. Paqueti, Arlo, Jo. de Bolo, P. Levrerii, Jo. Bocheti, Jo. Monachi, P. Marescalli, Ja. Bornandi, Ludovicus Brand, Ja. Bocheti, Pessey, Sy. le tapissier et plures alii michi ignoti.

Quiquidem sindici electi ac alii omnes superius nominati consilium generale presentis civitatis tenentes et representantes.

In quoquidem, post requisicionem factam per dominum vicarium et post multas excusas factas per dictos tres sindicos electo[s], ipsi tres electi prestiterunt juramenta prestari solita et fuerunt positi, nemine descrepante, in possessione sindicatus per tradicionem baculorum etc.

Veneris xj februarii, in Domo Communi.

N. Monthionis, Orsires, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Liga, Lestelley, Nanto, Braseti, Cortagiez, (81) Dorires, G. de Fogia.

In quo loco, nemine descrepante, fuit ordinatum quod caminale aule ponatur et edifficetur in cadro prope fenestram, juxta domum de Bocheto existentem.

(94)[1] JHESUS MARIA

Adsit principio Sancta Maria meo.

Registrum consilii ordinarii presentis communitatis, in quo describuntur omnes conclusiones ipsius ordina[te,] incohatum die Martis quindecima mensis februarii millesimi cccc^mi^ septuagesimi quarti, per me Guill[elmum de Quarro], dicti consilii secretarium, registratum, quo anno fuerunt... sindici hujus civitatis nobiles Johannes de O[rseriis, Michael] Monthionis, Anthonius de Sancto Michaele et Girardus [de Vaudo].

Die Martis quindecima mensis februarii, in domo n. Anthonii Hospitis, in consilio ordinario certis de causis ibidem congregato et in quo interfuerunt subnominati.

N. Johannes de Orseriis, Michael Monthionis, Anthonius de Sancto Michaele et Girardus de Vaudo, sindici; — n. Petrus Gavit, Humbertus de Bona, Glaudius de Peymes, Aymo de Lestelley, Nycolinus de Liga, Mermetus de Nanto, Petrus Magnini, Lambertus Magnini, Johannes Quarrerii, Glaudius Cavuycini, Jacobus Miquent, Bisanczonus Dorires, Petrus Cortagiez, Petrus Braseti, consiliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit primo, et antequam fuisset ad aliqua in ipso consilio processum, ordinatum quod omnes tam sindici, consilliarii, secretarius quam thesaurarius seu receptor jurent super sacro Canone secretum tenere quicquid in consiliis ordinariis presentis anni hodie incohati consultum et dictum fuerit, sub pena perjurii et infamie. Deinde ipsa ordinacio fuit exequucioni posita, quoniam omnes superius nominati juraverunt super sacro Canone, et juravi ego secretarius equidem juxta tenorem dicte ordinacionis, exceptis notatis a capite qui exierant consilium.

[1] Les folios 82 à 93 sont blancs. Le sommet du folio 94 est déchiré.

Petrus Michaelis, carpentator, tradidit duos rotulos in quibus describuntur ea que sibi debentur per communitatem, sibi solvi requirendo. Commictitur dicto Restelley quod videat et Martis proxima refferat.

Iterum fuit in ipso consilio expositum qualiter nonnulli de novo nituntur abbergare quandam platheam communem prope Alam civitatis et in eadem plathea habere unum pondus ad ponderandum cadrigas etc.

Ordinatur quod domini mei sindici de premissis faciant queremoniam in consilio episcopali et quod remonstrent qualiter esset in prejudicium alterius ponderis etc.

Veneris xviij februarii, in dicta domo Hospitis in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Bona, Nanto, Cortagiez, Dorires et L. Magnini, consiliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter processus criminalis formatus contra detentum in Insula pendet ad audiendum jus. Quid fiendum?

Ordinatur quod tradatur ad consulendum, deinde cras procedatur ad sentenciam, secundum juris disposicionem.

Martis vicesima secunda februarii, in jamdicta domo, in consilio ordinario ibidem congregato in quo interfuerunt (95) n. Orsires, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — P. Gavit, Bona, Lestelley, Ny. de Liga, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, Peymes, P. Magnini, L. Magnini, Regis, Braseti, Nanto, Ja. de Miquent, Dorires, Cortagiez et Fogia, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter die externa vigilles presentis civitatis, sequendo nonnullos malefactores qui aufugerunt, reperierunt unum fardellum mercanciarum quem dimiserunt fugientes, et qualiter notifficaverunt premissa domini mei sindici castellano presentis civitatis. Qui castellanus voluit ipsum fardellum penes se habere, sed domini mei sindici recusaverunt sibi tradere, proponendo quod custodia ipsius venit eisdem sindicis, actento quod de nocte fuit compertus ipse

fardellus. Ex quo ipse castellanus assignavit coram ipso Mermetum de Nanto et Jacobum Chabodi, vigillem, ipsosque interrogavit super nonnullis articulis. Quid fiendum?

Ordinatur quod dicti domini mei síndici teneantur premissa notifficare in consilio episcopali et in eodem obtinere quod fiat una crida ad notifficandum, si sit aliquis cui fuerit captus ipse fardellus, quod veniat et restituatur sibi, insequendo bonos usus et consuetudines presentis civitatis, et nichilominus quod secundum ordinacionem ipsius episcopalis consilii fiat.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter liba (sunt) incarant bladum pluribus de causis et quod esset bonum quod fierent prohibiciones ne fiant de Cadragesima futura, attenta caristia bladi. Quid fiendum?

Ordinatur quod domini mei sindici premissa proponant in consilio episcopali et obtineant fieri cridas super premissis deffensionibus fiendis.

Item equidem quod troctani vallidi ac lenones vacuent civitatem.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter hospitalerius hospitalis Palacii vult absentare locum, si non ministrentur sibi ejus victualia etc., et qualiter esset bonum quod reperiretur unus alius loco sui, si possibile esset. Quid fiendum?

Ordinatur quod sibi hospitalerio dentur sex grossi pro quolibet mense super auroboscio Animarum, donec aliter fuerit provisum, et quod nichilominus queratur unus alius hospitalerius loco ipsius.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter fuit repertus unus puer in eclesia Templi et non reperitur ex quo alimentetur et nutriatur, licet sit una bona mulier que extendit suam elemosinam erga ipsum puerum, sed nunc requirit auxilium etc.

Nichil fuit conclusum.

N. Glaudius Ravinelli presentavit claves arche secreti dominis meis sindicis, proponendo qualiter ego penes me habeo instrumenta tangencia macellum et aquam Areris, que confessus fui, et qualiter Johannes Quarrerii penes se habet omnes licteras occasione logiamentorum fiendorum et quictanciam, quas equidem confessus fuit ipse Quarerii.

Dicti domini mei sindici recusaverunt ipsas claves recipere, donec prius reductis in ipsa archa dictis instrumentis et licteris.

(96) Retulerunt eorum mediis juramentis Jacobus, carpentator ville, et Bornandi quod trabatura per magistrum Petrum Michaelis, carpenta-

torem, noviter constructa in furno ville, ascendit ad decem florenos, inclusis omnibus.

Quia fuit visum quod nimis ample taxetur ipsa trabatura, commictitur Monthionis, Ravinelli, Quarrerii et Cavuycini quod ipsam visitent, deinde tractent cum dicto magistro Petro, deinde refferant in consilio tenendo Veneris proxima.

|| Fuit creatus burgensis Henricus Galatini, de Collongiis, notarius, precio septem florenorum et collovrina. || — *(B.)*

Jamdictus Ravinelli peciit sibi fieri unum mandatum de centum florenis quos de suis pecuniis exbursatis solvit magistro monetarum et non habet assequuracionem, seu sibi solvi.

Actestatur consilium ibidem congregatum quod communitas sibi Ravinelli debet dictos centum florenos, dummodo reddiderint computum sindici moderni de leva et aliis uti tenentur, quo reddito et viso tenore illius, fiet sibi mandatum et assecuracio plenaria, et ita fuit conclusum.

Martis prima marcii, in dicta domo Hospitis.

N. Orsires, Michaele, Monthionis, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Peymes, Lestelley, Liga, Nanto, Magnini, Quarrerii, Cavuycini, Cortagiez, L. Magnin, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum per dominos meos sindicos qualiter ad ipsorum pervenit noticiam quod nonnulli criminosi fuerunt in presenti civitate capti et deinde incarcerati in aliis carceribus quam in solitis, videlicet episcopalibus vel Insule, et deinde ducti extra civitatem. Quid fiendum?

Ordinatur quod, actento quod non intervenit aliqua clama seu grusa, quod nichil fiat sed taceatur.

Item Anthonius Poralis presentavit licteras sue franchesie observari.

Ordinatur quod dimictat dictam licteram penes me et videbitur, et Veneris proxima fiat sibi responsio cum consilio.

Item Nycodus de Nanto et Anthonius Fabri exposuerunt cum queremonia qualiter fornerius bolongerie facit igne[m] absque episcotorio et qualiter ignis jam pluribus vicibus se cepit, et ulterius qualiter jam

alias sibi fuit vetitum quod non faceret, sed facit; provideri videlicet exequi ordinacionem.

Ordinatur quod domini mei sindici in promptu vadant visitare et sibi deffendatur in forma et cum inhibicionibus opportunis.

Fuit receptus vigil Johannes de Petra, qui juravit in forma.

Item fuit facta commissio Mermeto de Nanto et quibus alias quod exequantur eorum commissionem alias factam de arcossis Areris et quod dictus de Nanto tradat communitati decem florenos pro solvendo affanatores, et sibi restituentur hinc ad xv dies.

Item fuit preceptum Dorerii et Vignioli, receptoribus leve, quod exequantur eorum receptam et taliter quod in brevi fiat conclusio; et se obtulerunt dicti domini mei sindici ipsos associare, dum locus eveniet.

(97) *Mercuri secunda marcii,* in dicta domo Hospitis.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Lestelley, Nanto, Quarrerii, Cavuycini, Cortagiez, Ja. Miquent, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quoquidem consilio fuit per jamdictos sindicos expositum qualiter ipsi miserunt licteras missivas illustrissimo domino comiti Rotondimontis micti ordinatas, cum copia licterarum dominicalium in favorem nundinarum presentis civitatis concessarum, et qualiter ad ipsorum pervenit noticiam quod illustrissimus dominus dux Burgondie hinc ad Veneris proximam debet esse in villa Sancti Glaudii; proponendo an esset bonum notifficare adventum dicti domini ducis Burgondie domino nostro Gebenn. episcopo, adeo quod obtineat aliquam provisionem in favorem dictarum nundinarum, seu mandare unam ambassiatam ad predictum dominum nostrum ducem Burgondie, adeo quod deffensiones faciat in favorem dictarum nundinarum et in prejudicium nundinarum Lugduni. Et quid fiendum?

Fuit ordinatum, post multas altercaciones et multa advisamenta in ipso consilio facta, quod nichil fiat, sed maneat in terminis stantibus, auxilium Dei expectando etc.

Veneris quinta [*quarta*] *marcii,* in jamdicta domo et consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Bona, Nanto, Cavuycini, L. Magnini, Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Jamdicti de Nanto et Cavuycini exposuerunt in ipso consilio qualiter ipsi, insequendo commissionem eis factam, implicaverunt arcossas Areris uti melius potuerunt, ac tamen dant in advisamentum qualiter non sufficit bonum opus facere, quinymo assequurare, et jamdictum posset assequurari pro pauco, videlicet pro quinque vel sex chivronis implicandis a parte Areris, adeo quod aqua non inducat terram et arcossias; et ulterius quod opportet habere argentum pro solvendo mercenarios qui fuerunt in opere vocati. Provideri, alias protestantur quod ad ipsos non tenet, quoniam fecerunt diligenciam juxta sibi commissa etc.

Martis octava marcii, in jamdicta domo, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — (98) Gavit, Bona, Lestelley, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, P. Magnini, Nanto, Braseti, Regis, L. Magnini, Ja. de Miquent, Cortagiez, Dorires, H. Valleti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio tradicta supplicacio per fornerium ville et rotulum, sibi provideri requirendo.

Ordinatur sibi intrari et deduci de salario furni, pro duobus mensibus quibus non se juvit de eodem, videlicet quatuor florenos, et ita mandatur.

Ordinatur insuper, dummodo juret quod ipse exposuit pro communitate quatenus in rotulo ascendente ad vj florenos, iij grossos, quod sibi intrentur, et ita fieri mandatur.

Jamdicti domini mei sindici tradunt in tachium Petro Johannis, lathomo, de faciendo ogivam juxta furnum et de reparando murum a ogiva usque ad viretum, et de faciendo trabaturam supra furnum bonis materiis, videlicet precio xxj florenorum, et promiserunt domini mei sindici solvere et aliis adimplere etc.

Item fuit in consilio ipso expositum qualiter parvus puer pro crimine detentus adhuc non est liberatus. Quid fiendum?

Ordinatur capi processum et consuli, deinde procedi juxta determinacionem consilii contra ipsum.

Quia Humbertus, greator, exposuit quod, in tachio sibi dato, fuit ordinatum fieri caminale camere subtus aulam quod deberet exire per caminale furni, et non potest fieri, sed per alium locum, videlicet per juxta murum, et erit sibi plus sumptuosum; sibi provideri.

Ordinatur sibi dari tres florenos ultra precium tachii et, hoc mediante, ipse greator teneatur facere ydonee dictum caminale per juxta murum suis expensis etc.

|| Fuit creatus burgensis Petrus Paquelleti, de Seysello, chausaterius, habitator Marie Magdalenes, pro septem florenis et collovrina. || — *(B.)*

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter quidam detentus pro arte contra fidem fuit in carceribus Insule absque remissione detentus etc. Quid fiendum?

Ordinatur fieri protestacionem contra castellanum in bona forma etc.

Item fuit in ipso consilio ordinatum fieri crida super facto fardelli ac eciam de cutellis quos latro qui fuit verberatus ceperat, quod ille, seu illi, cui erunt ipsi cutelli et in fardello existentes et dent intersigna, quod veniant ad dominos meos sindicos et restituantur.

Item fuit ordinatum quod Anthonius Pojalis pro nunc nichil solvat de sua leva, actento et quod servitor et senex.

Item fuit ordinatum in ipso consilio quod communitas non litiget cum de Apotheca, sed domini mei sindici confiteantur debitum.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter nonnulli terralieverunt versus Crucem Palacii, taliter quod est unus nantus etc.

Ordinatur quod domini mei sindici vadant super loco et provisionem faciant super premissis et, si aliquis teneatur facere aquam ductum, quod fieri procurent etc., et alias prout eis videbitur expediens.

Jamdicti Mermetus de Nanto et Cavuycini dederunt advisamentum jam Veneris proxima datum, petendo licteras testimoniales.

(99) Ordinatur quod exequatur commissio eis facta.

Item fuit expositum qualiter nonnulli nituntur abbergare commune versus turrim Arsinarii, in prejudicium communitatis.

Ordinatur quod dicti domini sindici visitent locum et obviacionem totalem faciant contra omnes.

Ordinatur scribi una alia lictera domino comiti Rotundimontis et quod Quarro faciat unam aliam copiam licterarum dominicalium.

Veneris undecima marcii, in jamdicta domo Hospitis, in consilio ordinario.

N. Orsires, Vaudo, Michaele, sindici; — Nanto, Cavuycini, Cortagiez, Dorires, P. Magnini, Miquent, L. Magnini, H. Valleti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

In quoquidem consilio fuit expositum qualiter nonnulli nituntur abbergare privato nomine commune presentis civitatis juxta aream et curtille heredum Bartholomei existens, tendens usque ad Urtabisez, in prejudicium rei publice, et presertim Michalle. Quid fiendum?

Ordinatur prosequi deffensio ipsius communis ne abbergetur rigide, et nichilominus presencialiter in presenti consilio evocari dictum Michalie qui burgensis, et quod sibi demonstretur qualiter venit contra juramentum suum et contra libertates etc., et per vigilles admoveri et detroncari omnes salices ibidem plantatos et excretos in prejudicium communitatis. Qui Michalie venit et cui fuit organo dicti Orsires rigide demonstratum, sed respondit quod amplius non intendebat ire aliqualiter contra rem publicam, requirendo veniam.

Mandatur solvi borrelerio xviij grossos sibi debitos pro refectione xx sellioctorum presentis civitatis.

Item fuit in ipso consilio expositum per hospitallerium hospitalis Beate Marie Magdalenes quod dictus Lorens, condurerius, vi et de facto nocte intravit hospitale et fregit clavem ac multa alia enormia peregit etc.

Quo audicto, dicti domini mei sindici ipsum Lorens miserunt quesitum sibique rigide demonstraverunt facti opera per ipsum in hospitale illata; sed ipse Lorens peciit veniam, narrando qualiter ipse fecit pro bono, videlicet ad locandum unum Christi pauperem in dicto hospitali. Qua venia petita, dicti domini sindici preceperunt quod fieri faceret unam clavem suis expensis, quod et facere se ultro obtulit ipse Lorens.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter ipsi domini sindici fuerunt die herina in consilio episcopali, in quoquidem fuerunt exposita multa, et precipue quod consilium procurabat quod fieret commissio Pichocti de signando pondus ac alia et sibi decerni una plathea prope Alam pro signando. Item quod quidam volebat abbergare commune presentis civitatis versus domum Asinarii, in prejudicium rei publice.

Item quod fieri intendebat consilium ipsum visitacio apothecariorum ac aliorum etc. Item quod leventur furche ad terram prostrate seu ultimum supplicium etc.

Fuit ordinatum quod dicti domini mei sindici fieri facere procurent visitacionem dictorum appothecariorum, item et levacionem furcharum; item quod obvient ne commune predatur etc.

(100) Ordinatur quod thesaurarius tradat Mermeto de Nanto xij florenos pro ponendo in opere Areris. Item et quod tradat argentum operariis Domus ville.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter hospitallerius hospitalis Domine Nostre tenet se et ejus liberos absque locando pauperes Christi. Quid fiendum?

Martis xv marcii, in jamdicta domo, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthyonis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Peymes G., Lestelley, Nanto, Ravinelli, Quarrerii, Regis, Cortagiez, Dorires, P. Magnini, L. Magnini, Fogia thesaurarius, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter nobilis Aymo de Versonex in sequestrum seu in manu tercia custodit unam acquariam argenti n. de Saccunex de pignore levatam pro xl^{ta} florenis, de quibus xl^{ta} florenis communitas ad presens bene indiget. Quid fiendum?

Ordinatur quod domini sindici loqui habeant cum eodem Versonex quod eis tradat dictam acquariam pro vendendo et quod ipsum promictant indempnem servare; deinde quod vendat juridice vocando jamdictum de Saccunex.

Fuit tradicta supplicacio parte Allyode que lecta extitit, sed nichil fuit appunctuatum.

Johannes de Marlio fuit evocatus in presenti consilio, deinde organo jamdicti de Orseriis fuit sibi remonstratum qualiter ipse nitebatur abbergare communia civitatis ultra formam sue burgensie et contra communitatem, et quod advideret.

Qui Johannes dixit quod bene credidit abbergare, sed non abbergavit nec abbergabit, clamando veniam.

Item Jacobus Cochonis, barbitonsor, peciit sibi satisfieri de locagio sui equi ut alias.

Ordinatur quod sibi restituantur pignora sua ad causam leve noviter imposite per exactorem ipsius leve levata, et quod hoc mediante quictet communitatem de dicto locagio equi, quod et fecit idem Jacobus.

Petrus Prepositi exposuit qualiter ipse compellitur ad solvendum levam noviter impositam et qualiter ipse est paratus respondere quantitatem per ipsum debitam Petro Mastocti, cui debentur pecunie per communitatem, uti dixit.

Fuit facta sibi responsio quod ipse loqui habeat receptori ipsius leve et quod sibi solvat, si velit.

Guillelmus Morelli exposuit qualiter ipse compellitur pro ista leva noviter imposita, licet de precepto sindicorum ipse trad[id]erit panem liberorum Jaqueme, qui fuerunt ejecti a domo Galliardi, causante morbo epydimie, usque ad valorem quatuor grossorum.

Ordinatur sibi intrari in dicta leva quantitatem quam jurabit, actento quod ita fuit relatum.

Jamdicti domini mei sindici miserunt quesitum (101) cridam, cui dixerunt qualiter ipse debet salarium ipsius cride trium annorum vel circa, petendo quod solvat; et qualiter ipse exegit jus communitatis in lapidibus per ipsum extractis de Arere, eciam quod solvat.

Ipse crida requisiit computum. Ordinatur quod computet cum receptore, deinde solvat.

Item filius Girardini de Ripa exposuit qualiter ipse litigabat contra communitatem ultra suam voluntatem, requirendo sibi satisfieri absque alio litigio.

Ordinatur quod dicti domini mei sindici die crastina confiteantur debitum, ita tamen quod habeant terminum usque ad nundinas Pache et cum pacto quod accipiat responsionem, loco solucionis.

Sabacti xix marcii, in dicta domo Hospitis.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Bona, Peymes, Ravunelli, Nanto, Cortagiez, Dorires, Miquent, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter, a paucis diebus citra, dominus Johannes Chapuysii in carceribus episcopalibus detinetur contra libertates presentis civitatis, quia si ipse detineatur pro re civili debet mencionata carcere liberari, si autem pro re criminali debet remicti sindicis quibus pertinet cognicio, actento quod ipse non est clericus. Quid fiendum?

Ordinatur ad cras convocari consilium in domo Orseriis super ista materia et in eodem vocare doctores cum consilio ordinario etc.

Die dominico xx^ma marcii, in domo n. Jo. de Orseriis, in consilio ordinario ibidem congregato, certis de causis.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Gavit, Peymes, Bona, Ste. Achardi, Quarrerii, Lestelley, Nanto, Ravunelli, Cortagiez, Braseti, G. de Fogia, consilliarii; — venerabiles domini de Saxo, Consilii, P. Campanodi, doctores; — Jo. de Fogia, R. Arnaudi, Prepositi, A. Achardi, B. Vincenti, Marvalli, burgenses vocati.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter dominus Jo. Chapuysii detinetur ut supra jam dictum est. Quid fiendum?

Post multas altercaciones fuit ordinatum quod societas ibidem congregata presencialiter se transferat in eclesiam Beati Petri et congregari faciat capitulum, in eodem exponendo premissa et petendo consilium, et juxta illud consilium prosequatur factum dicte detencionis, prius, si fieri possit, exponendo domino nostro, alias via supplicacionis.

(102) Deinde, insequendo ordinacionem premissam, omnes superius nominati se transtulerunt in eclesiam Beati Petri Gebenn. et in eadem congregari obtinuerunt capitulum ipsius eclesie, cui facta per dominos meos sindicos exposicio detencionis preallegata, et in quo capitulo intererant venerabiles domini P. de Viriaco, Anthonius de Viliaco, A. Gavit, B. Fabri, P. de Lornex et Ja. Fuserii, canonici Gebenn. Qui consilium dederunt predictis dominis meis sindicis et toti societati quod sex de presentibus minime per ipsos nominatos se transferre deberent ad dominum nostrum Gebenn. episcopum et sibi exponere premissa et, juxta responsiones eis fiendas, quod procedant; nec aliter se intromictere intendebant in dicta materia.

Et insequendo omnes superius nominati sindici et cives iterata vice se in alio consilio infra dictam eclesiam posuerunt.

In quo consilio fuit ordinatum quod societas predicta, hora vesperorum, se transferre debeat in eclesiam Fratrum Minorum, post sermonem, vocatis et secum assistentibus venerabilibus dominis Petro Conodi, B. de Sancto Martino, Johanne Magnini et Botellierii.

Die predicta, in conventu predicto Fratrum Minorum.

N. Monthionis, Vaudo, sindici; — Nanto, Lestelley, Cortagiez, Miquent, consiliarii; — venerabiles domini Sancto Martino, de Saxo, Marvalli.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quoquidem consilio fuit exposita materia detencionis premencionate. Quid fiendum?

Fuit ordinatum fieri facere una supplicacio in qua narrentur omnia et que porrigatur domino nostro Gebenn. episcopo.

Die martis xxij marcii, in domo Hospitis, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Peymes, Lestelley, Nanto, Ravinelli, Cavuycini, Quarrerii, Cortagiez, Miquent, L. Magnini, Valleti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quoquidem consilio fuit expositum per uxorem Bauleduc, organo domini Bartholomei de Sancto Martino, qualiter Petrus Privissini, quondam ejus pater, emancipavit a bonis suis Henricum Privissini, ejus filium et dicte exponentis fratrem, ipsaque bona juraque et actiones quas habere poterat in ipsis bonis eidem quondam Petro quictavit pro et mediantibus quatercentum florenis, uti lacius continetur in instrumento inde recepto; et qualiter ipse quondam Petrus in suis diebus extremis legavit et donavit omnia bona sua eidem exponenti, ipsam heredem suam nominando, ut equidem instrumento dicti testamenti inde recepto; et qualiter ipsa fuit et stetit in possessione paciffica domus et omnium bonorum dicti quondam Petri ejus patris, uti ejus heres universalis a morte ipsius quondam Petri. Et quod, a paucis diebus citra,

quod nonnulli servitores illustrissimi domini nostri episcopi ipsam exponentem, absque titulo et citra judicialem cognicionem et in enervacionem (103) franchesiarum presentis civitatis, ipsam exponentem a dicta sua possessione ejycierunt et amoverunt vi, violenter et de facto, ipsamque possessionem violenter detinent, asserentes quod dicta bona sua erant Henrici Privissini, ejus quondam fratris, qui a duobus diebus citra dies suos clausit extremos, et quod ipse erat homo talliabilis prefati domini nostri episcopi ad causam prioratus Privissini. Que bona eisdem turbatoribus dedit ipse idem dominus noster, uti asserunt et dicunt, quod sunt et fuerunt eidem domino nostro excheyta ob mortem dicti quondam Henrici. Que omnia minime reperientur in veritate quia dictus quondam Petrus, ejus pater, nec eciam dictus Henricus, ejus quondam frater, nunquam fuerunt homines talliabiles prefati domini episcopi nec ipsa bona erant jamdicto quondam Henrico, quinymo sorori. Quapropter requisiit humiliter sibi provideri et sibi observari faciendi libertates presentis civitatis uti assuetum est, ejyciendo seu ejyci faciendo intrusos in dicta sua possessione, saltem donec fuerit cognitum, uti est assuetum.

Cui fuit facta responsio quod domini mei sindici haberent consilium super premissis, deinde facient eorum debitum ad observare faciendum libertates presentis civitatis.

Item fuit ulterius exposita materia detencionis domini Johannis Chapuysii, que fuit ultra formam libertatum et in enervacionem ipsarum. Quid fiendum?

Ordinatur fieri una supplicacio que dirigatur domino nostro Gebenn. episcopo, in qua narrentur omnia premissa et in qua requiratur observari libertates presentis civitatis, et quod reparentur facti opera premissa etc.

Ordinatur fieri una crida quod nullus audeat capere de nemoribus versus Arvam et quod mondentur carrerie, et hoc sub pena trium solidorum.

|| Mandatur solvi Petro Michaelis, carpentatori, xiij florenos, vj grossos, denarium, causa in duobus rotulis visis per Ravinelli et Quarrerii expressa. ||

Fuit tradicta una supplicacio parte Bartholomei Filanceti, que fuit lecta et concludit quod, actento quod officiarius in pondere, ipse non debet solvere levam.

Quia alias fuit facta ordinacio quod admodiatores solverent, ordinatur quod solvat.

Petrus Mastocti tradidit unum rotulum, requirendo sibi satisfieri; commictitur Ravinelli visio et refferat Martis proxima.

Fuit notifficatum eidem Petro Mastocti per dominos meos sindicos primo qualiter opus per ipsum Petrum in Domo Communi constructum non fuit factum uti tenebatur ipse idem Petrus, quia non visitavit visitando; et quod si deterius reperiatur, quod ipsum compellebunt, justicia mediante, ad faciendum que debebit.

Qui Petrus respondit quod ipse adimplevit suum tachium realiter et taliter quod operarii nescirent quid addere etc.

Item fuit sibi Petro equidem notifficatum qualiter ipsi domini mei sindici reperiunt de tegularia quam tenet tria milia quarronorum cum dimidio pro quolibet anno, et quod si velit tenere, quod tantum det, nichilominus in argento, quia civitas non indiget quarronis.

Qui Petrus dixit quod non daret nisi uti assuevit, dicendo quod acipiatur plus.

Ordinatur quod ipsa quarroneria expediatur plus offerenti in argento.

Item fuit notifficatum qualiter alia quarroneria que destruitur fuit destructa deffectu admodiantis cujus fuit fidejussor Tacon, de Sancto Gervasio, et qualiter ipse adhuc debet firmas ipsius tegularie.

Ordinatur compelli ipsum fidejussorem ad reficiendum et ad solvendum firmas.

Commictitur G. de Vaudo, sindico, cui alias fuerat facta commissio cum Crochonis quondam, et addatur loco Crochonis Lambertus Magnini, quod fieri facerent pontem deruptam versus carreriam Ville Nove.

(104) Item fuit tradicta supplicacio per illos qui habent domus juxta parvam carreriam ipsius Fusterie, concludens quod sumptibus ipsorum fiat pavimentum, adeo quod aqua labi possit etc.

Martis xxix marcii, in dicta domo Hospitis.

N. Orsires, Monthionis et Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Peymes, Lestelley, Liga, Nanto, P. Magnini, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, Regis, Cortagiez, Dorires, L. Magnini, Valleti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum per nobilem Aymonem de Versonex qualiter exactores intratus vini presentis civitatis ipsum nituntur compellere ad solvendum intratum certi vini sui domus in presenti civitate intrati, in enervacionem sue franchesie sibi concesse, cujusquidem franchesie ipse exhibuit copiam debite tabellionatam; sibi provideri et taliter quod deinceps ipsi exactores nec ejus successores deinceps ab eodem nichil petant, actento quod franchus, requisiitque responsionem haberi an procedat de voluntate dictorum dominorum meorum sindicorum, quoniam provisionem decentem obtineret. Et ulterius voluntarie proposuit ipse idem n. Aymo in ipso consilio quod quando dicta sua franchesia prejudicaret communitati presentis civitatis, quod nollet eadem uti nec gaudere.

Qua copia franchie in pleno consilio lecta et ad intelligendum omnibus presentibus in ipso consilio data, fuit ordinatum, actento quod dictus n. Aymo presencialiter fieri facit pagnos, quod observetur sibi ipsa franchesia.

Et quia ipse n. Aymo de Versonex se obtulit soluturum quantitatem in qua fuit taxatus in ultima leva in presenti civitate concessa et non solvit, ordinatur quod graciose domini mei sindici graciose sibi demonstrent quod solvat in suis manibus talem quantitatem leve etc.

Dictus n. Aymo requisiit quod cancelletur de numero consilliariorum, si Cortagiez de numero remaneat.

Petrus Cortagiez exposuit qualiter ipse admodiavit intratum vini presentis civitatis istius anni et quod, exigendo seu exigi credendo a dicto n. Aymone de Versonex, ipse idem n. Aymo sibi quamplura dixit et credit quod ipse procuret suum dampnum uti sibi dixit, requirendo sibi provideri, videlicet quod pro bono opere non lapidetur, loquendo dicto n. Aymoni graciose qualiter fuit sibi Cortagiez in mandatis datum quod ipse exigeret ab omnibus absque excludendo aliquos, adeo quod dampnum non reportet.

Ordinatur quod dicti domini mei sindici sibi n. Aymoni demonstrent graciose, apponendo pacem inter ipsos n. Aymonem et Cortagiez.

Item Johannes Novelli, nomine n. Guillelmi de Saccunex, exposuit qualiter uno semel fuit de pignore levata sibi nobili Guillelmo unam acquariam argenti precio xl florenorum in quibus fuerat taxatus in leva tunc in presenti civitate imposita. Quamquidem acquariam sibi pre-

misso nomine petit restitui, actento quod dictus n. Guillelmus est liber, nobilis forensis et servitor continuus domini nostri episcopi, quibus de causis ipse est exemptus.

Ordinatur quod solvat uti et alii fecerunt, licet fuerit sibi facta responsio qualiter illi, a quibus causam habet ipse n. Guillelmus, non utebantur tali libertate et quod alii nobiles forenses solvunt et qualiter tunc temporis ipse non erat servitor domini nostri episcopi et ultra quod talis leva fuit taxata ad causam bonorum ejus uxoris etc.

(105) Nobilis Aymo de Amanciaco exposuit qualiter ipse compellitur ad solvendum intratum plathee communis per ipsum abbergate a domino nostro Gebenn. episcopo, licet totam ipsam platheam non possideat, quinymo communitas.

Quare petit quod communitas solvat quotam ipsius introgii inquantum concernit platheam per ipsum abbergatam et quam possidet communitas, exhibendo licteram abbergamenti etc.

Ordinatur quod ordinacio et pronunciacio alias super hoc facta habeat locum et ita respondeat sibi alter dominorum meorum sindicorum.

Item Franciscus Bergerii exposuit qualiter ipse fuit taxatus in leva ultimate imposita ad duodecim grossos et qualiter fuit pignoratus, licet illustris dominus comes Gebenn. requisierit quod exemptus esset; sibi restitui.

Ordinatur quod solvat antequam habeat suum pignus et sibi fuit rigide demonstratum etc.

Item fuit sibi Bergerii preceptum quod ipse amoveat fimum ante domum suum existens.

Ordinatur quod cras fiat una processio generalis in presenti civitate pro disposicione presentis civitatis et in eadem habitancium.

Item fuit in consilio expositum qualiter fuit oblata supplicacio super observacione franchesiarum petita ad causam detencionis domini Johannis Chapuysii et ad causam privacionis possessionis heredis Privissini etc. Et qualiter fuit obtenta provisio vigore cujus fuit litigatum jam duobus diebus. Quid fiendum?

Ordinatur prosequi, justicia mediante, actamen cum benigna reverencia etc.

Ordinatur quod receptor tradat argentum operariis in Domo Communi operantibus, uti lathomis, carpentatori et greatori.

Veneris [*Martis*] *quinta mensis aprilis,* in dicta domo, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Peymes, Lestelley, Ravunelli, Cavuycini, Quarrerii, Liga, Nanto, P. Magnini, Regis, Miquent, Cortagiez, Dorires, L. Magnini, Valleti, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

In quoquidem consilio supervenit Huric, pavissiator, qui exhibuit quemdam rotulum papiri, in quo describuntur nomina plurium burgensium, narrando quod alias ipse, de precepto dominorum sindicorum pro tempore existencium, ipse pavivit ante domus habitacionis nominatas in jamdicto rotulo, petendo solucionem etc.

Fuit sibi facta responsio quod ipse exigat suum salarium a nominatis in rotulo, uti est assuetum, si velit, et, si opus sit, ejus expensis ministrabitur sibi unus vigil pro ipsum associando.

Item fuit data quedam supplicacio parte medice que est de partibus inferioribus, que fuit lecta, sed nichil fuit appunctuatum super contentis in eadem.

Discretus Johannes de Fogia exhibuit quamdam sentenciam in favorem communitatis per ipsum receptam, petendo sibi satisfieri de sua mercede. Nichil fuit ordinatum.

(106) Item fuit expositum in ipso consilio qualiter dominus noster Gebenn. episcopus rescribit unam licteram missivam magistris computorum domini nostri ducis Sabaudie, pro ultimo supplicio justicie relevando etc. Ordinatur micti ipsa lictera et prosequi quod habeat locum.

Ordinatur dari tres florenos lathomis ultra tachium, adeo quod faciant murum usque ad novum murum, et commictitur dominis sindicis quod tractent.

Item fuit expositum qualiter gentes serenissimi regis Cipri ceperunt unum ex suis gentibus et ipsum incarceraverunt in carceribus privatis. Quid fiendum?

Nichil fuit conclusum.

Johannes Monachi exposuit qualiter ipse est sentencia excommunicacionis innodatus ad instanciam communitatis fidejussorio nomine ejus fratris, requirendo assensum sue absolucionis sibi concedi.

Ordinatur absolvi usque ad quindenam Pasche inclusive.

Item fuit expositum de detencione domini Johannis Chapuysii ut alias. Quid fiendum? Nichil fuit appunctuatum.

Martis duodecima aprilis, in dicta domo in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Liga, Peymes, Ravinelli, Carrerii, Cavuycini, Nanto, Braset, Cortagiez, Dorires, L. Magnini, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter uxor Mermeti Regis, lathomi, cepit nemus in tornis Areris in prejudicium communitatis, et plures alii ita et similiter faciunt.

Ordinatur fieri crida quod nullus deinceps audeat capere in ipsis tornis nemus et eciam de lapidibus Areris ex parte Palacii.

|| Mandatur solvi Ravunelli c florenos quos solvit nomine communitatis magistro monete, quia alibi est super Jo. Quarrerii. ||

Ordinatur quod Lullini et Hugoninus de Boulo solvant levam, licet exposuerunt quod non tenentur.

Mandatur magistris computorum quod audiant computum Johannis Quarrerii occasione leve per ipsum recepte.

Veneris xv aprilis, in dicta domo Hospitis, in consilio ordinario ibidem congregato.

N. Orsires, Vaudo, sindici; — Lestelley, Nanto, Quarrerii, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum per discretos Humbertum Rogeti, Johannem Peccolati, Johannem Follieti, Mermetum Montanerii, Johannem Johannodi, Pernetum Pichon, Albertum Johannodi, Guillelmum Pyneti, Johannem Peytralis, Petrum de Cresto et Guillelmum de Quarro, qualiter Johannes Velluti habet unam magnam quantitatem mutonum, quos mutones ipse, vi et de facto declaudendo et destruendo sepes, pasci facit in pratis presentis communitatis, requirendo sibi provideri, notifficando quod si insultus interveniat non noceat exponentibus etc.

Ordinatur quod domini mei sindici habeant demonstrare eidem Velluti rigide etc.

(107) Ordinatur fieri crida quod nullus audeat destruere sepes possessionum et abire permictant porcos per civitatem etc.

Sabbacti xvj aprilis, in dicta domo, in consilio ordinario ibidem congregato.

N. Orsires, Vaudo, sindici; — B. de Sancto Martino, Liga, Gavit, Ravinelli, P. Magnini, Nanto, Quarrerii, Jo. de Fogia, Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio porrecta et lecta una supplicacio parte venerabilis domini Johannis Chapuysii detenti.

Fuit ordinatum quod supplicacio ipsa portetur in capitulo et sicut domini de capitulo consulebunt fiat.

Item fuit in ipso consilio expositum per Roletum dous Puer qualiter gentes r. domini nostri Gebenn. episcopi, hora vespertina, vi et de facto et citra judicialem cognicionem, ceperunt ejus uxorem et duxerunt in carceribus episcopalibus; sibi provideri.

Ordinatur fieri una supplicacio parte communitatis et una alia parte dicti Roleti, que porrigantur domino nostro episcopo etc.

Die vicesima mensis aprilis, in ipsa domo, hora viij noctis.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Bona, Peymes, Liga, P. Magnini, Cavuycini, Cortagiez, Dorires, L. Magnini, Braseti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter Guichardus Guacti fuit verberatus etc.

Nichil fuit appunctuatum.

Martis xix aprilis, in jamdicta domo, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Lestelley, Cavuycini, Quarrerii, Liga, P. Magnini, Cortagiez, Regis, Dorires, Miquent, L. Magnini, Valleti, Ravinelli, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

(108) Fuit in ipso consilio expositum per Bartholomeum Filanceti qualiter nonnulli de Sancto Gervasio moli faciunt eorum blada absque ponderando, in sui ac tocius communitatis prejudicium. Quid fiendum?

Ordinatur fieri plenta per ipsum Bartholomeum, secum assistentibus dominis meis sindicis, domino vicario et obtinere provisionem.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter Guillelmus Clementis, non obstantibus contra ipsum obtentis ac deffensionibus sibi factis, vadit per civitatem et vadit per forum tenendo victualia, in grande periculum omnium habitancium in civitate. Provideri.

Ordinatur quod ipse moneatur ad se separandum et eundum in maladeria etc.

Item fuit expositum de facto detencionis domini Johannis Chapuysii et qualiter fuit prosequutum.

Ordinatur semper prosequi per modum incohatum.

Fuit porrecta supplicacio et lecta parte fratris Predicatoris qui predicavit in Cadragesima, sed nichil fuit appunctuatum de contentis in eadem.

Mermetus de Nanto et Glaudius Cavuycini presentaverunt rotulum in quo describuntur expense Areris etc. Commictitur visio illius Aymoni de Lestelley et ad refferendum ad Martis proximam.

Ordinatur quod artilieria presentis civitatis occulte visittetur et preparetur.

Ordinatur fieri crida quod nullus audeat capere de nemoribus in tornis Areris nec de lapidibus Areris nisi ab alia parte, sub pena lx solidorum. Item quod unusquisque faciat mondum ante domum suam.

|| Mandatur solvi Quarrerii, super firma alarum, c florenos et xix grossos. ||

|| Item et iiij^{c} florenos super firma intratus vini. ||

Martis xxvj aprilis, in dicta domo, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, sindici; — Ravinelli, Bona, Lestelley, Liga, Peymes, Nanto, Cavuycini, P. Magnini, Cortagiez, Valleti, L. Magnini.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Fuit porrecta supplicacio parte fratrum provincialis ac Fratrum Sancti Francisci, in qua continetur et supplicant quod eis prebeatur consensus tenendi in conventu Fratrum Minorum capitulum ipsorum.

Ordinatur quod, dummodo illustris ac reverendus dominus noster Gebenn. episcopus ac venerabile capitulum eorum assensum prebuerunt, quod eis concedatur assensus communitatis.

|| Mandatur solvi Mermeto de Nanto quantitatem in rotulo etc., actento juramento. ||

Clavis porte Sancti Leodegarii fuit apportata in consilio, sed fuit dimissa nepoti Molleti qui ipsam apportavit.

Ordinatur quod respondeatur fratri Predicatori qui predicavit, sibi demonstrando omnia, quod si receptor habeat argentum quod sibi tradat, sin autem habeat pacienciam.

Roletus de Monthouz exhibuit rotulum a mandato sue uxoris remotum, petendo sibi satisfieri.

(109) *Jovis xxviij aprilis,* in dicta domo et consilio ordinario existente.

Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Ravinelli, Nanto, P. Magnini, Cortagiez, Dorires, Carrerii, Ja. de Miquent, L. Magnini, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo consilio fuit expositum per jamdictos sindicos qualiter ad ipsorum pervenit noticiam quod dominus noster Gebenn. episcopus erat et est male contentus de salicibus per vigilles extrocatis et cissis versus Urtabisse.

Item de pignoribus per servientes levatis ad causam fimorum carreriarum.

Item de cridis fiendis eo quod non fuerunt facte prout fuerat jubsum, videlicet contra euntes ad nundinas Lugduni.

Super quibus omnibus fuit ordinatum prout infra.

Primo quod ad causam fimorum, quod observetur franchesia.

Item de cridis, quod alias fuerunt facte et illis stetur.

De salicibus, quod fuit alias facta ordinacio occasione ipsorum, que observetur et equidem franchesia, videlicet quod admoveantur per vigilles in presencia Aymonis de Lestelley consencientis.

Die xxix aprilis. Existentibus in consilio de L., in domo n. Anthonii Hospitis congregato, nobilibus Orsires, Monthionis, Vaudo, sindicis; — Ravinelli, Cavuycini, Bona, Nanto, Liga, P. Magnini, Dorires, Cortagiez, L. Magnini, consilliariis; — P. Guersi, Ja. Rufi, Ansermetus de Plathea, H. Grossi, Ja. Paqueti, H. Chardo, F. Perrodi, P. Exerton, R. Arnaudi, Vouterius Charavel, P. Marescalli, Guigone Locheti, Ja. Lebarbier, P. de Arlo, Jo. de Fogia, Ste. de Putheo, P. de Cresto, H. Perrodi.

(110) In quoquidem consilio fuit expositum qualiter vigiles presentis civitatis, insequendo ordinacionem consilii ordinarii et de mandato sindicorum, ciderunt salices in communi ante domum Lestelley versus Urtabisez existentes, cum prejudiciabiles essent communitati etc. Nichillominus vigilles ipsi fuerunt capti per officiarios domini nostri episcopi et detinentur in carceribus episcopalibus. Quid fiendum?

De consilio omnium superius nominatorum ordinatur loqui de materia predicta dominis de capitulo, ut assistant et nominentur in supplicacione porrigenda consilio predicti domini nostri episcopi, et quod graciose prosequatur materia.

Traditur clavis porte Sancti Leodegarii Guigoni Locheti qui juravit in forma.

Martis tercia maii. Existentibus in consilio ordinario presentis civitatis, in domo Hospitis congregato, n. Orsires, Monthion, Vaudo, sindicis; — Ravinelli, Bona, Lestelley, Peymes, Carrerii, Cavuycini, Nanto, Cortagiez, Dorires, P. Magnini, Regis, L. Magnini, consilliariis.

In quoquidem consilio fuit expositum qualiter, insequendo ordinacionem consilii de L., ipsi domini sindici fuerunt in consilio episcopali pro obtinendo liberacionem vigillum detentorum in carceribus episcopalibus eo quod ciderant salices; in quo fuit eis responsum quod, dummodo caucionem prestarent, quod liberarentur; et qualiter ipsi sindici ipsos vigiles detentos fidejusserunt taliter quod fuerunt liberati.

Item qualiter ipsi vigilles, licet forent liberati, nolebant exire carceribus, dicentes quod nobilis Monthionis sindicus erat causa ipsorum detencionis et qualiter ipse sindicus debebat esse detentus loco ipsorum.

Item qualiter ipsi sindici porrexerunt in consilio episcopali unam supplicacionem per [quam] petunt se nomine communitatis manuteneri in possessione communis etc.; et qualiter nullam responsionem habuerunt, licet instanciam fecerint de habendo; sed fuit eis responsum quod donec ad adventum domini nichil fiet.

Item fuit ulterius expositum qualiter macellarii vendunt carnes mutonis et bovinales ultra formam juris et bone equitatis, cum vendant libram carnis bovis sex denariis vel circa, prout in pleno consilio fuit apperte visum in una pecia carnis bovis per de Quarro de consilio superius nominatorum empta.

Item qualiter cossoni bladi sunt causa caristie bladi et presertim Tacon, qui pridie emit in portu unam magnam quantitatem bladi ultra cridas.

Item qualiter cossoni nemorum occupant ripas lacus et portus ultra formam cridarum et libertatum.

Item qualiter macellarii ponunt eorum scamna tam supra commune quod currus non possunt transsire per carreriam.

Item qualiter sunt nonnulli in carreria Pessonerie qui tenent terras ante eorum domus taliter quod, quando pluit, (111) nullus potest transsire ad causam mali loci.

Item et equidem in carreria Puneysia retro domus de Sancto Michaele, de Liga et aliorum, et fimos.

Item qualiter in carreria douz Bouloz est quedam plathea ad paviandum, qua de causa nullus potest transire racione mali loci.

Item quod adhuc plures sunt restantes ad solvendum levam noviter impositam et presertim rumorosi.

Super quibus omnibus fuit ordinatum et appunctuatum ut sequitur.

Et primo quoad detencionem vigillum, quod super supplicacione porrecta obtineatur provisio et sequatur juridice graciose, et si fiat responsio quod expectetur dominus noster, in Dei nomine, dummodo nichil fiat novi.

Item quia sunt nonnulli vigilles rumorosi et superbi, ordinatur quod de ministerio extrahantur et loco ipsorum provideatur de aliis.

Item quod inquantum tangit macellarios, quod fiat plenta in consilio episcopali.

Inquantum concernit cossonos et presertim dictum Taccon, ordinatur quod ipse Taccon compellatur ad exponendum bladum per ipsum emptum venalem precio justo, videlicet precio per ipsum empto, in platheis ordinatis, et quod pugnatur juxta tenorem cridarum.

Ordinatur fieri cridas quod portus vacuentur, sub pena trium solidorum pro qualibet vice et perdicionis denariatarum.

Ordinatur quod macellarii compellantur ad retrahandum eorum scamna uti juris fuerit.

Item quod habitantes in domibus compellantur ad removendum terras coram domibus suis existentes et fimos, juxta tenorem cridarum.

Item quod illi de carreria douz Bouluz ad quos spectat compellantur ad paviandum coram domibus suis.

Item quod domini mei sindici die crastina vadant ad exactionem leve et, si fieri possit, quod castellanus secum vadat etc.

Veneris vj maii, in consilio ordinario in quo fuerunt n. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Cavuycini, Nanto, P. Magnini, L. Magnini, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter, insequendo ordinacionem consilii ordinarii die Martis vicesima lapsa facta[m], ipsi sindici se transtulerunt in consilio episcopali, in quo ipsi nomine communitatis exposuerunt subscripta et fuit facta responsio uti inferius.

Primo qualiter porrexerunt supplicacionem fieri ordinatam tangentem communia civitatis etc. et qualiter fuit responsum eisdem, organo domini vicarii, quod domini de consilio episcopali die presenti se transferre volebant personaliter super loco contencioso et quod, [v]viso, provide[bi]tur taliter communitati quod unusquisque esset contentus, et nichillominus qualiter preceperant ipsi domini dictis sindicis quod venirent cum eisdem ad edocendum eorum jus etc.

(112) Item ulterius fuit expositum qualiter ad ipsorum sindicorum pervenit noticiam quod architenentes domini nostri episcopi a paucis diebus citra, media nocte, ceperunt quemdam Alemanum et ipsum in-[car]ceratum in Domo Communi posuerunt, quod cedit ultra formam libertatum, cum juridicio noturna tantummodo pertineat sindicis etc., et ulterius quod ipsi archerii faciunt quamplura enormia, uti de filio patisserii cui eundo ad sua negocia removerunt suum gladium etc., requirendo juridice provideri etc.

Fuit facta responsio quod magister hospicii et capitaneus archerio-

rum informacionem acciperent, deinde apponerent talem provisionem quod unusquisque esset contentus.

Item fuit equidem expositum qualiter macellarii ultra modum solitum et formam juris vendunt carnes mutonales et bovinales. Provideri.

Fuit responsum quod die Martis proxima domini mei sindici apportare teneantur in consilio episcopali sua jura que habent erga macellarios et occasione pollicie macellariorum, et quod tunc essent vocati in ipso consilio omnes macellarii.

Item fuit finaliter expositum an esset bonum quod fieret una crida quod unusquisque habitator Gebenn. esset armorum fulcitus adeo quod, si esset neccesse, tucius obviaretur scandelis etc.

Fuit facta responsio quod nullo modo fieri talis crida, sed si sindici secrete vellent visitare habitantes in civitate an sint fulciti vel ne, quod faciant.

Quid fiendum super premissis?

Ordinatur quod die crastina sindici, consilliarii ac inferius nominati debeant ire super loco predicto et ibidem remonstrare qualiter semper fuit commune et deffendere ipsum commune totis viribus. Isti intersint, videlicet : H. Perrodi, dictus Somaretaz, Jo. Troliet, P. Nycodi, G. Gervasii, Gatilliardi, Ryonbosson, Moreti, Ja. Roguz et illi de Collogniaco et de Galliardo, si reperiri possint hodie in presenti civitate.

Sabbacti septima maii, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Liga, Ravinelli, P. Magnini, L. Magnini, Dorires, H. Perrodi.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuerunt expositi casus jam in consilio precedenti expositi et ulterius qualiter die herina, insequendo ordinacionem jamdicti ultimi consilii, ipsi sindici ac ceteri superius nominati fuerunt versus Urtabisez, videlicet super loco communi contencioso, in quo loco interfuerunt domini consilliarii consilii domini nostri Gebenn. episcopi, sed nichil fuit appunctuatum, sed illico recesserunt ipsi domini consilliarii, visitato ipso loco, dicentes quamplura etc. Quid fiendum super omnibus?

Quia sunt pauci consilliarii in presenti consilio, ordinatur supersedi

usque ad diem Martis proximam, in quo consilio exponentur denuo omnia predicta.

Martis decima maii, in dicta domo, in consilio in quo L. fuerunt evocati.

(113) N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Bona, Cavuycini, Quarrerii, Ravinelli, P. Magnini, Dorires, L. Magnini, Peymes, Braseti, consilliarii; — R. Arnaudi, Clasquini, Serasson, G. Le Pelicier, Ja. Legras, Jo. de Fogia, H. Perrodi, Prepositi, Ja. Nergaz, Ja. Ruphi, H. Grossi, Jo. Ruphi, G. Boverii, Orjolleti, Jo. Malagnodi, Cardinal, P. Parvi Magistri, F. Macri, F. Patisserii, Chambaz, de Plathea, H. Bocardi, de L[ta].

Quiquidem omnes superius nominati consilium L. tenentes et representantes.

In quoquidem consilio fuit expositum qualiter illustris dominus noster episcopus abbergavit communia versus Urtabisez, et qui abbergaverunt obtinuerunt quod fuerint sibi abbergata limitata et poni fecerunt unam portam novam in grande dampnum communitatis; narrando qualiter fecerunt jamdicti sindici diligenciam de obtinendo reparacionem, videlicet communitas habeat quod suum est, in consilio episcopali in [quo] fuit eis responsum quod dominus abbergavit et potuit et quod ita remanebit.

Item qualiter fuerunt in capitulo, in quo ipsi sindici exposuerunt premissa, et qualiter domini de capitulo commiserunt duobus canonicis qui assisterent cum sindicis ad obtinendum reparacionem. Qui sindici et domini canonici commissarii fuerunt iterata vice in consilio episcopali, sed fuit eis responsum ut supra. Quid fiendum?

Item ulterius fuit in ipso consilio expositum qualiter domini de consilio episcopali se jactant abbergare velle communia versus Corrateriam, prout sic intellexerunt sindici ipsi.

Item ulterius fuit in ipso consilio expositum qualiter ipsi sindici fuerunt vocati in consilio episcopali, in quo fuit eis dictum qualiter dominus noster intendit fieri facere unum grossum pondus quod volebat locari facere subtus Alam, narrando quod si occuparet commune quod recompensaret alibi communitati, et qualiter ipse dominus noster intendebat habere emolumentum ipsius ponderis in solidum, narrando qualiter esset prejudiciabile communitati. Quid fiendum?

Item fuit interrogatus Nycodus Monitier, preco, an ipse proclamaverit quid vellet dare de dictis communibus abbergatis plus quam dicti qui abbergaverunt, prout sic fuit eis dictum in consilio episcopali. Qui Nycodus respondit quod non.

Concluditur in premencionato consilio quod querantur omnia jura communitatis communia concernencia et eciam pondus alarum, et adhuc monstrentur in consilio episcopali; petantque domini mei sindici sibi provideri super supplicacione porrecta et, si denegetur, quod petant licteras testimoniales et cum protestacione de habendo regressum; deinde evocetur consilium generale ad habendum potestatem pro prosequendo jura communitatis super premissis.

(114) *Martis xvij maii,* in conventu Fratrum Predicatorum, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Versonex, Gavit, Ravinelli, Bona, Nanto, Liga, Achardi, P. Magnini, Carrerii, Cortagiez, Valleti, Cavuycini, Regis, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis ibidem tenentes certis de causis.

In quo fuit expositum de communi predicto in Molari existente subtus Alam pro ponendo pondus, videlicet qualiter fuit jamdictis sindicis dictum quod si communitas tradat platheam et solvat totas expensas edifficii fiendi, quod communitas habebit terciam partem emolumentorum ponderis. Quid fiendum?

Item fuit expositum qualiter Maliardi obtinuit unam marcham contra Januenses, in prejudicium nundinarum. Quid fiendum?

Item n. Jo. de Sergiez narravit et exposuit suam credenciam quam in onere habebat nomine patrie Vaudi, videlicet quod civitas, si opus sit, ejus patrie Vaudi subveniant ad custodiendum patriam de gentibus et artilieria.

Concluditur quod de pondere, antequam communitas non habeat terciam partem emolumenti, quod ipsa communitas pocius expensas edifficii solvere debeat.

Item quod super provisione marche procuretur cum effectu quod lictere in favorem nundinarum concesse confirmentur per presentem dominum nostrum duce[m].

Super credencia de qua supra habeatur conferencia cum episcopali consilio.

Super commune, quod instetur quod fiat provisio super supplicacione, alias quod fiat appellacio coram auctentica persona.

Die xxix [*xix* ?] *maii,* in consilio de L^ta^ in domo Hospitis congregato.

N. Orseriis, Monthionis, Vaudo, sindici; — Ravinelli, Cavuycini, Bona, Nanto, Liga, P. Magnini, L. Magnini, Dorires, P. Cortagiez, consilliarii; — P. Guersi, Ja. Ruffi, A. de Plathea, H. Grossi, Ja. Paqueti, H. Chardo, F. Perrodi, L. Garnerii, Exerton, R. Arnaudi, Vouterius Charavel, P. Marescalli, Guigo Locheti, Ja. Le Barbier, (115) Arlo, Jo. de Fogia, Ste. de Putheo, P. de Cresto, H. Perrodi, L^ta^.

Quiquidem sindici et consiliarii consilium de L. tenentes et representantes.

Super facto vigillum detentorum in carceribus episcopalibus eo quod detroncaverunt salices vigore ordinacionis consilii ordinarii. Quid fiendum?

Ordinatur loqui dominis de capitulo de ipsa detencione ut nominentur in supplicacione fienda et porrigenda in consilio episcopali quod liberentur ipsi vigilles et quod graciose prosequatur materia.

Martis xxiiij maii, in consilio ordinario in dicta domo congregato.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Liga, Ravinelli, Cavuycini, Cortagiez, P. Magnini, Carrerii, Peymes, Regis, Nanto.

Quiquidem sindici et consilliarii tenentes et representantes.

Fuit in ipso consilio expositum qualiter soudanus petit expensas vigillum in carceribus factas et intratum, que premissa ascenderent ad magnam sommam.

Item an sit requirenda processio(ne) generalis pro disposicione temporis et aliis.

Item qualiter Dorires carceribus episcopalibus detinetur, in spretum et ultra libertates.

Item an sit neccessarium vel ne quod confirmentur lictere dominicales in favorem nundinarum presentis civitatis concesse.

Item qualiter viretus furni nunc cohoperitur, quod cedit in prejudicium ipsius vireti.

Item de pascuis, qualiter adhuc non fuit obtenta aliqua provisio, licet fuit requisita.

Quoad soudanum, ordinatur loqui cum eodem graciose et quod sibi demonstretur etc.

De facto processionis, ordinatur requiri.

De facto detencionis Dorires, ordinatur loqui in consilio qua de causa detinetur et quod obtinetur ejus liberacio, si possibile sit.

De confirmacione petita, ordinatur insequi alia ordinacio jam super hoc facta.

Ordinatur quod viretus omnibus obmissis cohoperiatur.

De pascuis, ordinatur insequi ordinacionem jam alias super hoc factam.

Martis ultima junii [*maii*], in domo predicta et consilio ordinario.

Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Cavuycini, Quarrerii, Regis, Valleti, Nanto, Dorires, (116) Cortagiez, Braseti, Achardi, P. Magnini.

|| Fuit creatus burgensis Theobaldus Bonat, tissoctus, Sancti Leodegarii, precio vij florenorum et collovrina. ||

Fuit expositum qualiter in magno numero venerunt in hac civitate Fratres Observancie in ipsorum capitulo et non habent ex quo vivant. Quid vivant [faciendum]?

Fuit expositum qualiter de Vaudo convenit magistro hospicii x scuta, dummodo reperiat modum ipse magister hospicii quod communitas habeat terciam partem emolumenti ponderis novi et quod communia de Urtebissez abbergata remaneant absque litigio communitati, et hoc ex commissione sibi per dominos meos sindicos facta.

Item ulterius qualiter Gavit convenit domino Petro de Viriaco x scuta adeo quod communitas habeat suum jus in jamdicto pondere, et asserebat se habere commissionem, licet non fuerit dictum per consilliarios, sed dixerunt quod non intendunt fecisse aliquam commissionem de dictis x scutis.

Item Colletus Guers supervenit in dicto consilio, cui fuit demonstratum qualiter culpa sui caminalis ignis fuit incensum in grande periculum civitatis; fuit deinde sibi dictum quod infra decem dies ipse ha-

beat deruere dictum caminale igne suspectum, cum comminacione quod alias ipsi sindici, de consilio quo supra, ipsum derui facient tunc et sumptibus ipsius Guers.

Ordinatur, super facto Fratrum Observancie, quod requirantur confratrie presentis civitatis quatenus intuitu misericordie ministrent sumptus et expensas dictorum Fratrum alternatis vicibus etc., et commictitur dominis meis sindicis quod requirant priores ipsarum confratriarum, deinde procedant prout eis videbitur expediens.

Quoad scuta predicta conventa, fuit responsum et ordinatum quod vendantur pignora pro leva levata, adeo quod habeantur ipsa scuta et solvantur.

Martis septima junii, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele et Vaudo, sindici; — Gavit, Lestelley, Peymes, Ravinelli, Liga, Nanto, Cavuycini, P. Magnini, Bona, Ja. Miquent, Valleti, L. Magnini, Cortagiez, Regis, Quarrerii, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quoquidem fuit expositum per Mermetum de Nanto qualiter fuit sibi per consilium premencionatum data assignacio de hiis que sibi debentur, ad causam expensarum per ipsum factarum in Arva etc., de et super emolumentis alarum spectancium communitati, et qualiter domini mei sindici volunt exigere ipsa emolumenta absque sibi solvendo.

Cui fuit responsum videlicet quod ipse de Nanto malefecit et in spretum consilii dicta emolumenta seysire faciendo, nichillominus quod alibi sibi fiet in brevi satisfactio, videlicet de et super exigendis de leva, sed non de dictis emolumentis, et sic fuit contentus.

(117) Item fuit in ipso consilio expositum qualiter dominus cancellarius est denuo veniendus in hac Gebenn. civitate. Quid fiendum?

Fuit ordinatum quod vadatur ad oviam et quod fiat sibi magnus honor, tam in donis victualium quam alias.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter nonnulli nituntur abbergare cursum aque Areris a parte Bastide, in enervacionem tornarum et ultra contenta in abbergamento.

Fuit ordinatum loqui de premissis, dum locus affuerit, in consilio episcopali.

Item fuit expositum qualiter fuerunt conventa per Gavit domino Petro de Viriaco decem scuta.

Item et per Vaudo decem scuta magistro hospicii, et hoc intencione quod obtineatur provisio super supplicacione ad causam communis de Urtabissez porrecta et quod communitas habeat quod suum est.

Ordinatur quod dicta viginti scuta hinc inde conventa solvantur quamprimum adimpleverint conventa jamdicti dominus Petrus de Viriaco et magister hospicii.

Ordinatur fieri scanna aule honeste ad electionem Orseriis cui commictitur.

Fuerunt requisiti Vaudo et Bona quod faciant pacem de georgiis inter ipsos existentibus, qua requisicione facta fecerunt pacem etc.

Martis xiiij junii, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Lestelley, Liga, Nanto, Cavuycini, Quarrerii, Ravinelli, Regis, P. Magnini, L. Magnini, Cortagiez, Miquent, consilliarii.

Uxor Guillelmi Clementis exposuit suam et ejus mariti leprosi neccessitatem, supplicando et requirendo graciam de hiis que debet communitati dictus ejus maritus etc.

Ordinatur quod solvat, actamen committitur Girardo de Fogia quod sibi respondeat graciose et det sibi terminum congruum etc.

Ordinatur cridari guiendia et grefiones ad tres denarios magna libra etc.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter revenditrices tam piscium quam aliarum rerum destruunt communitatem taliter nichil valetur emere in mercatis nisi manus ipsarum.

Ordinatur exponi in consilio episcopali et obtineri provisionem contra ipsas.

Jacobus carpentator tradidit rotulum etc. Commictitur visio Ravinelli et Quarrerii et ad Martis refferendum.

Martis xxj junii, in consilio ordinario, in domo Hospitis congregato.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit,

Liga, Achardi, Ravinelli, Quarrerii, Cavuycini, Nanto, (118) P. Magnini, L. Magnini, Regis, Valleti, Dorires, Miquent, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter thesaurarius obtinuit monicionem contra omnes de civitate ad causam oboli petiti pro parte domini nostri Gebenn. episcopi et petit retentas, quod cedit in periculum animarum, cum sint plures qui ignorant etc.

Item de pondere fiendo, qualiter commune destruetur si ponatur in loco in quo tendunt.

Item qualiter dominus vicarius advocavit causam mulieris detente in Insula ultra formam juris, cum hodie esset condemnanda vel absolvenda per dominos sindicos.

Ordinatur de premissis omnibus loqui in consilio episcopali et quod obtineatur provisio.

Item et equidem de maliciosa que tenet in sua domo hospites ducentes vitam inhonestam.

Item fuit receptus hospitellarius hospitalis pontis Rodagni Franciscus de Canibus, clericus, qui juravit etc., precio xl grossorum solvendorum sibi super aurobosco Animarum.

Item fuit expositum qualiter n. Versonex fieri fecit certas fenestras in sponda domus Trium Regum ultra formam transsactionis et qualiter Monthionis hodie sibi legit dictam transsactionem, qua audita ipse Versonex se obtulit observare transsactionem et preparare omnia.

Girardus de Fogia se obligat et promictit solvere omne id et quod debetur Mermeto de Nanto presenti etc. hinc.....

Martis xxviij junii, in domo Hospitis, in ordinario consilio.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Peymes, Lestelley, Ravinelli, Achardi, Cavuycini, Nanto, Liga, Cortagiez, Miquent, Braseti, P. Magnini, Dorires, L. Magnini, Valleti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum per hospitellerium novum hospitalis pontis Rodagni qualiter in dicto hospitali est quedam mulier et jam longo

tempore stetit, que fingit se esse infirmam et precipue dum missa cantatur in ipso hospitali, quia tunc non levat caput et non dicit aliquam devocionem saltem que videatur nec audiatur, que mulier non vult pati quod mutetur a lecto, sed minas facit hospitellerio etc. Provideri.

Ordinatur quod mutetur in uno alio hospitali, videlicet in hospitali capelle Domine Nostre pontis Rodagni, et commictitur G. de Peymes quod ipsam mutari faciat.

(119) Item nobilis Franciscus de Peyracto in ipso consilio exposuit qualiter a paucis diebus citra frater suus ipsum spoliavit de domo paterna citra judicialem cognicionem, licet communis, et hoc ultra formam libertatum, supplicando sibi provideri, videlicet sibi assisti etc.

Ordinatur quod domini mei sindici associent ipsum de Peyracto in consilio episcopali et assistant sibi ut sibi ministretur justicia, absque faciendo aliquam partem.

Clavis porte Sancti Leodegarii fuit tradicta Guillelmo Barraz, qui juravit in forma.

Quia Mermetus de Nanto litigat cum communitate ad causam turturis debite pro admodiacione intratus vini, fuit sibi remonstratum. Deinde ipse de Nanto et domini mei sindici se compromiserunt in consilium ordinarium ibidem presens, cui dederunt omnimodam potestatem ordinandi et pronunciandi de jure ac expensis, et promiserunt habere ratum in manibus mis subsignati secretarii, cum renunciacionibus opportunis.

Deinde dictum consilium, post multas altercaciones, vigore potestatis eis actribute, organo de Lestelley pronunciavit ut sequitur, videlicet observando antiquas et laudabiles consuetudines presentis civitatis, quod dictus de Nanto solvat communitati turtures duas sibi petitas, ac tamen de gracia speciali quod ipse non solvat pro ipsis nisi quatuor florenos parvi ponderis, reservando sibi de Nanto actiones exigendi ea que sibi debentur ad causam admodiacionum predictarum, tam a magistro scolarum quam ab aliis. Item pronunciaverunt quod peticiones facte per dictum de Nanto contra communitatem, prout in rotulo, sunt penitus casse et nulle etc. Item quod expense hinc inde substente sunt compensate etc.

Quamquidem presentes dicti sindici illico approbaverunt, jamdicto

de Nanto recedente, contra quem protestati fuerunt dicti sindici de pena legis, si quis major etc.

|| Mandatur solvi Petro Johanni Gueydon, lathomo, xxj florenos sibi debitos pro complemento tachii sibi in Domo Communi dati etc. ||

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter magister hospicii est male contentus eo quod pondus ceptum non expeditur etc.

Ordinatur quod domini mei sindici se offerant solvere tercium ipsius ponderis et se obligent pro tercia parte omnium expensarum etc.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter processus detenti in Insula, ad causam mulieris que fuit liberata pro simili causa, pendet ad jus et qualiter doctor ipsum condempnavit ad verberandum etc. Quid fiendum, actento quod mulier que pro simili causa et graviori detinebatur, et fuit liberata et absoluta?

Ordinatur quod ipse tantummodo banniatur perpetue, absque alia pugniacione corporali.

Johannes Pessey, Petrus Johannes Gueydon, Jo. Griloz et Chambet juraverunt fideliter visitare differenciam existentem inter Anthonium Achardi et rectores capelle Sancte Catherine, videlicet dominum Aymonem Bruni et Johannem Cuignieti, et fuit eis facta commissio visitandi etc. et ad Veneris refferendi.

Martis quinta jullii, in aula Domus Communis.

N. Jo. de Orseriis, n. Monthionis, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Ravinelli, Quarrerii, Peymes, Achardi, Cavuycini, Nanto, Liga, (120) Brasseti, Miquent, P. Magnini, L. Magnini, Valleti, Cortagiez, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes etc.

In quo consilio fuit expositum per Franciscum Perrodi, sellerium, qualiter ipse fuit pignoratus pro leva, licet liber, uti per ejus libertatem quam presentavit etc.

Quia ipse Perrodi exercet tenorem sue libertatis et de ipsa fidem fecit unacum de declaracione alias facta, ordinatur sibi observari sua libertas et sibi restitui pignora sua.

Item fuit in ipso consilio expositum per Johannem Levrerii qualiter ipse fuit taxatus in leva in duobus locis, videlicet in parrochia Sancti

Gervasii et in parrochia Beate Marie Magdalenes, et qualiter fuit pignoratus in duobus locis.

Ordinatur quod ipse solvat tantummodo in parrochia Beate Marie Magdalenes, videlicet Jacobo Dorerii, et mandatur Vignioli quod restituat sibi suum pignus.

Item fuit in ipso consilio expositum per Chapellani qualiter ipse fuit pignoratus pro debito per Roletum de Laz Serveta communitati ad causam leve debito; sibi restitui suum pignus.

Ordinatur quod dummodo dictus Chapellani tradat de pignoribus jamdicti Roleti ejus hospitis, quod sibi restituantur sua pignora, alias non.

Deinde fuit sibi Chapellani demonstratum qualiter ad noticiam dominorum meorum sindicorum pervenit quod ipse Chapellani plentam fecit magistro hospicii, narrando qualiter ipse et ejus frater fuerunt taxati ad quatuor florenos in presenti leva noviter imposita, quod non est verum. Qui respondit quod sibi petuntur quatuor floreni, sed non omnes pro ultima leva, sed pro arragiis aliarum levarum.

Item equidem Andreas Serra exposuit qualiter fuit pignoratus, licet sit servitor et edocuit per licteras quas presentavit.

Item et equidem magister Gautier, excofferius.

Quibus fuit graciose responsum quod solvant, quia ita fuit ordinatum per consilium.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter Johannes de Aveneriis litigat contra communitatem ad causam levarum, dicendo quod liber.

Ordinatur prosequi rigide, licet quod requiratur si velit eligere duos doctores qui cognoscant ad rigorem juris, alias non.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter Picardus qui fuit bannitus est adhuc in Ponte Areris et dubitatur quod non expectet mulierem etc.

Ordinatur et commictitur Monthionis et Vaudo quod se transferant in Ponte Areris et remonstrent officiariis Terniaci quod recedere faciant jamdictum Picardum bannitum.

N. Jacobus dominus Viriaci, Enabloz de Antioche et Caverency (?) et Johannes de Duing exposuerunt qualiter relicta Crochon, eorum consanguinea, fuit pignorata absque petendo, in ejus opprobrium, qua de re maluissent perdere c scuta, interrogantes sindicos an auctoritate propria pignoraverunt ipsam seu de consensu consilii ordinarii. Quibus fuit

facta responsio quod fuit pignorata de mandato consilii ordinarii ac consilii generalis.

Ordinatur quod solvat antequam restituantur sibi sua pignora.

Ordinatur dari sex solidos hospitellerio hospitalis Palacii super aurobosco Animarum.

Ordinatur quod post prandium presens consilium vadat in Insula pro facto astrologi detenti, adeo quod suus casus acceleretur.

Ordinatur mutari hospitellerium hospitalis capelle Domine Nostre pontis Rodagni, actento precipue quod rector consentit et actentis grusis etc.

(121) *Veneris octava jullii,* in dicta domo et consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Cavuycini, P. Magnini, Liga, consiliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum per Reymondum Privissini qualiter heri, exequendo certas licteras domini nostri episcopi, Henricus Majoris, qui est archerius domini nostri episcopi, clericum Malleti in capite uno ense vulneravit graviter, item et filium suum ibidem presentem uno baculo in capite percussit etc. Sibi provideri.

Ordinatur quod dictus Privissini faciat suam plentam in consilio episcopali et quod domini mei sibi assistent, absque faciendo parte[m].

Item fuit ordinatum quod crocea depicta in armis depictis supra portam amoveatur etc.

Martis xij jullii, in dicta domo.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Liga, Achardi, Ravinelli, Quarrerii, Braseti, Regis, P. Magnini, Dorires, Miquent, Cortagiez, Nanto, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter dicti domini mei sindici pro obolo petito per thesaurarium fuerunt in consilio episcopali et exposuerunt in eodem uti fuerat eis consilium ordinarium commissum. Deinde fuit monicio ulterius per xv dies prolongata, sed, pendentibus dictis xv diebus, dictus thesaurarius exequi fecit licteras ulteriores, videlicet agravatorias, et dum venit ad noticiam dominorum meorum sindicorum, ipsi conquerendo dixerunt domino vicario premissa, videlicet qualiter fuerant exequute ultra conventa et prorogacionem lictere ulteriores. Qui respondit quod non fuit de suo mandato nec scitu et quod bene provideret.

Ordinatur quod si thesaurarius non velit revocare graciose dictas monicionem et licteras inde exequutas, quod citetur et justicia mediante obtineatur illarum revocacio.

Item fuit ulterius in eodem consilio expositum qualiter officiarii episcopales ultra formam libertatum nituntur involvere processibus officiarios communitatis, ut scribam et vigillem, pro bono opere etc., et de novo sumitur informacio.

Ordinatur prosequi et, si sit neccesse, quod obtineatur provisio contra officiarios ab conservatore libertatum etc.

De muliere infirma que alias fuit ordinata mutari in hospitali civitatis, exequatur ordinacio.

Ordinatur fieri una crida quod damagogi et troctani valentes exiant civitatem; item quod nullus deinceps ponat res immondas prope portam || ville || novam, videlicet durante muro Sancti Apri et durante muro curtillis Hospitis sub penis; — et de agrestis.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter Genollier tenuit casale communitatis in locagium per certum tempus, et qualiter finivit suum tempus, et qualiter operarius ville vellet in locagium (122) habere pro bono precio, excedendo precium per Genollier datum etc.

Ordinatur quod sibi operario admodietur omnibus precedentibus precio competenti.

Mandatur solvi Jacobo, operario ville, quantitatem in rotulo descriptam ascendentem ad xv florenos, iij solidos, vj denarios.

Item fuit ulterius in ipso consilio expositum qualiter prope Excorcheriam est quedam plathea communis vacua et qualiter reperitur unus qui vult abbergare et ibidem edifficari facere unam grangiam.

Ordinatur visitari, deinde quod abbergetur, si possibile sit.

Ordinatur visitari murum deruptum retro domum de Lestelley, prope portam Castri, et deinde reparetur.

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter devenit ad noticiam

quod officiarii domini nostri episcopi non intendunt accipere pondus Johannis Peytralis certis de causis, sed intendunt fieri facere unum ad instar ponderis Berne.

Ordinatur quod communitas solvat suum jus de omnibus neccessariis, uti fuerat ordinatum de alio pondere.

Item exposuit n. de Orsires qualiter ipse intendit fieri facere sua antetecta prope turrim, requirendo sindicos ac totum consilium ordinarium quod, exequendo commissionem ejus alias factam per consilium generale, se transferant super loco et visitent locum, deinde ordinent prout eis eque videbitur.

Quiquidem domini mei sindici ac omnes superius nominati consiliarii se transtulerunt super loco et visitaverunt locum, deinde, vigore potestatis sibi per dictum generale consilium actribute, ordinaverunt quod dictus n. Orseriis fieri faciat sua antetecta ad instar aliorum jam ceptorum, sub condicionibus subscriptis, videlicet quod ipse non ponat aliquam colonam a tybia porte operatorii primi a parte lacus, sed retineat tectum ibidem cum uno experono. Item quod non faciat aliqua scamna a parte Fusterie, sed appertum remaneat. Item quod plathea a dicta tybia porte usque ad finem tecti ex parte lacus, licet fuerit cohoperta, remaneat communis et taliter quod ipse de Orseriis aliquos de se juvando de eadem non possit turbare.

Veneris xv jullii, in dicta domo.

N. Orsires, Monthyonis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Liga, Quarrerii, Bona, Cortagiez, Miquent, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

|| Fuit creatus in burgensem et vigil Mermetus de Nanto, fornerius ville, precio vij florenorum et selliocto, et habuit loricam, saladam et vogium. || — *(B.)*

Item Hugoninus Matelli fuit constitutus vigil, qui juravit in forma, et sibi fuerunt tradicti una lorica, una salada et vogium.

Item R. de Cresto fuit reformatus vigil et habuit unam loricam et unam saladam.

Item Magnus Guillelmus equidem, qui habuit loricam, saladam et vogium.

Item Jacobus Savoex, qui habuit loricam, vogium et saladam.

Item Jacobus Chabodi equidem, et habuit loricam et saladam.

Item Petrus Gaii equidem, et habuit loricam, vogium et saladam.

Item Bajolaz equidem, et habuit saladam, loricam et vogium.

Item Rosseti fuit equidem refformatus et habuit saladam, vogium.

Item dictus Balaz, et habuit salado, loricam et vogium.

Item Guillelmus Miralieti fuit constitutus vigil de novo et habuit vogium, loricam et saladam, qui promisit in forma.

Martis xix jullii, in Domo Communi.

N. Orsires, Monthyonis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — (123) Gavit, Bona, Lestelley, Quarrerii, Cavuycini, Nanto, Ravinelli, Liga, Regis, Braseti, P. Magnini, L. Magnini, Cortagiez, J. Miquent, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo comes Palatinus exposuit qualiter servitor imperatoris et qualiter in presenti civitate ipse perdidit duos suos equos et qualiter ipse et gentes sue sequuti fuerunt latronem, qualiter reperit, deinde qualiter deffectu officiariorum recessit et qualiter ipse evocari fecit coram consilio episcopali castellanum man[da]tum (?) contra quem experiri intendit suas actiones suorum equorum, actento quod latro aufugit deffectu officiariorum, supplicando sibi assisti, actento quod latrocinium fuit perpetratum in hac civitate.

Ordinatur quod domini mei sindici sibi assistant, absque faciendo aliquam partem.

Item de obolo ordinatur quod omnes solvant, actamen quod obtineatur revocacio monicionis (?).

|| Item Guillelmus Miralieti fuit creatus burgensis precio septem florenorum et collovrina. || — *(B.)*

Ordinatur hodie solvi xx^{ti} scuta alias nomine communitatis conventa magistro hospicii et domino P. de Viriaco.

Ordinatur depingi arma honeste et commictitur sindicis quod dent tachium.

De revenditricibus, qualiter emunt gallos et alias res ultra debitum. Provideri.

Ordinatur loqui in consilio episcopali.

Martis xxvij [xxvj] jullii, in predicta Domo Communi.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Lestelley, Peymes, Achardi, Carrerii, Cavuycini, Nanto, P. Magnini, Liga, L. Magnini, Valleti, Cortagie, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo Humbertus, greator, exposuit qualiter ipse adimplevit tachium suum sibi in Domo Communi datum, requirendo illud recepi, deinde sibi satisfieri.

Ordinatur quod experti operarii visitent, deinde recipiatur etc.

Mandatur Jaquemeto Roguz, magistro aurobosci Omnium Animarum, solvi hospitellerio pontis Rodagni xl^ta^ grossos sibi pro stipendiis suis conventis pro isto anno etc.

|| Guillelmus Ardy, excofferius, fuit creatus burgensis, precio vij florenorum et collovrina, et constitutus vigil. || — *(B.)*

Fuit sibi Guillelmo admodiata crida precio xvj florenorum, solvendam medietatem presencialiter et aliam medietatem in fine anni, et promisit etc., presentibus omnibus prenominatis.

Fuit constitutus custos vinearum ultra pontem Rodagni Hugoninus Doyton qui juravit etc.

Item fuit ordinatum quod sumatur viridica informacio de insultu noturno per ambassiatores Alemanorum perpetrato [1].

Ordinatur quod Roletus de Serveta solvat talliam, uti alii, non obstantibus per ipsum expositis.

(124) Ordinatur admoveri terras tam in Molari quam in Fusteria existentes et loqui partibus ad quas solucio spectat ut solvant operarios.

Veneris xxix jullii, in Domo Communi et consilio ordinario in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo; — Bona, Liga, Nanto, P. Magnini, Cortagiez, Dorires.

[1] Voir, pour tout ce qui a trait aux rapports entre Genève et les Suisses, à partir de cette époque, l'ouvrage d'Amédée Roget, *Les Suisses et Genève,* t. I^er^ (Genève, 1864), chapitre I^er^. Sur l'incident dont il est parlé ici, comp. ci-après, p. 295, n. 1.

|| Fuit creatus burgensis Ansermus douz Suet, excofferius, parrochie Beate Marie Magdalenes, precio vij florenorum et collovrina. || — *(B.)*

|| Item et Mermetus Lamberti, de Herchant, macellarius, parrochie Sancti Germani, simili precio. || — *(B.)*

Martis secunda augusti, in ordinario consilio.

N. Orsires, Monthyonis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Achardi, Ravinelli, Carrerii, Cavuycini, Bona, Lestelley, Liga, Nanto, Cortagiez, Miquent, Valleti, P. Magnini, L. Magnini, Dorires, Braseti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo qualiter fuit ordinatum in causa communium in favorem fisci; quid fiendum? Ordinatur fieri una cedula appellatoria casu quo non revocetur ordinacio.

Item qualiter Aveneriis litigat.

Ordinatur convocari consilium generale et in eodem exponi de causis communitatis etc.

Ordinatur fieri tria precia, quodlibet usque ad valorem sex florenorum, unum pro arbalesteriis, unum pro archeriis et unum pro colovreneriis, dummodo reperiant burgenses novos pro solvendo, et casu predicto, videlicet quando reperient burgenses, mandatur solvi et eis dari dicta precia.

Fornerius ville tradidit rotulum et eciam greator unum; commictitur Orsires, Ravinelli, Lestelley et Fogia.

Ordinatur dari tachia lubiarum Domus Communitatis, prout jam fuit expositum alias.

|| Fuit creatus burgensis Franciscus Patri, condurerius, Sancti Germani, precio vij florenorum et collovrina. || — *(B.)*

Martis nona augusti, in Domo Communi.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Bona, Peymes, Lestelley, Quarrerii, Cavuycini, Regis, P. Magnini, L. Magnini, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter dominus Ranversi dixit quod illustris

dominus noster donavit platheas cunorum, eo quod communitas non tenet mondas et quod, si non ponatur remedium, quod fiet etc. Commictitur sindicis quod apponant remedium.

(125) Item fuit expositum qualiter R. de Serveta intendit litigare contra communitatem ad causam leve; ordinatur prosequi.

Ordinatur fieri processio Mercuri proxima generalis etc.

|| Mandatur intrari super solucione denuo fienda F. Grossi et Arlo lx florenos quos tradiderunt pro negociis civitatis. ||

|| Fuit creatus burgensis Johannes Vulliermi, alias Panisseti, parrochie Sancti Gervasii, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

|| Item fuit creatus burgensis et vigil Nycodus de Grangia, excofferius, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

Mercuri decima augusti, in Domo Communi.

N. Orsires, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Lestelley, Achardi, Cavuycini, Ravinelli, Liga, Miquent, Valleti, consilliarii.

Quiquidem sindici, consilliarii, consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter pervenit ad noticiam qualiter Bernenses intulunt minas presenti civitati et qualiter ambasiator qui est in civitate[1] consilium dat quod mictatur Bernam una ambassiata nomine domini nostri episcopi; et fuerunt electi ad eundum H. de Bona, A. de Peymes et P. Gavit, cum uno calvatore.

Ordinatur premissa exponi domino domino episcopo an ita laudet, et juxta sui placitum fiat.

Ordinatur fieri unum donum dicto ambassiatori usque ad valorem quinque florenorum.

Jovis xj augusti, in dicta Domo Communi.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Ravinelli, Cavuycini, Quarrerii, P. Magnini, L. Magnini, Miquent, Dorires, Cortagiez, Bona, consiliarii.

[1] Il s'agit probablement de Henri Matter que le Conseil de Berne envoya à Lyon, à la rencontre des ambassadeurs du roi Louis XI. Voir *Die Berner-Chronik des Diebold Schilling,* éd. G. Tobler, t. I, p. 159, n. 5.

Quiquidem consiliarii et sindici consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum de ambassiata mictenda, et qualiter dominus Raversi consilium dat quod pro presenti non mictatur nisi unus calvator cum licteris narrativis etc. Ordinatur ita fieri.

Sabbacti xiij augusti, in Insula et consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, sindici; — H. Emerici, Achardi, Lestelley, Liga, Privissini, consiliarii.

Quiquidem sindici et consiliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter proferuntur quod fiet in hac civitate congregacio gencium armorum et jam est cepta. Quid fiendum?

Ordinatur ista exponi in capitulo et juxta consilium dominorum de capitulo procedi.

(126) *Dominico xiiij augusti,* in eclesia Sancti Petri, retro majus altare.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Bona, Ravinelli, Cavuycini, Liga, Quarerii, Dorires, consiliarii; — venerabiles A. de Viliaco, curatus Thorencii, Biolea, Fuserii, Clisse, Rossillione, P. de Sacunex, F. de Sacunex, canonici.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit exposita materia jam superius narrata et ordinatur quod domini mei sindici ire presencialiter teneantur ad dominum vicarium et premissa exponere, deinde procedi cum bono consilio.

Martis xvj augusti, in Domo Communi et consilio ordinario in quo n. Orsires, Monthionis, Vaudo et Ravinelli, locumtenens Michaelis, sindici; — Bona, Achardi, Liga, Cavuycini, Nanto, Quarrerii, P. Magnini, Cortagiez, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum per Johannem Porterii qualiter in leva noviter imposita ipse fuit excessive taxatus cum ad quatuor florenos. Provideri.

Ordinatur quod pro presenti ipse solvat tres florenos et quod non compellatur pro alio.

|| Mandatur solvi Jacobo Quibleti, carpentatori, decem florenos pro complemento tachii scagnorum Domus Communis etc. ||

Item fuit in ipso consilio expositum qualiter pervenit ad noticiam quod in civitate denuo fiet congregacio gencium et jam cepta est, cum dominus Ranversi ducat gentes que faciunt officium vigillum. Qua de causa, insequendo ordinacionem consilii ordinarii in Insula die Sabbacti tenti, ipsi sindici se transtulerunt in capitulo in quo exposuerunt materiam subjectam. Qui domini de capitulo consilium dederunt quod domini mei sindici premissa notifficare deberent domino vicario. Quod et fecerunt, videlicet domino Ranversi. Qui dominus Ranversi remisit ipsos dominos meos sindicos coram domino nostro et episcopo et suo consilio. In quo consilio dictus dominus noster episcopus, audita prius exposicione dictorum dominorum meorum sindicorum, laudavit et fieri precepit primo visitari postellas in meniis ville factas et constructas, quod et factum extitit. Item custodiri portas ville, item visitari artillieriam presentis civitatis. Item refforciari vigilles, item advisari hospites quod revellent dicto domino nostro omnes gentes in suis domibus cum armis venientes [1]. Quid fiendum?

Ordinatur fieri una crida quod hospites revellent omnes in suis domibus venientes cum armis, item quod nullus vadat per civitatem hora suspecta sine candela.

Item quod fiant decimarii et hoc pro presenti.

(127) *Eadem die, hora septima post meridiem.*

N. Orsires, Monthyonis, Vaudo, Ravinelli, sindici; — Bona, Lestelley, Nanto, Quarrerii, Cavuycini, Liga, Cortagiez, Peymes, P. Magnini, L. Magnini, Jo. de Fogia, G. de Fogia, Braseti, consilliarii.

[1] Les mesures de sécurité dont il est question ici et dans les pages suivantes sont motivées non seulement par l'attitude menaçante des Bernois contre la Savoie, mais aussi par les menées de deux des frères de l'évêque de Genève, Philippe, sire de Bresse, et Janus, comte de Genevois, qui, appuyés par Berne et par la France, paraissaient à la veille de se soulever contre l'autorité de leur belle-sœur, la duchesse Yolande, régente des états de Savoie. Voir Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 119 et suiv.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum per jamdictum Monthionis qualiter, die presenti a prandio citra, magister hospicii domini nostri Gebenn. episcopi, ex parte prelibati domini nostri episcopi, sibi precepit quod die crastina preparare in armis faceret duo milia hominum, quoniam ipse dominus noster episcopus ipsos videre volebat. Item quod porte ville custodiantur. Item quod artillieria presentis civitatis preparetur, adeo quod, si necesse sit, possit ex eadem uti. Item quod custodia noturna refforcietur. Et ulterius sibi dixit quod die crastina habeat responsum super premissis.

Ordinatur, antequam fiat responsio, quod convocetur ad cras mane consilium ordinarium et doctores presentis civitatis, ac eciam cives et burgenses in bono numero, et juxta ordinacionem illorum fiet.

Martis xxiij augusti, in Domo Communi, in consilio de L^ta^ et ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Versonex, Gavit, Bona, A. de Peymes, G. de Peymes, Hemerici, Achardi, Lestelley, Liga, P. Magnini, Nanto, Carrerii, Cavuycini, Regis, Dorires, L. Magnini, Valleti, Cortagiez, consilliarii; — venerabiles d. Jo. de Saxo, d. Jo. Magnini, d. F. de Veyriaco, d. Botollierii, jurisperiti; — Jo. de Fogia, M. de Liga, Ja. Paqueti, de Ponte, P. Guersi, Ansermetus de Plathea, Ja. Nerga, Hugoninus Grossi, Ja. Legras, R. Arnaudi, (128) Jo. Clerici, Dy. Bidelli, Gatilliardi, Girardinus pelliparius, G. Fabri, consilliarii consilii de L^ta^.

Quiquidem omnes superius nominati consilium primo ordinarium, deinde consilium de L^ta^ tenentes et representantes.

In quo magister hospicii illustris ac reverendi domini nostri Gebenn. episcopi et nobilis Petrus de Peymes, thesaurarius dicti domini nostri, nomine prelibati nostri episcopi exposuerunt qualiter dictus dominus noster habuit certas missivas licteras de Friburgo relatantes quod licet ipse idem dominus noster alias scripserit certas missivas licteras dictis de Friburgo, ad causam insultus in hac civitate facti in personas ambassiatorum illustrissimi domini ducis de Aulterige et Bernensium [1], eis de

[1] Cet incident, dont il a déjà été question (ci-dessus, p. 290 et 292), est aussi relaté par Diebold Schilling dans sa *Berner-Chronik* (éd. Tobler, t. I^er^,

Friburgo videbatur quod ipse dominus noster episcopus, pro pace habenda cum Bernensibus, deberet restituere certa bona mobilia in dicto insultu perdicta et mictere unam honestam ambassiatam, et alias, prout in ipsis licteris quas mutuo tradidit ipse magister hospicii in ipso consilio legendas; verum et equidem rescripserunt domino comite Gebenn., uti equidem apparet per ipsas licteras eciam mutuo ad legendum tradictas.

Item ulterius exposuerunt quod dictus dominus noster vult quod artillieria preparetur, quia intendit illam hodie trahi facere.

Item vult quod catine eciam preparentur, adeo quod, si neccesse sit, quod valeatur ex ipsis uti.

Item quod porte hujus civitatis et pontes tam Rodagni quam Areris custodiantur per cives.

Item ulterius quod dictus dominus noster hodie post prandium vult videre ij^{m} hominum armorum ex civibus suis.

Item vult quod refforcietur custodia noturna.

Item vult quod postelle civitatis assequurentur seu cancellentur.

Item quod dictus dominus noster vult, insequendo tenorem dictarum licterarum sibi missarum, mictere unam ambassiatam Bernam expensis communitatis.

Et super omnibus requisierunt responsionem haberi etc.

Item exposuit relicta Lansoni qualiter, enervando libertates presentis civitatis, Johannes Christini ipsam a possessione bonorum sue parve filie ejecit et amovit, requirendo sibi provideri.

Ordinatur super premissis omnibus haberi deliberacionem venerabilis capituli Gebenn., cum sit in parte suum factum etc., et quod in promptu omnes superius nominati vadant cum dominis meis sindicis, qui in ipso capitulo premissa exponent, et quod juxta consilium dicti venerabilis capituli procedatur in premissis.

p. 311-312); le registre du Conseil de Genève permet d'en fixer exactement la date. Au mois d'avril 1474, l'avoyer bernois Nicolas de Diesbach fut envoyé en France par les Suisses, afin de soumettre à la sanction du roi Louis XI le projet de « l'union perpétuelle » qui venait d'être arrêté à Constance entre les Confédérés et l'Autriche. A son retour, Diesbach, accompagné de Josse de Silinen, qui l'avait suivi en France, et des ambassadeurs que le duc Sigismond d'Autriche avait également envoyés au roi Louis XI, s'arrêta à Genève où son passage donna lieu, vers le 25 juillet, au tumulte rapporté par le registre et par Schilling.

Qui omnes superius nominati, tam sindici, consiliarii, doctores et consilliarii de L^{ta}, se transportaverunt in venerabili capitulo supra claustrum eclesie Beati Petri congregato et in quo fuerunt congregati venerabiles P. de Sacunex, de Biolea, P. de Lornex, L. de Lornex, Charancunay, Ja. Fuserii, Fabri, Clisse, Viliaco, F. de Sacunex, Sancto Amore, canonici.

In quo capitulo fuerunt exposita per dominos meos sindicos superius descripta, deinde conclusum ut sequitur.

Primo quod porte custodiantur et eciam pontes.

Item quod catine preparentur adeo quod uti ex ipsis valeatur, si esset opus.

Item de artillieria, eciam quod preparetur etc., adeo quod valeatur uti si neccesse sit.

(129) Item quod custodia noturna refforcetur etc.

Item quod, quoad ij^{m} hominum, quoad ambassiatam mictere petitam et quoad querelam dicte relicte Lansoni, dicti domini mei sindici et venerabiles A. de Villiaco et Charancunay pro capitulo remonstrent graciose dicto domino nostro quod non esset bonum quod fiat, requirendo quod se desistat etc.

Hora prima post meridiem predicte diei, in dicta Domo Communi.

Prelibatus dominus noster intravit Domum Communem pro videndo trahi artillieriam; — et supervenerunt dicti domini mei sindici, canonici et secum n. Aymo de Versonex et Petrus Gavit, qui omnes graciose remonstraverunt dicto domino nostro qualiter habuerunt in mandatis quod die presenti viderentur per ipsum dominum nostrum ij^{m} hominum armorum, quod cederet in sui opprobrium, cum non possint reperiri et credatur quod sunt plures quam sex millia hominum.

Item eciam ad causam turbacionis nundinarum presencium. Sed respondit quod ita jubsit et ita fieri vult hodie per totam diem. Eciam fuit sibi demonstratum de ambassiata mictenda, qualiter videbatur dictis dominis meis sindicis et de capitulo quod non est neccesse quod mictatur.

Mercurii xxiiij augusti, in dicta Domo Communi et consilio in quo n. Orsires, Monthionis, Vaudo, sindici; — Versonex, Gavit, Bona,

G. de Peymes, Liga, Achardi, Quarrerii, Nanto, P. Magnini, L. Magnini, Cortagiez, Dorires, G. de Fogia, consilliarii; — d. Jo. de Saxo, d. Jo. Magnini, d. F. de Veyriaco, doctores; — G. Boverii, Chambas, G. Gervasii, Gatilliardi, P. Mermodi, Ja. de Mara, Jo. de Fogia, H. Perrodi, Dy. Bidelli, Ny. de Nanto, Jo. Meystrot, R. Arnaudi, G. Fabri, P. de Malodumo, Ja. Paqueti, F. Perrodi, Jo. Rosseti, Jo. Ruby, G. Barraz, G. Jaqueti, G. Falqueti, P. Nycodi, Ansermetus de Plathea, Guigo Locheti, G. de Bit, Jo. Malagniodi.

Quiquidem omnes superius nominati, tam sindici, consilliarii ac alii consilliarii de L^ta consilium presentis civitatis tenentes.

(130) In quo consilio fuerunt exposita jam in consilio precedenti exposita, videlicet primo quod dominus noster Gebenn. episcopus vult quod catine et artillieria preparentur, quod porte custodiantur et pontes, quod postelle cancellentur, quod custodia noturna refforcietur etc.

Item qualiter dominus noster episcopus congregavit suum consilium et misit quesitum dominos meos sindicos et in quo consilio fuit loquutum de ambassiata mictenda Bernam, sed conclusum quod non mictatur, sed tantummodo quod dominus noster tantummodo per unum calvatorem rescribat illis de Friburgo ac dominis ambassiatoribus regis Francie[1].

Ordinatur quod porte custodiantur et alias, prout jam in alio precedenti consilio fuit ordinatum, et quod ordinacio consilii episcopalis observetur et quod mictantur lictere mictende sumptibus communitatis.

Relicta Lansoni exposuit, ut alias ordinatur, quod domini mei sindici ipsam associent et assistant etc.

Martis penultima augusti, in Domo Communi.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Lestelley, Bona, Liga, P. Magnini, Regis, Cortagiez, Dorires, Nanto, Cavuycini, Carrerii, consilliarii.

Quiquidem sindici, consilliarii, consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

[1] Il s'agit des ambassadeurs que Louis XI envoyait en Suisse pour y négocier un nouveau traité d'alliance et pour conclure « l'union perpétuelle » avec l'Autriche. L'ambassade, qui venait sans doute de passer à Genève, fit son entrée à Berne le 28 août.

In quo fuit expositum qualiter fuit datum tachium lubiorum sub spe xx^ti florenorum donatorum per Carrerii et nunc sunt in debato ipse Quarrerii et Cortagiez. Quid fiendum?

|| Item fiat mandatum pictori de x florenis pro tachio eidem dato pro depingendo arma. || — *(Mandatum.)*

|| Item et equidem Angellono, calvatori, pro mercede portandi licteras dominicales Friburgum, pro suis expensis et salario, vj florenos. || — *(Mandatum.)*

|| Fuit creatus burgensis Guillelmus Marquisii, de Sancto Mucello, habitator Sancti Gervasii, precio vij florenorum et collovrina. || — *(B.)*

|| Item fuit creatus equidem burgensis Guillelmus Vigecort, appothecarius, Sancti Gervasii, pro vij florenis, collovrina. || — *(B.)*

Item fuit expositum de pavimento fiendo in Fusteria. Commictitur Ravinelli et Quarrerii, faciant quetam et quod se rescribant donare volentes etc.

Fuit relatum super facto Fornerii, quod sibi intrentur jornate sui currus et quod deducatur ad racionem precii locacionis et non alias nec aliter intretur.

Item ordinatur quod observentur lictere Guillelmo Clementis concesse, dummodo caveat ydonee seu assecuret.

Ordinatur reddi pignora magistri Gauterii et supersedi de exigendo, actamen secrete sibi demonstrando et quod teneat secrete.

Veneris secunda septembris, in Domo Communi.

N. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Jo. de Fogia, Achardi, Liga, P. Magnini, Quarrerii, Cavuycini, Cortagiez, Dorires, G. de Fogia, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter dominus noster Gebenn. episcopus misit strenuum dominum preceptorem Scalarum, qui dixit quod dictus dominus (131) noster vult quod porte et pontes se aliter custodiantur quam presencialiter custodiatur, videlicet tute, tam metu futuri insultus, quod absit, quam timore pestis etc.

Item quod ipse vult quod visitentur domus presentis civitatis, adeo

quod illi qui non sunt bene armati compellantur ad se armandum, videlicet per ejus deputatos.

Item quod dictus dominus vult videre librum leve, adeo quod sciat numerum focum.

Item supervenerunt Jacobus Nergaz, Jo. Meystrot, Jacobus Paqueti, Jo. Ruby, Jo. Bouluz ac omnes alii mercatores pagnorum, qui conquerendo exposuerunt quod nonnulli mercatores pagnorum aliegine vendunt ultra formam libertatum civium minuto, requirendo provideri, cum non debeant vendere nisi tribus diebus nundine et diebus fori. Quibus fuit responsum quod in brevi fieret provisio etc.

N. castellanus presentis civitatis presentavit Nycodum Laz Criaz et Philipum Curt in servientes, qui, receptis primictus juramentis in forma, fuerunt recepti.

Concluditur, super premissis expositis parte dicti domini nostri episcopi, ut sequitur.

Et primo respectu custodie portarum, quod deputetur unus qui habeat onus visitandi qualibet die portas et recipiendi qui erunt sufficientes et alios repellendi, ipsosque pignorandi et loco ipsorum unum sufficientem eligi et provideri sumptibus non sufficientis.

Ordinatur quod domini mei sindici visitent burgenses et cives ac habitatores, eo quod si non sint bene armati quod compellant ad armandum.

Ordinatur quod fiat una copia libri leve sine ponendo quantitatem argenti, et dummodo fiat mencio de pauperibus et aliis exentis, et quod tradatur domino ipsa copia.

Martis sexta septembris, in Domo Communi.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Bona, Lestelley, Liga, Quarrerii, Cavuycini, Nanto, P. Magnini, L. Magnini, Cor[ta]giez, Regis, Dorires, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo Lambertus Magnini exposuit suam credenciam de facto Bernensium, que grata extitit.

Mandatur intrari Girardo de Fogia quantitatem in rotulo libratam dicto Lamberto etc.

Jovis octava septembris, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, sindici; — A. de Peymes, H. Emerici, Bona, Jo. de Fogia, Achardi, Nanto, G. Fabri, Valleti, Regis, Cavuycini, Ravinelli, P. Magnini, consilliarii.

(132) Quiquidem sindici et consilliarii consilium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter dominus episcopus hodie misit quesitum dominos meos sindicos quibus, organo strenui militis domini preceptoris Scalarum, dixit et precipiendo injunxit quod pro suis negociis peragendis volebat habere ij^{m} hominum hinc ad xij dies proximos; et fecit registrare per secretarium dictam injunctionem, sub magnis penis et presertim indempnitate etc. factam. Quid fiendum?

Item ulterius quod Girardus de Vaudo, sindicus, detinetur, nescitur qua causa. Quid fiendum?

Quoad ij^{m} hominum concluditur convocari majus consilium, videlicet consilium de L^{ta}, et majus, si sit neccesse, et provideri juxta deliberacionem illius.

Quoad detencionem sindici, ordinatur instari quod liberetur per dominos meos sindicos et petant qua de causa detinetur, proponendo quod ipso detento absente non valetur procedere in agendis erga communitatem etc.

Veneris nona septembris, in Domo Communi et consilio ordinario et de L^{ta}.

Nobiles Orsires, Monthionis, Michaele, sindici; — Gavit, Bona, P. Magnini, Nanto, L. Magnini, Liga, Cortagiez, Carrerii, Dorires, Lestelley, consilliarii; — dominus F. de Virier, Jo. de Fogia, Jo. Meystrot, H. Grossi, Gatilliardi, G. Gervasii, Jo. Mallaniodi, Jo. Anse, d. Jo. Magnini, ex L^{ta}.

Quiquidem sindici et consilliarii superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter domini mei sindici, insequendo ordinacionem heri in consilio factam, ipsi iverunt primo ad dominum Raversi cui exposuerunt qualiter intellexerunt quod G. de Vaudo, sindicus, detinetur, deinde requisierunt relaxari. Qui respondit quod nescit an detineatur, et si detineatur non intendit se intromictere, cum causa

pro qua presumitur detineri ipsum tangit, actamen amore civitatis se obtulit loqui domino nostro super relaxacione ipsius. Deinde se transtulerunt in domo episcopali in qua reperirunt dominum Thorenci et dominum preceptorem Scalarum quibus ipsi domini mei sindici requisierunt quod sindicus relaxetur, narrando quod factum communitatis non poterit prosequi deffectu ipsius detenti nec eciam precepta domini adimpleri etc. Qui dominus preceptor respondit quod loqueretur de ipsa relaxacione domino nostro episcopo, nec aliam responsionem fecit etc.

Item de duobus millibus hominum petitis per dominum nostrum communitati pro deffensione patrie domini comitis Rotondimontis, prout sic exposuerunt, quia dominus ita vult et qualiter ita in scriptis injunctum. Quid fiendum et assisti?

Item ulterius qualiter presencia dictus dominus preceptor ex parte dicti domini nostri precepit quod in exitu consilii ipsi sindici ac totum consilium presencialiter vadant loqui eidem domino nostro.

Ordinatur quod presencialiter omnes vadant ad dominum nostrum et audietur quid novi, nichilominus quod petatur relaxari sindicum detentum.

Quiquidem consilliarii et domini mei sindici eodem contextu se transtulerunt in domo domini nostri Gebenn., insequendo ordinacionem consilii hodie. Quibus precepit uti inferius in consilio sequenti expositum fuit etc.

(133) *Eadem die nona septembris post prandium*, in consilio ordinario in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, sindici; — Versonex, Gavit, Bona, Lestelley, Jo. de Fogia, Achardi, Hemerici, Nanto, Dorires, Carrerii, G. de Fogia, H. Grossi et A. Fabri, P. Magnini, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter domini mei sindici et plures ex consilliariis fuerunt in presencia domini nostri episcopi hodie, insequendo ordinacionem consilli(ari)i hodie. Qui dominus noster ipsos interrogavit et voluit scire an, si locus eveniret, an tenetur ipsum sequurum et suas gentes, et quod non fieret sibi uti domino nostro duci, ejus quondam

patri[1], proponendo qualiter ipse alias precepit quod volebat habere ij^{m} hominum pro sequuritate sua et eciam ad obviandum quod patria Vaudi non pereat, quoniam intellexit a paucis diebus citra quod Bernenses voluerunt vi accipere Sanctam Crucem, et in absencia domini ejus fratris[2] vult obviare. Item quod ipse non est intencionis loqui illustribus dominis fratribus suis, licet se jactent quod veniant loqui cum eodem. Et dixit quod intendit dicta ij^{m} hominum ponere in locis per ipsum videndis ad obviandum omnibus periculis de quibus supra. Et quoad sindicum detentum, quod non relaxaret pro presenti sed loco ipsius deputetur unus alter cui tradatur baculus.

Ordinatur haberi primo responsionem capituli et juxta illius provideri.

Eadem die.

N. Orsires, Monthion, Sancto Michaele; — Versonex, Gavit, Bona, P. Magnini, Carrerii, R. Arnaudi, H. Grossi, P. Jaqueti, Miquent, Girardinus, Clasquini, Paqueti, Dy. Bidelli, Ja. Legras, A. de Plathea, Jo. Meystrot.

Quiquidem omnes superius nominati se transtulerunt, insequendo ordinacionem consilii superius proxime registrati, in domo domini Petri de Viriaco, in qua fuit congregatum venerabile capitulum, videlicet venerabiles P. de Viriaco, A. de Viliaco, P. de Saccunex, Ja. Fuserii, R. de Rossillione, Th. Clisse, Sancto Amore et Biolea.

Coram quibus dicti domini mei sindici exposuerunt jam superius in ultimo consilio exposita, requirendo consilium per dictum venerabile capitulum sibi communicari.

Deinde fuit appertum an esset bonum quod domini de capitulo et cives tractent concordium per ambassiatas.

(134) Quiquidem domini de capitulo consilium dederunt quod com-

[1] L'évêque fait allusion aux événements de 1462 (voir ci-dessus), alors que les Genevois laissèrent entrer dans la ville Philippe, sire de Bresse, malgré la volonté de son père le duc Louis. Philippe de Bresse et Janus de Genevois prétendaient éloigner de l'évêque de Genève deux de ses gens, en particulier semble-t-il son vicaire général, le commandeur de Ranvers; voir Gabotto, *ubi supra*.

[2] Jacques de Savoie, comte de Romont, qui possédait en apanage une partie du pays de Vaud, se trouvait alors au service du duc de Bourgogne.

munitas faciat uti capitulum, quod se obtulit servire domino nostro secunduin eorum posse, et ita respondeatur dicto domino nostro episcopo absque dando aliquam sequuritatem, prout sic videtur eisdem de capitulo. Et ulterius eis videtur quod esset bonum quod porte et pontes rigide custodiantur et ulterius quod vigilia vigillum augmentetur in bono numero. Et ulterius quod fiet visitacio arnesiorum, et qui non erit furcitus compellatur ad se furciendum.

Deinde laudaverunt ipsi domini de capitulo quod si dominus noster velit quod tractetur pax, quod tractetur. Actamen, ad evitandum malivolenciam dicti domini nostri, quod primo quam apperiatur eidem domino nostro, quod habeatur loqui cum domino [p]receptore Scalarum et cum domino Ranversi qui apperiant etc.

Eadem die, hora vesperorum, in conventu Fratrum Minorum, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele; — Versonex, Achardi, G. Fabri, Jo. Meystrot, Miquent, Dorires, Gavit, Carrerii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter fuit processum de materia superius declarata, tam in consiliis quam in capitulo; deinde qualiter fuit conclusum quod fiat responsio domino nostro, videlicet quod domini mei sindici et consilliarii sunt parati stare ordinacioni domini nostri et ipsum totis viribus deffendere, si opus sit, quoad personam suam. An erit bonum vel ne, et an fiet?

Concluditur quod nunc in promptu domini mei sindici nunc vadant factum responsionem domino nostro quod omnes de consilio sunt parati mori cum eodem domino ipsum et ejus personam deffen[den]do; de aliis vero habitantibus nesciretur assecurare qui sunt extranei, et ita respondeatur cum reverencia et quod sunt parati adimplere precepta etc., et contra omnes.

Sabbacti decima septembris, in Domo Communi.

N. Orsires, Monthyon, Sancto Michaele; — Versonex, Bona, Lestelley, Liga, H. Emerici, Carrerii, G. Fabri, Cortagiez, Miquent, Valleti, Gavit.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter fuit nocte processum insequendo conclusionem consilii ultimate in Ripa tenti, videlicet qualiter primo ipsi domini mei sindici domino nostro responsionem fecerunt quod ipsi et omnes de consilio ac boni cives et burgenses presentis civitatis presti sunt contra omnes deffendere personam ipsius domini nostri, ipsorumque personas exponere.

Item qualiter dominus replicavit et voluit scire an sue gentes et consilliarii erunt sequuri et uti ejus persona; et peciit responderi, quia non intendebat aliter ipsas (135) dimictere, sed volebat ipsos esse sequuros et ipsos deffendere adversus quoscunque. Et deinde responsum cum timore quod sic, uti de domino.

Item qualiter dictus dominus noster precepit convocari consilium generale in quo intersint omnia capita hujus civitatis.

Item ordinavit haberi c homines armorum pro vigillando.

Item qualiter fuit sibi domino expositum an esset bonum quod domini mei sindici ac de capitulo tractent concordium.

Item quod videtur an debeatur prosequi relaxacionem sindici detenti vel non.

Item et an esset bonum quod rescriberetur ex parte communitatis et capituli domine nostre ducisse Sabaudie quod, pro conservacione civitatis, totis viribus procuret pacem.

Item ulterius an esset bonum quod dominus noster iterum requiratur quod domini mei sindici et domini de capitulo tractent concordium per ambassiatas mictendas etc.

Concluditur quod consilium congregetur ad cras per modum petitum.

Item quod procuretur relaxacionem sindici detenti.

Item quod domini mei sindici nunc vadant ad dominos de capitulo et narrent qualiter fuit conclusum quod esset bonum quod tractaretur pax et quod ipsi et de capitulo et sindici iterata vice vadant requisitum dominum nostrum quod sit contentus quod tractent in presencia sui consilii.

Dominico xj septembris, in Domo Communi, in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, sindici; — venerabiles Sancto Martino, Co-

nodi, Saxo, Jo. Magnini, doctores; — Versonex, Gavit, Bona, A. de Peymes, Nanto, Jo. de Fogia, H. Perrodi, B. Vicencii, Dorires, Cavuycini, Tombeti, Nanto, Lestelley, Magnini, Liga, Cortagiez, R. Privissini, Ravinelli, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii ac domini doctores consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter dominus noster misit quesitum dominos meos sindicos ipsosque interrogavit an ipsum et suas gentes vellent assecurare, uti fuit alias expositum. Qui domini mei sindici, juxta eorum commissa per consilium superius registratum, responderunt quod juxta ipsius domini nostri personam ipsam deffendendo volunt vivere et mori ipsi domini sindici ac alii de consilio ac plures alii boni cives et burgenses, nec aliter assequrare scirent (136) cum sint plures forenses minime securos etc. Ulterius interrogavit ipsos : an suas gentes? Qui sindici cum dubio responderunt quod sic, juxta posse.

Deinde eis precepit quod volebat convocari consilium generale in quo omnia capita hominum intersint, in quo omnes qui suum partitum volunt tenere jurent prosequi et ipsum deffendere etc.

Concluditur convocari consilium generale etc.

De juramento prestito petito nichil appunctuatum.

Martis xiij septembris, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele; — Gavit, Bona, Lestelley, Cavuycini, Quarrerii, Liga, P. Magnini, Cortagiez, Ravinelli, Dorires, Miquent, L. Magnini.

Quiquidem domini mei sindici consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

|| Mandatur solvi pavissiatori tres florenos. ||

In quo fuit expositum qualiter Girardus de Vaudo, sindicus, carceribus detinetur.

Item an esset bonum quod communitas et domini de capitulo mitterent unam ambassiatam versus dominos comites Gebenn. et Breysie ad obtinendum pacem [1].

Item qualiter dominus noster episcopus volebat habere responsionem

[1] Les comtes de Genève et de Bresse se rencontrèrent à Annecy le 12 septembre. Sur les craintes que leur conduite inspirait à l'évêque Jean-Louis, on consultera deux lettres de celui-ci, adressées à la duchesse Yolande, le

de petitis per eum, videlicet an communitas volebat assecurare ipsum et suas gentes vel ne.

Deinde appunctuatum primo quoad detencionem sindici, quod prosequatur ad ipsum liberari faciendum totis viribus honestis.

De ambassiata mictenda nichil fuit appunctuatum, hoc salvo quod esset bonum quod exponeretur domino nostro an sibi placeat, et juxta preceptum fiat.

De responsione petita nichil fuit appunctuatum, sed fiat responsio honesta quod consilium strictum bene assecurare vult, qua boni et fideles, sed in civitate sunt quamplures stranei qui minime cognoscuntur et plures alii, de illis autem nesciretur assecurare etc.

Die Mercuri xiv mensis septembris, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, sindici; — Bona, Gavit, Lestelley, Cavuycini, Nanto, Quarrerii, Liga, Dorires, Cortagiez.

Quiquidem consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

(137) In quo fuit expositum quod dominus noster Gebenn. episcopus vult quod artillieria extra trahatur et reponatur in locis per ipsum ordinandis.

Item quod esset bonum quod fiat processio ad obtinendum pacem, et devota cum pueris.

Item quod esset bonum eligendi capitaneos cives qui regant armatam.

Item quod esset bonum quod procuraretur de ambassiata, ut superius jam narratum est, mictenda dominis comitibus Gebenn. et Breysie pro pace obtinenda.

Deinde conclusum quod artillieria reponatur arbitrio ipsius domini nostri, cum sit sua.

De processione, quod fiat per modum petitum et expositum.

De capitaneis, eliguntur n. Humbertus de Bona et Stephanus Peccolat, qui fuerunt presentati domino nostro, deinde juraverunt etc., et hoc sub stipendiis duorum florenorum pro quolibet mense et pro quolibet capitaneo.

13 et le 14 septembre 1474; voir aussi deux lettres de la duchesse Yolande, datées de Turin, le 19 septembre, dans L. Ménabréa, *Chroniques de Yolande de France* (*Académie royale de Savoie, Documents,* t. I[er]), p. 289-291, 285-287.

De ambassiata, quod dominus advideatur, et procuretur quod fiat dummodo dominus noster precipiat.

Die Jovis xv septembris, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Ravinelli, sindici; — Versonex, Lestelley, Liga, Nanto, Cavuycini, Quarrerii, P. Magnini, Braseti, Dorires, Cortagiez, Miquent, consilliarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consillium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuerunt exposita omnia jam superius in consilio precedenti exposita, sed nichil conclusum.

Die Veneris xvj septembris, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Ravinelli, sindici; — Versonex, Bona, Gavit, Liga, Nanto, Cavuycini, Quarrerii, Miquent, Cortagiez, Braseti, Dorires.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum quod exponatur domino nostro qualiter omnes prestiterunt juramentum, uti ad suam noticiam pervenit, sed qualiter non est sequuritas quoad omnes, videlicet extraneos et populares.

Item qualiter civitas est improvisa frumento.

Item qualiter bonum videtur consilio ordinario presenti quod obtineatur pax.

Commictitur dominis sindicis quod premissa narrant et exponant.

(138) *Sabacti xvij septembris,* in Domo Communi.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Ravinelli; — Versonex, Gavit, Bona, Liga, Nanto, H. Emerici, A. de Peymes, Meystrocti, Carrerii, Cavuycini, Miquent, Cortagiez, Dorires, Braseti, ac omnes decimarii.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consillium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum qualiter dominus se intendit deffendere, videlicet organo domini vicarii et thesaurarii, cupiendo scire de voluntate suorum civium, quia domini nolunt recipere partitum honestum.

Cui fuit responsum, uti jam superius, videlicet quod omnes sunt ad hobediendum mandatis domini.

Lune decima nona mensis septembris, in Domo Communi et consilio ordinario.

N. Orsires, Sancto Michaele, Ravinelli; — Gavit, Lestelley, Liga, Nanto, Braseti, Quarrerii, P. Magnini, Valleti, Jo. de Fogia, Achardi, Cortagiez, Miquent.

Quiquidem sindici et consilliarii consillium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum quod dominus petit refforciari vigilles in bono numero.

Item quod dominus vult quod armata secum exeat civitatem quo voluerit.

Item quod porte custodiantur.

Item quod butique claudantur etc.

Concluditur primo quod vigilles refforcientur de xxv hominibus pro qualibet nocte.

Item quod porte custodiantur, deinceps et pontes.

Item quod butique saltem hodie claudantur.

Item quod armata aliqualiter non exeat civitatem.

(139) *Martis xx septembris,* in Domo Communi.

N. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Ravinelli; — Versonex, Bona, Gavit, Lestelley, Quarrerii, Cavuycini, Dorires, Valleti, L. Magnini, Cortagiez, P. Magnini.

Quiquidem domini sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum quod dominus precepit visionem videri in bono numero de gentibus armatis hujus civitatis.

Concluditur fieri et observari peticio ita et taliter quod butique claudantur et quod notifficetur capitulo.

|| Mandatur solvi pavissiatori tam pro se quam suo affanatore qui juvit tres florenos, iij grossos, denarium.

Item fuit ordinatum quod si domini comites intrent civitatem, quod fiat eis donum de xviij libris confiture, xxiiij torchiis, qualibet de tribus libris, et de octo quarteronis ypocratis.

Eadem die vicesima septembris post prandium, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthyon, Sancto Michaele, Ravinelli; — dominus vicarius; — Versonex, Bona, Lestelley, Achardi, Emerici, P. Magnini, Liga, Quarrerii, Cortagiez, Valleti, Miquent, Jo. de Fogia, Dorires, Jo. Pollyuti, dominus Jo. de Sergiez.

Quiquidem consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum qualiter dominus noster voluit habere claves portarum et qualiter fuerunt expedite cum protestacione etc.

Item qualiter dominus vult habere ad sui disposicionem artillieriam.

Item quod tute custodiantur porte et quod fiat gueyta noturna, ydonee et sequure.

Item quod vigilles refforcientur.

Item dictus dominus vicarius et dominus de Sergiaco tradiderunt licteram missivam missam per illustrissimam dominam nostram ducissam, que lecta cum honore.

(140) Item quod dominus noster episcopus non intendit quod domini comites intrent civitatem, actento quod refutant partitum honestum.

Deinde ordinatum et conclusum quod si habeat claves, quod non recipiantur nisi cum protestacione.

Item quod artillieria disponatur ad ordinacionem dicti domini nostri, requirendo quod in custodiam civitatis reponatur.

Item quod porte custodiantur deinceps tute et quod ponantur vigilles in turribus.

Item quod vigilles refforcientur.

Die xxj mensis septembris, in Domo Communi, in consilio de L^ta^.

N. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Ravinelli; — Versonex, Bona, Peccolat, H. Emerici, Lestelley, P. Magnini, Quarrerii, Achardi, Nanto, Regis, Miquent, G. Salanche, Jo. de Lumpnes, Valleti, Braseti, Lovagni, P. Magnini, Jo. de Fogia, Glaudius dorerius, B. Mallieti, Strasson, Ja. Paqueti, A. de Plathea, Angellin de Veles, R. Arnaudi, Jo. de Crosa, Ja. de Mara, H. de Ponte, G. Jaqueti, A. Fabri, P. Guersi, Jo. Malagnodi, Dy. Bidelli, Ste. de Putheo, Guigo Locheti, H. Le Cherrier, H. Bocardi, H. Grossi, Jo. Chambaz, F. de Vaudo, Jo. Ruby, Macossey, Theobaldus Albi, Jo. Ternerii, P. Mermodi, P. Ciclat, Jo. Peytral, Jo. Ansermeti, Sy. de Ripa, (141) The. Chiant, A. Regis, Glaudius Farqueti, M. de Liga, P. Emonini; — n. dominus Jo. de Sergier milex,

G. de Saccunex, P. de Lugrino, A. de Greyllier, F. de Greylier, Glaudius de Greyllier, prior Aye, Pigtuez, Jo. de Paduaz.

Quiquidem omnes superius nominati consilium tenentes.

In quo fuit expositum de victualibus, qualiter sunt pauca et qualiter dominus levare facit pro domo sua etc.

Item quod assecuretur dominum et suos servitores, uti petit.

Concluditur de victualibus, quod exponatur domino quod apportari faciat pro sua domo de suo frumento castrorum suorum.

De assecuracione, quod sibi respondeatur quod unusquisque juravit esse bonus et fidelis etc. et ita erunt, nec aliquam aliam sequuritatem scirent facere.

Item quod semper fiat bona gueyta et garda, ac sequura etc.

Die xxij mensis septembris, in Domo Communi.

N. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Ravinelli; — Versonex, Bona, Peccolat, H. Emerici, P. Magnini, Quarrerii, Lestelley, Nanto, Regis, Miquent, Valleti.

Quiquidem consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter dominus voluit habere claves presentis civitatis et qualiter fuerunt sibi tradicte metu et cum protestacione, et debeantur recipi vel ne.

Concluditur recipi cum protestacione etc.

Die xxiij mensis septembris, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Ravinelli, sindici; — (142) Versonex, Emerici, Gavit, P. Magnini, Lestelley, Nanto, Regis, Cavuycini, Cortagiez, Miquent, Dorires, Peccolat, Valeti, consilliarii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo n. ambassiatores Friburgi accesserunt et exposuerunt qualiter domini de Friburgo intellexerunt differencias inter nostros principes existentes et qualiter domini comites accexerant coram presenti civitate vi armata etc., paratos se offerentes totis cum multitudine gencium armorum et suis expensis pro conservacione civitatis huc venire.

Quibus auditis, fuit eis facta regraciacio opportuna.

Deinde fuit ordinatum eis fieri donum unius quoquassie vini albi,

unius vini rubei et unius aurobausci confiturarum duarum librarum et unius cymesse ypocratis.

Item quod fiat bona vigilia noturna et secura, uti alias.

Martis xxvij mensis septembris, in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthyon, Sancto Michaele, Ravinelli, sindici; — Bona, Lestelley, Nanto, P. Magnini, Cortagiez, Dorires, Valleti, Miquent, Braseti, Regis, Peccolat, Cavuycini, Carrerii, consilliarii.

|| Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Mandatur solvi xxxij florenos, iiij grossos, pro dono dato dominis comitibus Gebenn. et Breyssie.

Item Guillelmo Vigoret, ix florenos, iij grossos, j denarium, obolo, pro torchiis.

Item pro tubis emptis pro aula, xvj florenos, viij grossos.

Item viij florenos, j grossum, denarium, pro expensis armigerorum. ||

Fogia tradidit rotulum; commictitur visio Lestelley et ad octo reffe-rendum.

Ordinatur recolligi artillieriam.

(143) *Martis quarta octobris,* in Domo Communi.

N. Orsires, Monthyon, Sancto Michaele, Ravinelli; — Bona, Cavuycini, Braseti, Nanto, Carrerii, Valleti, P. Magnini, L. Magnini, Cortagiez, Dorires, Achardi.

De vino novo, qualiter ipsi vendunt cum sex denariis pro singulo quarterono.

De causis communitatis, qualiter absque deliberacione generalis prosequuntur consilii.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

Concluditur cridari quod deinceps non vendatur vinum novum nisi cum quatuor denariis quarteronus, et eciam de artillieria restituenda et de pane quod faciant sufficienter.

De causis, quod, recessis dominis, quod congregetur consilium generale a quo habeatur potestas ad prosequendum.

Martis undecima octobris, in Domo Communi.

N. Orsires, Monthyon, Sancto Michaele, Vaudo; — Lestelley, Cavuycini, Nanto, Cortagiez, Dorires, P. Magnini, Valleti, Miquent, Achardi, Carrerii, Ravinelli.

Quiquidem domini mei sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit porrecta supplicacio parte Guillelmi Bessoneti, carpentatoris, continens effectu qualiter gentes domini ceperunt fustam suam ad faciendum fortifficacionem civitatis etc. Sibi provideri et solvi.

|| Mandatur receptori intrari contenta in rotulo, videlicet xxxiij florenos, x grossos, v denarios. ||

|| Mandatur intrari quantum in alio rotulo, videlicet xliiij florenos, iiij solidos, ix denarios. ||

Ordinatur fieri crida quod nullus capiat arcossas in torna nec lapides ex parte civitatis et quod mundentur carrerie.

Impertitur licencia Johanni Choutagnie, notario, accipiendi lapides in Arere ex parte Bastide.

(144) Concluditur quod Bessonet faciat unam supplicacionem domino nostro in qua narret, et assistatur sibi.

Commictitur garda torne Guillelmo de Stuphis qui juravit notifficare.

Fuit receptus vigil Johannes Mermeti qui juravit in forma.

Ordinatur quod socius cride teneat toto isto anno cridam, dummodo assecuret et solvat.

Mercuri duodecima octobris, in Domo Communi et consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthyon, Michaele, Vaudo; — Achardi, Braseti, Carrerii, Dorires, P. Magnini, Dorires, L. Magnini, Miquent, G. de Fogia.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum qualiter dominus procurator fiscalis vult videre librum in quo registrantur burgenses, et deinde qualiter fuerunt deputati nonnulli ad visitandum ipsum librum.

Ordinatur eis deputatis ministrari ipsum librum.

Item fuit expositum qualiter dominus noster episcopus precepit convocari consilium generale ad cras, in quo pretendit ratifficari facere admodiacionem per ipsum factam Johanni Peytralis. Quid fiendum?

Ordinatur convocari ad cras majus consilium, videlicet de L^ta^, in quo exponatur premissa et secundum consilium et deliberacionem ipsius fiat.

Jovis xiij mensis octobris, in Domo Communi et consilio de L^ta^, in quo n. Orsires, Monthyonis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — H. Emerici, Lestelley, Cavuycini, Nanto, G. Peccolat, P. Magnini, Regis, Cortagiez, Miquent, G. de Fogia, Versonex, Dorires, consilliarii; — Jo. Clerici, A. Fabri, Ja. Legras, Arnaudus Dares, Jo. de Crosa, P. Guersi, Ansermetus de Plathea, Jo. Malagniodi, G. de Bit, G. Gervasii, Clasquini, (145) Ja. Paqueti, B. Rust, Jo. Mermodi, Marqueti pocterius, Vauterius Charavel, G. Boverii, G. Locheti, consilliarii de L^ta^.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo venerabilis dominus Andreas de Malvanda, juris utriusque doctor, vicarius et officialis Gebenn., exposuit, secum assistentibus venerabili domino Petro de Grandivalle et egregio Glaudio Viennesii, videlicet qualiter dominus noster sibi precepit quod diceret in presenti consilio quod notifficet qualiter alias dominus precepit quod carrerie tenerentur monde, licet non fuerit factum; et, hoc viso, qualiter ipse dedit onus mondandi ipsas carrerias Johanni Peytralis per quem vult ipsas carrerias mondari, quando reperiet ipsas carrerias minime mondatas, ultra formam libertatum, videlicet tempore yemali infra octo dies et alio tempore infra tres; et ita notifficat.

Cui domino vicario fuit responsum qualiter emolumenta veniencia ad causam mondicie carreriarum spectat communitati, que primo pavire fecit, deinde ex ipsis emolumentis pulsari facit campanas tam pro tempore quam pro processionibus ac aliis neccessariis, requirendo sibi manuteneri juxta assuetum.

Veneris xiiij octobris, in Domo Communi et ordinario, in quo n. Orsires, Monthyonis, Vaudo; — Nanto, Cavuycini, P. Magnini, L. Magnini.

|| Fuit creatus burgensis Petrus Pictet, de Neydens, precio septem florenorum et collovrina. || — *(B.)*

Item fuit receptus vigil Jaquemetus Pictet, filius dicti Petri, qui juravit.

|| Item fuit creatus burgensis Johannes Doucres, mercator, precio v scutorum et collovrina. || — *(B.)*

Viso rotulo tradicto per Jo. Peytral, concluditur quod extrahatur capitulum de lapidibus, quia contra libertates; quoad alia capitula, dummodo se obliget solvere in manibus receptoris et carrerias mondas tenere, quod sibi admodietur etc., et ita respondeatur.

|| Item fuit creatus burgensis Petrus Savoex, sellerius, parrochie Sancti Gervasii, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

Martis xviij mensis octobris, in Domo Communi et consilio ordinario, in quo n. Orsires, Sancto Michaele, Vaudo; — Bona, Lestelley, Gavit, Cavuycini, Regis, P. Magnini, Nanto, Cortagiez, Braseti.

(146) Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

|| Mandatur solvi Jacobo Quibleti, carpentatori, pro quinque scalis per ipsum factis, videlicet triginta quinque grossos. ||

De pavimento fiendo in Fusteria, qualiter reperitur magister qui faciet precio iij^c^ florenorum, videlicet pavissiator qui construxit pavimentum ante Domum Communem presentis civitatis, an tradetur tachium vel ne.

Concluditur quod, antequam detur tachium, quod domini mei sindici, secum assistentibus Henrico de Expagnia et Amedeo de Peymes, vadant factum questam, deinde refferant Veneris, qua audita tunc fiet secundum disposicionem consilii tunc congregandi.

Veneris xxj octobris, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthyon, Vaudo; — Versonex, Braset, Cortagiez.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum qualiter nonnulli burgenses emunt bladum in foro ultra debitum.

Item et equidem provisor domini nostri episcopi.

Item qualiter intellexerunt quod nonnulli se jactant absentare civitatem propter enormia etc.

Item qualiter, insequendo ordinacionem consilii precedentis, ipsi per

nos deputati fecerunt questam pro pavimento fiendo in quarreria Fusterie, sed mercatores sunt absentes et videtur bonum quod expectentur nundine, et qualiter magister qui sensit vult recedere etc.

Deinde appunctuatum primo quod domini mei sindici custodiant quarrerias et mercatum bladi, adeo quod deffendant patisserios ac alios quod non emant bladum ultra formam franchesie.

Super aliis expositis remictitur ad Martis proximam cum indigeant deliberaciones majoris consilii.

|| Fuit creatus burgensis Jacobus Michalleti, mercerius, parrochie Sancti Gervasii, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

|| Item et Glaudius Trenchent, patisserius, parrochie Sancti Gervasii, simili precio. || — *(B.)*

Martis xxv octobris, in Domo Communi, ordinario in quo : n. Orsires, Monthyon, Sancto Michaele, Vaudo; — Regis, Gavit, Bona, Lestelley, Cavuycini, Nanto, P. Magnini, Dorires, Cortagiez, Valleti, Versonex, Achardi.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum, primo qualiter deffectu pollicie bladum incarat.

Item qualiter intellexerunt quod plures habitantes in hac civitate se jactant absentare locum, eo quod eis petuntur parte domini nostri episcopi plura nova et eis fiunt plures novitates.

Item de pavimento fiendo, de quo jam superius fit mencio, et aliis jam superius occasione ipsius narratis.

(147) Item et ad quid cridabuntur ale pro anno futuro pro jure communitatis.

Item an esset bonum cridari quod fiat panis racionabilis sub pena perdictionis, vel ne.

Item Johannes Bovyer exposuit qualiter casu fortune est infirmus et compellitur pro burgesia, requirit veniam et quod deinceps non compellatur quia non habet unde solvat.

Concluditur primo quoad bladum, quod levatur in foro per officiarios domini, de vino equidem; de illis qui absentant patriam, quod domini mei loqui habeant cum domino vicario, et equidem de artillieria perdicta.

Item quoad patisserios, quod omnes priventur per mensem quoad panem, nisi michas.

Item quoad pavimentum prescriptum, quod deputati quatuor faciant questam.

Item concluditur quod Johannes Bovez cancelletur de libro burgensium et quod quictet burgesiam, quod hoc mediante, actenta firmitate ipsius, sit quictus et non compellatur ad solvendum.

|| Fuit receptus burgensis Johannes Fornerii, patisserius, Sancti Gervasii, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

|| Item et equidem Philipus Clerici, patisserius, parrochie Sancti Gervasii, simili precio. || — *(B.)*

Veneris xxviij octobris, in Domo Communi.

N. Orsires, Monthyon, Sancto Michaele; — Bona, Lestelley, Cavuycini, P. Magnini, L. Magnini, Dorires, G. de Fogia.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit conclusum quod emolumenta alarum et ponderis spectantia communi recuperentur isto anno per receptorem nomine communitatis.

Mercuri secunda novembris, ab heri ob reverenciam festi Omnium Sanctorum subrogata, in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo; — Lestelley, Gavit, Cavuycini, Achardi, P. Magnini, Cortagiez, L. Magnini, Nanto, Dorires.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentes et tenentes.

In quo magister Vandelli dedit rotulum, quo viso mandatur sibi solvi contenta in eodem.

Item Guillelmus Bessonet exposuit sibi solvi suam fustam captam tempore armate.

Fuit facta responsio quod ipse reperiat suam fustam in loco in quo erit et sibi restituatur, quia dominus vicarius ita convenit.

(148) Ordinatur queri artillieriam admissam per exactorem et alios quos intererit.

Item fuit expositum qualiter ipsi domini sindici exposuerunt in con-

silio episcopali de patisseriis, qui faciunt panem ultra formam tabule, et qualiter in ipso fuit eis responsum quod adhuc domini mei sindici iterata vice ponderent panem ad rigorem, deinde refferant.

Ordinatur observari ordinacionem consilii episcopalis.

Ordinatur quod magister Petrus Cortagiez habeat exactionem emolumentorum alarum, precio iij^{c} l.

Item ordinatur fieri ferratura fenestrarum aule Domus Communis.

Item fuit expositum qualiter dominus noster episcopus concessit salvum conductum illi qui morti tradidit Alemanum.

Ordinatur ipsum capi si reperiatur et dominus faciet post que voluerit.

Item fuit expositum qualiter cherrotoni qui ducunt vinum capiunt ultra formam ordinacionis. Ordinatur quod observetur ordinacio alias facta et ita cridetur.

Commictitur visio rotulorum carpentatoris, fornerii et greatoris Lestelley, Ravinelli et Quarrerii, et ad Martis refferendum.

Ordinatur cridari quod vacuentur portus et quod non reponantur ligna in ipsis portibus, nisi in grossis massis altitudinis sex pedum.

Veneris tercia [*quarta*] *novembris,* in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Bona, Quarrerii, P. Magnini, L. Magnini.

Ordinatur quod illi qui se voluerunt juvare ad paviandum platheam Fusterie scribantur et deinde procedetur secundum que videbuntur.

Exposuit uxor et relicta cride deffuncti qualiter habebat in admodiacionem cridam; requirit quod sibi fiat satisfactio de tempore quo cridavit et eciam de quota burgesie, et est parata restituere bacculos et arnesium communitatis.

Computent receptor ipsam et socius suus et post ea videbitur quid erit fiendum.

Martis octava novembris, in Domo Communi et consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — (149) Gavit, Quarrerii, Nanto, P. Magnini, Lestelley, Cortagiez, Bona, Regis, Braseti, Cavuycini, Valleti.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium presentis civitatis tenentes.

In quo Johannes de Lupnes exposuit qualiter liber; videri sua libertas quam exhibuit; restitui sua pignora.

|| Mandatur solvi fornerio quantitatem in rotulo ascendentem ad xij florenos parvi ponderis. ||

Concluditur quod lubie fiant alte, taliter quod menia cohoperiantur tanquam concernent lubie.

|| Fuit creatus burgensis Mermetus de Corsant, parrochie Sancti Gervasii, cutellerius, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

Item fuit expositum qualiter dominus noster misit certos nobiles ad sindicos qui narraverunt quod dominus vult quod Andreas Serra et sutor domini nichil solvant de leva et precepit restitui pignora.

Ordinatur cridari de fimis amovendis; de cherrotonis, quod non accipiant de cherraturis ultra ordinata alias, videlicet basso dymidium grossum et superius tres quartos.

Item quod faciant mutonos lignarum in portibus, altitudinis unius teysie.

Ordinatur pignorari Anthonium Berruti et Clejat, eo quod non mondaverunt carrerias juxta admodiata, et bona pignora.

Concluditur quod Jo. de Lumpnes ac omnes alii solvant levam. Item quod domini mei sindici habeant loqui in consilio episcopali de Sera et sutore.

|| Item fuit creatus burgensis Petrus Preles, coutellerius, precio vij florenorum et collovrina. || — *(B.)*

Die dominico xiij novembris, in claustro, in consilio generali, ad sonum campane congregato more solito, in quo venerabiles dominus Anthonius de Villiaco, Petremandus de Saccunex, canonici; — n. Orsires, Monthion, Michaele, Vaudo, sindici; — Nycodus de Nanto, H. Grossi, Jo. de Marlio, Jo. Davanodi, P. Nycodi, Jo. de Crosa, Jo. Marchiandi, F. Macri, H. Chardo, P. Prepositi, P. Prioris, Jo. de Bocheto, Ja. Ruphi, Jo. Meystrot, G. de Siege, Ansermetus de Plathea, P. Vignioli, P. Levrerii, Jo. de Chevrens, Monetus Mercerii, Ja. Paqueti, R. Arnaudi, P. Braserii, Ja. Tombeti, Petrus Johannes Gueydon, Ay. Guigniet, P. greator, G. Rogeti, Ansermetus Mistralis, Jo. de Paleto, et plures alii michi ignoti.

Quiquidem omnes superius nominati consilium generale tenentes pro venda more solito proclamanda.

Que venda proclamata fuit, post multas altercaciones, organo dicti domini de Villiaco, ad vj grossos pro quolibet sextario vini.

Item fuit advisatum in ipso consilio quod omnes mondent carrerias, ne incurrant penam cride.

(150) *Martis xv mensis novembris,* in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthyon, Sancto Michaele, Vaudo; — Gavit, Bona, Lestelley, Cavuycini, Nanto, P. Magnini, Dorires, Cortagiez, Carrerii, L. Magnini.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum qualiter fuit appertum de litigio communis, videlicet dominus est intencionis quod amicabiliter videatur per quatuor doctores hinc inde eligendos, si bonum videatur.

Item ulterius qualiter pavissiator incepit operari, petit dari tachium seu relaxari.

|| Mandatur solvi Thome de Medalia quantitatem in rotulo, videlicet viij florenos, vij grossos. ||

Concluditur quod eligantur quatuor doctores hinc inde qui habeant cognoscere de differencia, ita et taliter quod habeatur bonum consilium et fiant allegaciones.

Quoad pavimentum, concluditur fieri questa in nundinis, et pro presenti quod illi coram quibus fuit operatum compellantur ad solvendum.

|| Mandatur Petro Michaelis, carpentatori, quantum in rotulo, videlicet ix florenos, iiij grossos, denarium. ||

Decessit crida qui fuit burgensis novus constitutus, et decessit sine liberis; quia servitor et in servicio decessit, ordinatur cancellari sue soluciones preter quod solvat licteram.

Fuerunt facte cauciones alarum et bocetarum.

Veneris xix [*xviij*] *mensis novembris,* in consilio ordinario.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo; — Bona, Cavuycini, Cortagiez, Nanto.

|| Fuit creatus burgensis Petrus Alberti, fornerius, parrochie Sancte Crucis, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

|| Item equidem fuit creatus burgensis Humbertus Prieres, barbitonsor, simili precio. ||

Martis xxij novembris, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthyon, Sancto Michaele, Vaudo; — Versonex, Bona, Gavit, Lestelley, Cavuycini, Nanto, Carrerii, P. Magnini, L. Magnini, Dorires, Peccolat, Braseti.

(151) Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter dorerius qui morti tradidit Alemanum in hac civitate vadit per civitatem et intulit minas castellano. Quid fiendum?

|| Fuit creatus burgensis Jaquetus Bernardi alias Jallieti, coutellerius, parrochie Sancti Gervasii, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

Ordinatur quod causa domini et communitatis ad causam communis concordetur amicabiliter et eligatur parte communitatis dominus Jo. Magnini et Botellerii.

Ordinatur exequi rigide contra patisserios, videlicet fieri crida quod privantur de faciendo grossos panes.

|| Fuit creatus burgensis Anthonius de Angoma, perolerius, Sancti Gervasii, precio vij florenorum, collovrina, Sancti Gervasii. || — *(B.)*

Quia fuit plenta ex parte domini quod buete porcorum deruantur, ordinatur derui per civitatem.

Impertitur licencia Petro Braseti quod accipiat lapides in Arere, ultra tamen pontem.

Mandatur greatori solvi quantitatem in rotulo, amotis octo florenis et resecatis.

Ordinatur quod dorerius capiatur et deinde justicia mediante procedatur.

Veneris xxv novembris.

Orsires, Sancto Michaele, Vaudo; — Lestelley, P. Magnini, Dorires.

|| Fuit creatus burgensis Jacobus Vuarouz, parrochie Sancti Germani, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

|| Item et Ludovicus Reynaudi, perolerius, Sancte Crucis, precio vij florenorum, collovrina. || — *(B.)*

Martis penultima mensis novembris, in Domo Communi et consilio ordinario, in quo n. Orsires, Michaele, Vaudo, Monthyon; — Gavit, Bona, Lestelley, Nanto, Quarrerii, Cavuycini, P. Magnini, L. Magnini, Dorires, Regis, Valleti, Achardi.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo aurifaber qui asseritur morti tradidisse Alemanum presentavit dominicales licteras; observari et se admicti ad deffendendum.

Marticularius equidem exposuit qualiter domini de capitulo sunt onerati expensis ad causam aguliete etc.; requirit sibi unam vestem donari etc., actento quod servit communitatem.

De receptaculo, qualiter reperitur qui vult edifficare et in locagium accipere et se solvere super salariis.

De magistro Saccunex, qualiter petit sibi fieri mandatum de contentis in tachio; dicitur fieri mandatum.

De pavissiatore qui petit pecunias pro vivendo et emendo lapides.

|| Mandatur solvi Saccunex, carpentatori, totam quantitatem in tachio expressam et reparet omnia reparanda. ||

(152) Concluditur nichil dari marticulario, sed sibi solvant domini de capitulo, magistri sui, si velint, juxta assuetum.

Concluditur quoad receptaculum quod communitas edifficet primo quam locetur, deinde in locagium tradetur plus offerenti.

Concluditur quoad pavissiatorem quod domini mei sindici vadant factum questam, deinde sibi solvant de hiis que provenient ab eadem questa.

Concluditur quoad aurifabrum quod sue lictere consulentur, deinde domini mei sindici bono consilio mediante remonstrent domino nostro et ejus vicario.

Habita responsione Jaquemeti Roguz admictitur hospitellerius pontis Rodagni Petrus Mychonerii, qui juravit etc.

Penultima novembris, hora vesperorum.

N. Orsires, Sancto Michaele, Vaudo; — Bona, Jo. de Fogia.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes, in quo strenuus miles dominus Rodulphus de Vulpens, miles, exposuit quod nobiles gubernatores ville Friburgi ipsum miserunt ad hanc civi-

tatem ad sciendum an mercatores friburgenses, si veniant in nundinis denuo tenendis in hac civitate, an erunt sequuri vel ne, proponendo qualiter eciam ejus ambassiata se dirigebat ad dominum nostrum Gebenn. episcopum et habuit jam responsionem quod volebat in hac civitate securos tenere.

Cui fuit responsum quod domini mei sindici haberent loqui cum domino et deinde talem facerent responsionem quod contentus erit.

Ultima novembris, in Domo Communi et ordinario consilio.

N. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Versonex, Achardi, P. Magnini, Jo. de Fogia, Carrerii, Regis, Valleti, L. Magnini.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter die herina dominus R. de Vulpens exposuit qualiter domini de Friburgo ipsum miserunt in ambassiatorem, videlicet primo ad dominum nostrum Gebenn. episcopum, deinde ad communitatem presentis civitatis, ad sciendum an mercatores de Friburgo, si veniant in nundinis, sint et erunt securi, actento precipue quod sunt ex illis qui faciunt guerram domino duci Burgondie, exponendo qualiter dominus noster sibi habuit in responsum quod intendebat tenere sequuros. Quam responsionem fiet?

Ordinatur responderi honeste quod actento quod dominus noster est contentus et tenet sequuros, quod communitas est subjecta domino nostro et hobediet mandatis domini nostri.

Concluditur eidem dari parvum donum, videlicet unam cymesiam ypocratis, unam vini rubei et unam albi.

(153) *Martis sexta decembris,* in Domo Communi et consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Lestelley, Liga, P. Magnini, P. Cortagiez, L. Magnini, Cavuycini, Jo. Carrerii, P. Magnini, Regis, Peccolat, Nanto.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes et representantes.

|| Mandatur solvi Mallens xij florenos pro termino festi Sancti Michaelis ad causam hospitalis. ||

|| Mandatur solvi vestes vigillum juxta solitum. ||

Martis tresdecima decembris, in Domo Communi et ordinario consilio.

N. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo; — Gavit, Lestelley, Bona, Nanto, Carrerii, Cavuycini, P. Magnini, L. Magnini, Dorires, Cortagiez.

Quiquidem sindici et consilliarii consillium ordinarium presentis civitatis tenentes. In quo fuit porrecta supplicacio Mermete, relicte Francisci Fabri.

Videantur computa Glaudii de Peymes quoniam in ipsis fuit conclusum de debito in supplicacione mencionata.

Item fuit expositum de domino Viriaci qualiter non vult consentire quod fiant latrine.

Ordinatur quod communitas habeat quod suum est, absque faciendo [in]juriam domino Viriaci.

De bullis hospitalium de quibus fuit expositum, ordinatur quod communitas non se intromictat aliqualiter.

|| Mandatur solvi Johanni Quarrerii xxx grossos pro instrumento et monicione etc. ||

Martis vicesima mensis decembris, in consilio ordinario.

N. Orsires, Sancto Michaele, Vaudo; — Gavit, Bona, Lestelley, Nanto, (154) Carrerii, Cavuycini, P. Magnini, Cortagiez, Dorires.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo || mandatur solvi vestem Jacobi Quibleti, carpentatoris, ad instar vigillum. ||

|| Mandatur intrari receptori xxij florenos pro verreriis aule. ||

De crida fienda quod patisserii deinceps non faciant panes nec micas.

De Lymana que exposuit qualiter maritus suus detinetur, licet burgensis, et qualiter libenter sumptuaret in carceribus pro evitando expensas.

Item qualiter Johannes Mallens libenter venderet suum hospitale et vendet prout dicit.

Concluditur fieri crida quod priventur de faciendo panes nec micas, spacio || unius || duorum mensium.

Concluditur quod Lymana recurrat ad dominum, si velit, quia ad communitatem nichil.

Concluditur quod fiat plenta de quadam lazara que est in carreria

Pessoneria et uxore cujusdam cinturerii et de aliis percussis simili morbo.

Concluditur quod ematur hospitale si possibile sit.

Annus mutatur et currit millesimo quatercentesimo septuagesimo quinto.

Martis xxvij mensis decembris, in Domo Communi, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthionis, Vaudo, Michaele; — Bona, Ravinelli, Carrerii, Cavuycini, Nanto, P. Magnini, Cortagiez, Dorires, L. Magnini.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit expositum qualiter lictera missiva una fuit tramissa in villa Genuensium, que concludit quod licet quedam marcha fuit concessa ad opus ipsorum Januensium contra Sabaudiegenas, et cives non sunt inclusi in patria Sabaudie, et quod tractant cives uti fuerunt Januenses in civitate Gebenn. et alias, prout in lictera describitur, et que lictera fuit missa domini nostri Gebenn. episcopi.

Item qualiter fuit expositum qualiter nonnulli emunt tam frumentum quam avenam ultra formam, ita quod caristia sequetur.

Item qualiter artillieria est in parte destructa et perdicta et qualiter complures vendunt arnesios suos, licet sit periculum etc.

(154 *bis*) Item qualiter turres destruuntur tam in trabaturis quam in aliis locis.

Item qualiter esset bonum quod visitentur burgenses in suis domibus, adeo quod si non habeant arnesios quod emant.

Concluditur quod turres reparentur, item quod artillieria reparetur, item quoad artillieriam perdictam quod domini mei sindici habeant loqui cum domino Ranversi.

|| Mandatur solvi Jacobo et Robellet cuilibet xij grossos pro pena et labore etc. ||

Item quod visitentur qui emunt bladum ultra formam et quod compellantur ad vendendum. Item eciam adeo quod si non habeant arnesium, quod emant.

Veneris xxx decembris, in Domo Communi.

N. Orsires, Monthionis, Vaudo; — Bona, Carrerii, G. de Fogia.

|| Fuit creatus burgensis Franciscus de Nemoribus, barbitonsor, parrochie Sancti Gervasii, precio vij florenorum et collovrina. || — *(B.)*

|| Fuit creatus burgensis Johannes de Bineg, appothecarius, Sancti Gervasii, precio decem florenorum et collovrina. || — *(B.)*

Ordinatur dari Marqueto, hospitellerio, vj grossos semel.

Martis tercia januarii, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Bona, Gavit, Lestelley, Ravinelli, Cavuycini, Carrerii, Nanto, P. Magnini, Cortagiez, Dorires, L. Magnini, Miquent, Valleti, Jo. de Fogia.

Nobilis Guigo de Veygier exposuit qualiter civis et qualiter Symondus de Ripa ultra formam libertatum ipsum privat sua possessione cujusdam sue domus, sibi adhereri requirendo.

Item patisserii exposuerunt qualiter fuit eis inhibitum quod non faciant panem venalem contra formam libertatum, et non credunt offendidisse, et si offenderint petunt veniam et se offerunt deinceps facere debitum.

Item pavissiator peciit sibi satisfieri saltem de lapidibus aductis pro faciendo pavimentum communitatis.

Concluditur quoad Veygiez, quod ipse porrigat supplicacionem domino nostro Gebenn. episcopo et quod domini mei sindici adherant.

(155) Quoad patisserios nichil fuit conclusum, sed in primo statu remaneant. Et quoad pavissiatorem concluditur quod solvant, si velint, illi coram quibus ipse pavivit etc.

Sabacti sexta [*septima*] *januarii,* in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo; — L. Magnini, Bona, Gavit, Lestelley, Ravinelli, Nanto, P. Magnini, Cortagiez, Dorires, Valleti, Miquent, Versonex, Peccolat.

Quiquidem sindici et consilliarii consillium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum qualiter dominus Ranversi, nomine domini nostri, precepit primo quod visitentur omnes cives burgenses et habitantes Gebenn., quod sint fulciti arnesiis et aliis armorum generibus.

Item quod si non sint fulciti victualibus, quod compellantur ad se providendum.

Item quod communitas prestet auxilium fortifficacioni fiende in burgo Sancti Gervasii eisdem de dicto burgo.

Item quod menia civitatis reparentur, videlicet faciendo circumcirca murtreriis.

Item quod artillieria preparetur et reponatur in locis neccessariis, prout videbitur.

Item quod remonstretur domino Ranversi qualiter crida, die presenti proclamata, est prejudiciabilis et qualiter forte erit neccesse quod mulieres exeant civitatem et pueri.

Deinde fuit conclusum in ipso consilio ut sequitur. Et primo, quod fiat visitacio exposita tam arnesiorum quam victualium hodie per totam diem, videlicet per dominos meos sindicos, vocato castellano, et quod ducant secum secretarium qui scribat injunctiones fiendas de habendo arnesios et victualia. Item quod artillieria reparetur, deinde reponatur prout fuerit visum.

Quoad cridam, quod remonstretur domino Ranversi qualiter prejudiciabilis etc.

Quoad artillieriam, quod Ravinelli et Petrus Magnini, commissarii ad hoc alias deputati, visitare faciant artillieriam, preparare et in locis assituare, providereque de pulveribus etc., deinde quod ipsi duo, et secum assistentibus Bona et Peccolat, visitent reparaciones fiendas in muris et procurent quod fiant.

Item fuit conclusum in ipso consilio quod domini mei sindici loquantur domino Ranversi quod revocet mandatum, quod omnes patisserii de cetero coqui panem possint, dum tamen secundum ritum.

Item de congregando consilium generale, adeo quod provideat de modo habendi pecunias pro succurrendo neccessitatibus et aliis neccessariis fortifficacioni.

Item fuit conclusum, quoad fortifficacionem Sancti Gervasii fiendam, quod insequatur tenor transsactionis jam inite.

Die dominico octava januarii, in consilio generali, in claustro, ad sonum campane congregato, in [quo] venerabiles dominus Petrus Mermeti procurator fiscalis, dominus Petrus de Grandivalle; — (156) n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Gavit, Bona, Cavuycini, P. Magnini, L. Magnini, H. Emerici, Ravinelli, G. de Fogia, M. de

Nanto; — Jo. de Fonte, Jo. de Crosa, Jo. Ruphi, Ja. Paqueti, Clasquini, Ja. Ruphi, Jo. Meystrot, F. Macri, Jo. Bernardi, Ay. Fuserii, Ternerii, soudanus, Bocardi, Ny. de Nanto, Valterius Charavel, Jo. douz Bouluz, G. Boverii, F. Grossi, Jo. de Thononio, Michallie, Querci, Ja. Quiblerii, Jo. Emerici, B. Mallieti, P. Gacheti, H. Galatini, P. Guersi, P. de Grossa, Ferrati, Guilliardi, G. Gervasii, H. Grossi, Lestelley, P. Machoreti, A. de Castro, H. Boson, P. Francisci, Jo. Gerrouz, P. Levrerii, Jo. de Marlio, P. Porralis, G. Barraz, Ny. de Grangia, R. Arnaudi.

Quiquidem omnes superius nominati consilium generale presentis civitatis representantes.

(157) In quo fuit expositum qualiter ex parte domini nostri episcopi fuit preceptum quod omnes cives, burgenses et habitatores presentis civitatis sint fulciti victualibus et arnesio condecenti.

Item quod civitas refforcietur tam in meniis quam alibi, arbitrio cognoscencium, taliter quod sint deffensibiles.

Item quod artillieria reparetur et quod fiat provisio pulverum, colovrinarum etc.

Item quod reparacio incepta in opido Sancti Gervasii locum habeat et ad effectum deducatur.

Deinde fuit expositum qualiter premissa non possunt adimpleri absque pecuniis et in magna quantitate. Quid erit fiendum?

Et post premissa et post multas altercaciones apertas per Petrum Porralis et Johannem de Marlio, omnes superius nominati unanimiter concluserunt quod commictitur n. Henrico de Expagnier, Johanni Meystrot, Hugonino Grossi, R. Arnaudi, B. Vicencii, Jacobo Paqueti, Johanni de Fonte, Nycodo de Nanto, Girardo Gervasii, Jo. Malliardi, Johanni de Crosa, Petro Nycodi et Aymoni Fuserii, *(Porralis)*, quatenus assistant cum dominis meis sindicis ac consilio ordinario presentis civitatis, quibus omnibus, videlicet tam jamdictis sindicis, consiliariis, quam superius nominatis, habeant potestatem tocius consilii generalis ad cognoscendum, ordinandum, arbitrandum, deliberandum de neccessariis de et super expositis, videlicet de reparacionibus fiendis ac de remedio habendi argentum pro fieri faciendo ipsas reparaciones, item et faciendo provisionem bladi neccessariam et alias prout eis videbitur fiendum et concludendum.

Lune nona januarii, in Domo Communi, in consilio ibidem congregato, in quo n. Orsires, Michaele, Vaudo, sindici; — Bona, Ravinelli, Carrerii, Nanto, Lestelley, P. Magnini, Dorires, L. Magnini, Versonex, Braseti, consilliarii; — Ny. de Grangia, Jo. de Crosa, Ay. Fuserii, Malliardi, G. Gervasii, soudanus, Porralis, (158) R. Arnaudi, Ny. de Nanto, Ja. Paqueti, Jo. Meystrot, H. Grossi, commissarii.

Quiquidem omnes superius nominati consilium tenentes ordinarium, in quo fuit expositum de modo reperiendi argentum ad fieri faciendum fortifficaciones expositas in generali consilio, tam circoncirca civitatem quam in opido Sancti Gervasii, item et faciendi provisionem pulverum, bladi ac aliorum neccessariorum.

Item et de modo exequendi exposita in generali consilio.

Deinde conclusum nichil.

Eadem die, hora secunda post meridiem, in consilio ordinario, in quo nobiles Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Ravinelli, Bona, P. Magnini, L. Magnini, M. de Nanto, Cavuycini, Quarrerii, Dorires, H. de Expagnier, Braseti; — Ny. de Grangia, B. Vincencii, Nycodus de Nanto, P. Nycodi, R. Arnaudi, Ay. Fuserii, G. Gervasii, Jo. Meystrot, Ja. Paqueti, H. Grossi, Porralis, A. Fabri.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum, primo et principaliter de modo reperiendi pecunias ad succurrendum neccessariis superius narratis in presenti civitate et ipsius subburbiis quoad reparaciones fiendas.

(159) Concluditur quod fiat imposicio de et super pagnis, mercanciis ac aliis exponendis in rotulo fiendo per Glaudium Ravinelli, die crastina tradendo, deinde de et super tali imposicione fienda mutuo reperiantur pecunie etc., ita tamen et taliter quod talis imposicio tantummodo concedatur ad tempus. Et illi conclusioni consenserunt omnes superius nominati, exceptis subnominatis, et primo Mermetus de Nanto, Nycodus de Nanto, P. Nycodi, Porralis, H. Grossi, G. Gervasii, Aymo Fuserii.

Martis decima januarii, in Domo Communi et ordinario consilio.

N. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Bona, Gavit,

Lestelley, Ravinelli, Carrerii, P. Magnini, Dorires, Versonex, Cortagiez, Miquent, L. Magnini, Valleti, Regis, Cavuycini, Nanto.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum qualiter dominus Pontisvitrei precepit ex parte domini nostri episcopi quod omnes vadant ad juvandum ad faciendum fossalia Sancti Gervasii.

Item et qualiter nocte lapsa dominus Ranversi dixit et precepit dominis meis sindicis quod omnes reparaciones alias expositas expediantur, quia dominus rescripsit dubia, uti per licteras missivas quas mutuo tradidit, deinde lecte in presenti consilio.

Item et quod omnes sint fulciti, uti superius jam deducitur, et sine deffectu.

Fuit preceptum Glaudio Farqueti, Guigoni Locheti, Glaudio Morelli, Guillelmo Boverii, Petro de Laz Ruella, Francisco de Vaudo, Reymondo Lullini, Johanni Ternerii, Anthonio Fabri, Guillelmo Barre, Petro Nycodi.

Item fuit advisatum quod domini mei sindici vadant ad dominum Ranversi, quod provideat quod omnes nobiles extranei qui habent domus in presenti civitate quod veniant et residenciam faciant; deinde quod eligatur unus capitaneus, et hoc sub penis.

Item gentes eysosi et troctani exiant civitatem sub pena.

Concluditur quod domini mei sindici vadant ad dominum Ranversi et requirant quod nobiles avene veniant et assistant et quod sint fulciti et equidem quod domini eclesiasticeti sint fulciti equidem. Item de crida exposita. Item quod presententur capitanei et magister (160) artillierie. Item quod petant quod eclesiastici assistant et sint fulciti.

Ordinatur quod fiant farocti cum potencia.

Eadem die, in consilio, in quo interfuerunt omnes subnominati, videlicet n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Gavit, Versonex, Bona, G. de Peymes, Lestelley, Ravinelli, Cavuycini, Braseti, Dorires, P. Magnini, L. Magnini, Peccolat, Miquent, Nanto, Ny. de Liga, Cortagiez, Valleti, Quarrerii, consilliarii; — Jo. de Fonte, Jo. de Crosa, B. Vincencii, Ny. de Nanto, Ay. Fuserii, Porralis, H. Grossi, G. Gervasii, Ja. Paqueti, Jo. Meystrot, Jo. Malliardi, R. Arnaudi, P. Nycodi, commissarii.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum qualiter erit procedendum in materia heri exposita, videlicet de reperiendo argentum ad subveniendum neccessariis communitatis, tam ad refforciandum civitatem in locis neccessariis et ad emendum pulveres ad preparandum artillieriam. Item et de modo reperiendi bladum. Item ad implendendum refforciata in opido Sancti Gervasii neccessaria.

Item qualiter domini mei sindici hodie mane, insequendo ordinacionem consilii ordinarii hodie tenti, se reperierunt in presencia domini Raversi, cui dixerunt qualiter esset neccesse quod dominus noster Gebenn. episcopus mandaret nobilibus forensibus quod assisterent, fulciti victualibus et armorum generibus.

Item et equidem quod compellat eclesiasticos ad satisfaciendum de premissis.

(161) Item qualiter presentaverunt capitaneos, videlicet nobiles Humbertum de Bona et Ste. Peccolat.

Item et magistros artilliarie, videlicet n. Ravinelli et Petrum Magnini.

Item et quamplurima alia concernencia fortifficacionem civitatis.

Deinde intervenerunt venerabiles domini episcopales consilliarii, videlicet P. de Grandivalle, Boniffacius Fabri, Aymo Fuserii, Theo. de Saccunex, P. Mermeti et Jo. Polliuti.

Qui domini consilliarii episcopales advidendo dixerunt quod si quis consilliarius vel commissarius electus se reddat male intencionis ad obviandum neccessitatibus neccessariis in fortifficacionibus fiendis de quibus supra, quod revelletur, quia dominus noster est intencionis providere etc.

Deinde fuit conclusum quod minime valeretur succurrere neccessitatibus preallegatis, nisi mediante imposicione una graciose imponendo de et super rebus in rotulo mencionatis; et omnes superius nominati ita concluserunt et consenserunt, preter Mermetus de Nanto, Petrus Porralis, Nycolinus de Liga, Johannes Malliardi, qui apperierunt nonnullos actus, videlicet quod fiat leva et alii quod fiat mutuacio.

Concluditur fieri crida quod omnes decimarii die crastina ducere debeant qui[libet] quatuor personas cum fodiis, palis et aliis neccessariis ad juvandum et ad faciendum fossalia Sancti Gervasii.

Et tamen domini mei sindici nomine communitatis, in presencia illorum de Sancto Gervasio superius nominatorum, protestati fuerunt quod non intendunt aliqualiter ire contra transsactionem nec illi derogare ad causam jamdicte subvencionis gencium, quinymo illam totis viribus observare, presentibus Lestelley, Quarrerii et omnibus superius nominatis.

Mercurii undecima januarii, in consilio ordinario, in quo nobiles Orsires, Monthyon, Sancto Michaele, Vaudo; — Versonex, A. de Peymes, Ravinelli, Liga, Gavit, Lestelley, H. de Expagnia, P. Magnini, Cortagiez, Dorires, L. Magnini, Miquent, Valleti, (162) Cavuycini, Nanto, Carrerii, Peccolat, Bona, Braseti; — B. Vicencii, Nanto, R. Arnaudi, H. Grossi, Jo. Maliardi, Porralis, G. Gervasii, Paqueti, Meystrot, Ay. Fuserii, P. Nycodi.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes.

In quo fuit lectus rotulus in quo describuntur imposiciones ponende in hac civitate, adeo quod si bene, stet, si male, quod corrigatur.

Item fuit expositum qualiter crida, de qua jam supra, est prejudiciabilis. Quid fiendum?

Item fuit preceptum cossonis frumenti et bladi quod emant cum magna quantitate adeo quod cives, burgenses et habitatores fulciantur.

Deinde fuit conclusum quod imposicio lecta habeat locum, quia rite et domestice describitur; et omnes superius nominati ita consenserunt, exceptis Porralis, Johanne Malliardi.

Nomina cossonum quibus fuit preceptum, videlicet Jacobo de Villario, Ansermeto Mistralis, Perrissoz, Guillelmo Barraz.

Jovis duodecima januarii, in consilio ordinario, in Domo Communi congregato, in quo n. Orsires, Monthion, Vaudo, Sancto Michaele, sindici; — Gavit, Bona, Carrerii, Cavuycini, P. Magnini, Dorires, Miquent, Nanto, consilliarii; — Jacobus Paqueti, Jo. Meystrocti, ex adjunctis; — G. Serralion, Angelinus de Veres, G. Boverii, Chambaz, Guigo Locheti, ex decimariis; — (163) Ny. Gabeti, Mallieti, G. Doreriis, F. Perrodi, Lorini, G. Jaqueti, Tornerii, R. Privissini, G. Morelli, F. de Vaudo, The. Albi, G. Pocterii, Chiquant, F. Violant, Guillelmus Borgesii, Grasson, R. Lullini.

Quiquidem omnes superius nominati consilium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum qualiter dominus noster dedit in mandatis quod decimarii presentis civitatis unusquisque adducere debeat qualibet die sex homines ad juvandum ad faciendum fortifficaciones fiendas in opido Sancti Gervasii.

Item et qualiter quod ipse vult quod fiat die dominico proxime futura monstrum generale.

Idcirco fuerunt advisati omnes decimarii superius nominati quatenus provideant super premissis, videlicet quod quisque ipsorum decimariorum mandet sex qualibet die ut supra. Item quod omnes gentes sint fulcite generibus armorum et bene armate, adeo quod non sint reprehensibiles.

Eadem die, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Gavit, Lestelley, Ravinelli, Carrerii, Cavuycini, Nanto, P. Magnini, Braseti, Lyga, Cortagiez, Dorires, Valleti, Miquent, L. Magnini.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum qualiter domini mei sindici hodie steterunt in capitulo, in quo ipsi exposuerunt quamplurima, et presertim qualiter fuit processum, videlicet heri coram domino nostro Gebenn. episcopo, videlicet qualiter ipsi visitarunt arnesios, victualia; item qualiter fecerunt provisionem de habendo victualia, precipiendo cossonis quod aducant et reliqua superius (164) jam descripta; item et qualiter ipsi presentaverunt rotulum imposicionis domino nostro, sed [n]ullam mencionem fecit; item qualiter pecierunt cridas revocare de quibus supra et qualiter respondit quod minime faceret; item et qualiter dominus nititur quod fossalia Sancti Gervasii adimpleantur, licet forte prejudiciabilia; item et qualiter dominus Ranversi eis dixit quod forte habebant intelligencias; item et qualiter dominus derui facit castrum Vygeronis, prout intellexerunt. Requirentes consilium.

Et qualiter domini de capitulo responderunt quod domini mei sindici facerent unum rotulum in quo describi faciant omnia que voluerint, deinde illum, die crastina, hora octava, in capitulo afferant; deinde deliberabitur super contentis in eodem. Quid faciendum?

Item et qualiter fuit advisum quod esset bonum quod mictatur una ambassiata, parte capituli et civitatis, Bernensibus, si bonum videatur.

Concluditur dari rotulum et folium in quo describitur imposicio dominis de capitulo.

Veneris xiij januarii, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthionis, Sancto Michaele, Vaudo; — Versonex, Gavit, Bona, Lestelley, Nanto, Carrerii, Cavuycini, Cortagiez, P. Magnini, Valleti, L. Magnini.

Concluditur fieri crida quod quisque sit munitus ad faciendum die dominico proxima suum monstrum.

Et in quo consilio supervenit nobilis et potens dominus Confignionis qui proposuit qualiter ad sui pervenit noticiam quod communitas presentis civitatis se dubitat quod habeat guerram cum Bernensibus, quod absit, et qualiter ipse habet in presenti civitate unam domum. Item ulterius qualiter ipse et sui predecessores semper fuerunt boni amici et vicini communitatis ipsius. Quapropter ipse venit et se obtulit de persona et bonis suis dicte communitati subvenire, velle ultro et benivole, et tociens quociens erit mandatus, cum armis huc venire pro deffendendo totam communitatem juxta suum posse. Qua oblacione facta, dicti domini mei sindici ac omnes consilliarii prenominati ipsum dominum Confignionis regraciaverunt. Item ulterius advisavit ipse dominus Confignionis quod, suo videre, domini de capitulo debent subvenire etc.

(165) *Sabbacti decima quarta januarii,* in Domo Communi, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Versonex, Emerici, Bona, Gavit, Ravinelli, Carrerii, Cavuycini, P. Magnini, Lestelley, Dorires, Miquent, Nanto.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et in quo fuit conclusum quod fiat hodie una crida quod unusquisque sit presto die crastina se monstrando coram domino nostro et in bona forma, videlicet bene armati.

Item quod domini mei sindici nunc in promptu vadant loqui domino nostro, se offerentes adimplere ejus precepta; et quod advideant de imposicione quod faciat responsionem, semper monstrando quod male contenti quod habeat locum ipsa imposicio; et quod se excusant, narrando qualiter jam pulveres habent saltem quatuor barilias, et aliis diligenciis, etc.

Item qualiter habuerunt dis(ci)plicenciam eo quod viderunt nocte quod ipse dominus noster eisdem non locutus fuit uti alias, etc.

Item Jacobus Nergaz, prior confratrie Heucaristie Christi, exposuit qualiter filia Monthouz se maritavit et constituit in dotem xxx florenos penes R. Macri existentes, uti constat instrumento quod exhibuit, qui floreni videntur esse ipsius confratrie; actamen, dum Monthouz et ejus uxor, parentes dicte filie, donaverunt bona sua confratrie predicte, ipsi reservaverunt pratum venditum pro quo debentur ipsi xxx floreni, uti per r. Glaudium de Peymes, Dy. Bidelli, Dionysium Losserii et plurium aliorum. Idcirco fuit sibi impertita licencia quod ipsos xxx florenos liberet dicte filie.

Eadem die, hora vesperorum, in ordinario consilio, in quo n. Orsires, Monthyon, Sancto Michaele, Vaudo; — Versonex, Lestelley, Bona, Ravinelli, P. Magnini, Nanto, Dorires, Braseti, Liga.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium presentis civitatis tenentes, in quo (166) fuit conclusum quod unusquisque se preparet quod die crastina se remo[n]stret bene fulcitus generibus armorum et quod ita fiat crida.

Item, omnibus prenominatis in consilio presenti existentibus, presentibus et audientibus, qualiter dominus Petrus de Viriaco misit suum sacerdotem qui requisiit dominos meos sindicos ac omnes ibidem presentes quod veniant loqui eidem Petro de Viriaco.

Deinde conclusum quod domini mei sindici et Humbertus de Bona ac secretarius vadant ad audiendum que vult dicere, deinde refferant in consilio.

Lune xvj januarii, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Versonex, Bona, Gavit, Peccolat, Ravinelli, Carrerii, P. Magnini, Braseti, Cavuycini, Liga, Cortagiez, Miquent, Valleti, Dorires.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civi-

tatis tenentes, in quo fuit expositum primo qualiter domina nostra ducissa missit unam licteram missivam, que fuit lecta [1].

Item qualiter n. et potens dominus Coudree misit qualiter intellexit que incurrunt presencialiter in hac civitate et qualiter habet bona, et qualiter est burgensis et est intencionis totis viribus succurrere, prout fuerit sibi preceptum, et ita se obtulit.

Item qualiter Johannes Rivil et Johannes Bueti exposuerunt qualiter illi de Thonono sunt obligati de mictendo in casu neccessitatis certos balesterios, offerentes illos mictere quia sunt presti.

Item qualiter die herina, in prato Fratrum Palacii, dominus prothonotarius de Vallispergia precepit, nomine domini nostri episcopi, sindicis quod omnes hobediant domino Montiscanuti, quia est capitaneus constitutus presentis civitatis constitutus. Quid fiendum, actento quod ultra assuetum, cum civitas debeat eligere ex suis civibus?

Item qualiter dominus Petrus de Viriaco heri, dum ipsi domini mei sindici fuerunt heri ad ipsum de mandato consilii ordinarii, eisdem sindicis dixit qualiter ipse intellexit quod dominus noster episcopus eisdem sindicis improperavit quamplurima, dicendo quod illi de capitulo sibi dixerant illa de quibus ipse ipsos improperabat. Que minime dixerunt ipsi de capitulo et si opus sit ipse redicet ipsa verba coram eodem domino nostro.

Item qualiter dominus noster dedit in mandatis quod fiant in promptu fortifficaciones neccessarias circomcirca civitatem.

(167) Item equidem quod fortifficaciones Sancti Gervasii adimpleantur, omnibus omissis.

Sed nichil conclusum super premissis, eo quod pauci consilliarii in numero.

Martis xvij januarii, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Gavit, Bona, Lestelley, Liga, Ravinelli, Cavuycini, Carrerii, Nanto, P. Magnini, Cortagiez, Dorires, Valleti, Miquent, L. Magnini, Regis, Braseti.

[1] Sur les armements que faisait alors la duchesse Yolande de Savoie pour la protection de ses états contre les Bernois, voir les extraits des comptes des trésoriers généraux de Savoie, publiés par Ménabréa, ouvr. cité, p. 133 et suiv.; Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 129.

Quiquidem sindici et consilliarii consillium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo mandatur intrari Girardo de Fogia quantitatem in rotulo ascendentem ad lx florenos, x grossos, ix denarios.

Mandatur equidem sibi intrari xxij florenos quos exbursavit pro vereriis.

Deinde fuerunt exposita que jam heri fuerunt in consilio expositum et super quibus nundum extitit conclusum.

Et subsequenter conclusum ut sequitur.

Et primo quod capitaneus visitet arnesios et quod secum petat quos voluerit hodie per totam diem, et quod compellat male armatos ad se armandum.

Item quod Ravinelli et Petrus Magnini visitent menia civitatis et signent loca in quibus erit neccessarium quod fiant multrerie, deinde receptor faciat fieri.

Item quod de verbis illatis per dominum nostrum episcopum sindicis, de quibus supra, deinceps non fiat mencio, actento quod dominus est contentus.

Item quod fortifficaciones Sancti Gervasii adimpleantur ut infra, videlicet quod omnia fossalia dividantur in octo partes, de quibus octo illi de Sancto Gervasio faciant unam, illi de Jussiaco unam, illi de Pyneto unam, illi de Tyez unam, illi de capitulo unam, ac alii eclesiastici unam, et communitas duas partes, deinde ille due partes dividantur in decimarios.

Super facto capitanei, concluditur convocare majus consilium in quo convocentur doctores.

Die dominico xxij^a januarii, in Domo Communi et consilio ordinario, in quo n. Orsires, Sancto Michaele, Vaudo; — (168) Bona, Lestelley, Liga, P. Magnini, R. Privissini, R. Arnaudi, B. Dorires, Valleti, H. Grossi, Ja. Paqueti, Chambaz, Jo. Carrerii, Nanto, Ay. Fuserii, G. Farquet, A. Fabri, P. de Nanto seniore, Mermilliodi, Lochet.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium tenentes, in quo fuit expositum qualiter ex parte domini nostri episcopi fuit appertum quod esset bonum quod fossalia Sancti Gervasii adimpleantur, videlicet per decimarios, ita et taliter quod unusquisque ipsorum decimariorum habeat suam quotam.

Deinde conclusum quod commictitur Glaudio Ravinelli, B. Dorires, Jo. Carrerii et R. Privissini quod visitent locum, deinde quod dividant fossalia et decimariis expediant quotam ipsorum, prout eis videbitur.

Martis xxiiij^ta januarii, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Bona, Gavit, Ravinelli, Carrerii, Nanto, Cavuycini, Ravinelli, Liga, P. Magnini, Cortagiez, Dorires, Valleti, Miquent, L. Magnini, Braseti, Peccolat.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium tenentes, in quo nobilis castellanus presentavit in servientem presentis civitatis Anthonium Langini qui juravit.

Item fuit expositum qualiter fuit conclusum quod communitas faciat suis sumptibus centum teysias in fossalibus Sancti Gervasii, incipiendo in eclesia Sancti Gervasii etc.; quid fiendum? Et quod precepit quod equentur decimarii.

Item qualiter frater Petrus Chambon convenit predicare in Cadragesima futura, licet se ad presens excuset. Quid fiendum?

Deinde conclusum ut sequitur :

Et primo quoad fratrem Petrum Ganbon, quod domini mei sindici vadant ad fratres Sancti Francisci et exponant qualiter sermonem in Cadragesima futura, quod provideant ydonee, nominando fratrem Jambon.

Item quoad fossalia Sancti Gervasii, quod fiat equancia per dominos meos sindicos post prandium.

(169) Item quod rescribatur Fratri Jamboni quod veniat modo dictando per Monthyon.

Eadem die, in Sancto Gervasio, videlicet in domo Mogin, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Sancto Michaele, Monthion, Vaudo; — Dorires, Carrerii, R. Privissini, F. de Vaudo.

Quiquidem sindici remonstrando exposuerunt n. de Expagniaco, capitaneo, et Livron, capitaneo, presentibus, qualiter civitas est onerata et qualiter non tenetur facere tanta, ac tamen, quia vident neccessitatem, se offerunt facere que poterunt cum protestacione quod non ponatur in.....

Sabbacti xxvij [*xxviij*] *mensis januarii,* in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Liga, Lestelley, Carrerii, Dorires, Bona, Nanto.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium tenentes, in quo fuit expositum per Guillelmum de Quarro qualiter nocte futura dominus noster misit ipsum quesitum, et ivit; et qualiter sibi precepit quod sibi apportet rotulos in quibus describuntur qualiter sunt taxati omnes de presenti civitate quoad fortifficacionem fossalium Sancti Gervasii. Quid fiendum?

Concluditur quod portet ipse de Quarro ipsos rotulos eidem domino nostro, et festinanter.

Lune xxix [*xxx*] *januarii,* in Domo Communi et ordinario consilio, in quo n. Orsires, Sancto Michaele, Vaudo; — Gavit, Bona, Lestelley, Dorires, Miquent, L. Magnini, Cavuycini, Carrerii, Nanto, Liga.

(170) Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in [quo] fuit expositum qualiter dominus noster episcopus misit quesitum dominos meos sindicos, deinde eis precepit, primo quod unusquisque ex habitatoribus presentis civitatis sint muniti victualibus et fulciti[1].

Item quod habeantur pulveres colovrinarum usque ad quantitatem centum quintalium.

Item quod artilliaria reparetur et assituetur.

Item quod die dominico proxime futura unusquisque se monstret qualiter sunt armati.

[1] Des négociations conduites, à Berne, par Philippe, sire de Bresse, et François, comte de Gruyère et maréchal de Savoie, avaient abouti à un projet de traité entre Berne et la Savoie. Voir, à ce sujet, la lettre de l'évêque Jean-Louis à la duchesse de Savoie, datée de Genève, 19 janvier 1475, et celle de Jean Du Pont à la même, datée de Lausanne, 28 janvier 1475, dans F. de Gingins la Sarra, *Dépêches des ambassadeurs milanais sur les campagnes de Charles-le-Hardi, duc de Bourgogne, de 1474 à 1477,* Paris et Genève, 1858, t. I, p. 9 et 13. L'un des articles de ce projet stipulait que les Bernois recevraient 12,000 florins du Rhin, en dédommagement des outrages subis, à Genève, par Nicolas de Diesbach. Ce traité ne fut pas ratifié par la duchesse de Savoie. Voir H. Witte, *Zur Geschichte der Burgunderkriege...,* dans *Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins,* nouv. série, t. VII, p. 419 et suiv.

Item quod fiat visitacio arnetorum per capitaneum.

Item quod fiat crida quod troctani absentent locum sub pena.

Deinde concluditur quod fiat visitacio per capitaneum hodie victualium et arnesiorum, et sibi impertitur licencia injungendi quod male fulciti se fulciantur.

Quoad cridam, quod fiat.

Quoad pulveres, fiat provisio quod habeantur.

Item quod artillieria reparetur dictamine commissariorum deputatorum.

Item de mo[n]stris fiendis, quod remostretur domino qualiter sunt presencialiter in presenti civitate plures Bernenses et Friburgenses, et si fiat videbunt et erit periculum quia videbunt potestatem; ac tamen, si velit, fiat, et qualiter esset bonum quod tamen fieret per decimarios insolidum.

Item quod artillieria reponatur in turibus et commictatur custodia aliquibus ex civibus.

Martis ultima januarii, in consilio ordinario, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Gavit, Bona, Lestelley, Ravinelli, Cavuycini, Carrerii, Nanto, Liga, P. Magnini, Cortagiez, Dorires, L. Magnini, Braset, Vallet.

Quiquidem sindici et consilliarii consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum de crida facta hodie de hobediendo capitaneis et decimariis.

Mandatur intrari contenta in rotulo, que ascendunt ad xxxix florenos, iij grossos et obolum.

De libertate n. Aymoneti de Versonex, cujus copia fuit exhibita, quid fiendum?

Item qualiter capitanei registrant defficientes et qualiter assignaverunt ad hodie abactos. Quid fiendum?

(171) Mandatur solvi contenta in tachio Aymaro Maliet, videlicet quadraginta sex florenos.

Concluditur quod domini mei sindici vadant loqui domino Ranversi de capitaneis, qualiter non est usitatum quod sint preter illi de civitate et qualiter compellunt.

Item quod die Veneris proxima tradantur rotuli ita quod evocentur centum ex majoribus.

De libertate Versonex nichil, quia cride facte frangunt ipsam libertatem.

Mercuri, prima februarii, in consilio in Domo Communi congregato, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo; — Bona, Gavit, Lestelley, Cavuycini, Carrerii, Nanto, Liga, P. Magnini, Cortagiez, Dorires, L. Magnini, Braset, Vallet, Regis, Jo. Clerici, G. de Crosa, Jo. de Crosa, Guersi, Jo. Malagnodi, G. de Bit, Jo. de Fogia, Ja. Ruphi, Braczardi, Ja. Legras, Dy. Bidelli, Porralis, F. Macri, Roguz, Chynuti, H. Grossi, de Eysello, P. Oboli, G. Borgesii, G. Farqueti, G. Gervasii, Ay. Fuserii, P. Mermodi, H. Bocardi, Bouluz, Putheo, Meystrot, G. Morelli, Montagnerii.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes et representantes.

In quo fuit expositum qualiter denuo venit et appropinquat mutacio sindicorum et qualiter est assuetum die Veneris proxime (172) ventura dare brivetos, adeo quod videantur qui majores habebunt voces, adeo quod dominico proxime futura tucius valeatur providere de futuris sindicis et ydonee.

Et deinde omnes superius nominati juraverunt, super Dei evvangeliis, bonas electiones facere in suis brevetis, in periculo animarum suarum, et brevetos afferre die Veneris futura.

Veneris tercia februarii, in Domo Communi et ordinario consilio, in quo n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — Bona, Gavit, Miquent, Cavuycini, Versonex, Lestelley, H. Emerici, Carrerii, Liga, Brasset, G. de Fogia, Ravinelli, Ste. Peccolat, Carrerii, Dorires, Gavit, G. de Quarro; — P. Bertheti, Ja. de Mara, Perfonte, G. de Crosa, Jo. de Crosa, Jo. de Fogia, Ja. Ruphi, Braczardi, Ja. Legras, Dy. Bidelli, Porralis, F. Macri, Chynuti, Ja. Roguz, Guersi, H. Grossi, de Eysello, P. Oboli, G. Borgesii, Jo. Clerici, G. Farqueti, G. Gervasii, Ay. Fuserii, Jo. Colini, Dy. Bidelli, Mermodi, R. Arnaudi, Ny. de Nanto, (173) Ja. Paqueti, H. Bocardi, Jo. Bouluz, Jo. Roberti, Ja. Barberii, Ste. de Putheo, Meystrot, G. Morelli, Jo. de Putheo, M. Montagnerii, Jo. de Marlio, M. de Liga, Jo. Malagnodi, Jo. Engley, G. Serralion, Jo. Ternerii, A. Fabri.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo || fuit creatus burgensis Johannes de Ray, servitor domini nostri Gebenn. episcopi, gratis. || — *(B.)*

Deinde fuerunt in ipso consilio tradicti briveti per omnes superius nominatos et deinde lecti, sed sors cecidit quoad majores voces in H. de Expagnia, P. Gavit, Lestelley et Jo. de Fogia. Secunda vero electio cecidit super nobiles H. de Bona, Jo. Carrerii, P. Magnini et A. de Peymes.

Deinde fuit appertum qualiter fiunt multe cavillaciones in brevetis, quia fuerunt reperti pro bono et subsequuntur multe cavillaciones, quia sunt in presenti consilio congregati plures quam duodecim qui minime fuerunt vocati. Deinde fuit congregatum consilium ordinarium in uno cadro aule, et in eodem conclusum quod pro hac vice electio habeat locum, sed in futurum quod advidebitur.

Die dominico, quinta mensis februarii, in consilio generali in claustro eclesie Beati Petri Gebenn. ad sonum campane more solito congregato, in quo interfuerunt n. Orsires, Monthion, Sancto Michaele, Vaudo, sindici; — (174) Versonex, H. Emerici, Bona, Liga, G. de Peymes, A. de Peymes, Regis, Carrerii, Cortagiez, Braseti, Valleti, G. de Fogia, Jo. de Fogia, Gavit, consilliarii; — venerabiles domini Andreas de Malvanda vicarius et officialis, P. de Grandivalle judex excessuum, P. de Viriaco canonicus, P. Mermeti procurator fiscalis, et n. et potens dominus Montiscanuti; — necnon et Jo. Pollyuti, Ja. Ruphi, G. de Crosa, Jo. de Crosa, Ste. de Putheo, H. Grossi, G. Burgat, Valterius Charavel, Ja. Roguz, P. Guersi, Ja. Paqueti, F. Macri, P. Lamberti, R. Arnaudi, B. Chivanderii, P. Vignoli, Jo. Bertheti, G. Rogeti, M. de Liga, Ste. de Furno, G. de Fogia, Pela, Jo. de Gex, Jo. de Putheo, Girardus de Bit, Jo. Deriacti, M. Danelli, B. de Sancto Michaele, Jo. Clerici, G. Farqueti, Rossires, P. de Nanto, Ja. de Villario, G. Locheti, Prepositi, P. Ciclat, Porralis, Jo. Meystrot, H. Beatrisii, (175) H. Lugoz, H. Roget, Guillelmus Roget, F. Grossi et plures in magno numero michi ignoti, qui vota sua protulerunt.

Quiquidem omnes superius nominati consilium generale presentis civitatis tenentes, facientes et representantes, in quo fuit expositum, ut moris est, videlicet qualiter simili die qua est assuetum, sindicos

novos, pro regendo et gubernando presentem civitatem isto anno futuro et negocia ipsius civitatis adimplendo, creare et constitu[e]re in generali consilio ibidem congregato, et qualiter ipsi sindici et consilium ordinarium ac plures alii ibidem vocati die Veneris proxime lapsa fecerunt brevetos. Sed sors cecidit pro majori electione in nobiles H. Emerici, Ay. de Lestelley, Petrum Gavit et Jo. de Fogia.

Item et qualiter sors cecidit pro secunda et minori electione in nobiles H. de Bona, Jo. Carrerii, P. Magnini et A. de Peymes.

Qua de re prenominati domini mei sindici dictas duas electiones, videlicet primam et secundam, consilio generali ibidem congregato presentaverunt, adeo quod si prima videatur esse bona eidem consilio quod habeat locum, si vero secunda eidem consilio plus placeat quod eciam habeat locum. Verum et si dictum consilium generale velit providere de aliis sindicis, pro futuro anno, quam denominatis in dictis prima et secunda electionibus, quod provideat, ut moris est.

Quibus sic actis, nonnulli et quamplures sedentes in primo stagno et in secundo stagno equidem ratam habuerunt primam electionem, et nonnulli alii equidem sedentes in secundo stagno, uti Porralis, et alii pedes stantes in duobus lateribus dicti consilii congregati et ante equidem una voce ratam habuerunt ipsam primam electionem, hoc adicto quod loco Gavit poneretur H. de Bona, et nonnulli loco Gavit P. Magnini, et ita clamaverunt alta et intelligibili voce.

Deinde se excusavit Henricus de Expagnia, proponendo quod nullomodo acceptaret sindicatum, quia alibi erat occupatus.

Item equidem fuit excusatus in ipso consilio n. Aymo de Lestelley, organo n. Jo. de Orseriis.

Quibus excusacionibus factis, major pars ibidem congregatorum una voce clamaverunt quod loco dictorum H. de Expagnia et Aymonis de Lestelley ponerentur H. de Bona et P. Magnini.

(176) Deinde nonnulli nominaverunt n. Nycolinum de Liga, pauci tamen in numero, et nonnulli Jo. Carrerii, equidem pauci in numero, populo semper eo nonobstante clamante de Bona et Magnini.

Nichilominus dicti domini mei sindici se retraxerunt versus dominos ibidem presentes et adinvicem locutiffuerunt sub voce semissa. Et tunc, absque alia deliberacione dicti consilii generalis, licet major pars semper clamaret alta voce quod nullo modo volebant habere Pe-

trum Gavit, sed quod sui loco poneretur de Bona, seu P. Magnini qui multas voces habebat ad premissa, licet tamen non tantas sicut de Bona, venerabilis dominus procurator fiscalis adduxit Jo. de Fogia qui juravit in forma.

Deinde adduxit de Liga qui equidem, licet non fuerit nominatus nisi per paucos, juravit in forma, ac tamen nullus de presentibus minime contradixit; deinde adduxit dictum Gavit, qui equidem juravit, licet major pars presencium clamaret non, sed de Bona, loco sui; et deinde nonnulli adduxerunt dictum de Bona qui sine contradictione populi equidem juravit.

Quibus sic actis, ego Guillelmus de Quarro, secretarius pro nunc dicti consilii, alta voce me excusando in presencia omnium superius nominatorum et mencionatorum, dixi quod ego nescirem nec debeo recipere de premissis instrumentum nec recipio, cum illi qui debent constituere sindicos non consenciant sed clament ut supra, et pecii ipsos omnes ibidem congregatos in testes.

Martis septima mensis februarii, in consilio ordinario in Domo Communi congregato, in quo interfuerunt n. Bona, Gavit et Liga; — Versonex, Orsires, H. Emerici, Ravinelli, Cavuycini, R. Privissini, P. Magnini, Lestelley, Cortagiez, P. Oboli, Braseti, A. Achardi, Vallet.

(177) Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit conclusum quod fiat locus actus ad ludendum de balista et de colovrina in plathea retro scolam existente, tendente ad turrim, et commictitur n. Versonex, P. Braseti, Valleti et Jacobo Robini quod edifficari faciant ipsum locum ac alia necessaria.

Item fuit in ipso consilio conclusum quod vigiles presentis civitatis non tenentur aliqualiter auxilium prebere in fortifficaciones fossalium nec alibi, cum sint officiarii noturni et actento quod opportet quod secantur sindicos et quod intersint ad obviandum scandellis futuris.

Mandatur dari vigilibus pro eorum carnisprevio duodecim solidos semel.

Item fuit in ipso consilio conclusum quod forenses et eclesiastici privati habentes domus in presenti civitate compellantur ad contribuendum auxilium in dictis fortifficacionibus fiendis in dictis fossalibus, ita

et taliter quod postquam habebunt duas domus quod non compellantur nisi in uno loco, insequendo ordinacionem per dominum nostrum factam, ac tamen exequatur ipsa conclusio per dominum nostrum cui exponatur quod fiat exequucio.

Mercuri octava februarii, in eclesia Beati Petri supra baptitorium, in consilio episcopali, in quo venerabiles dominus Andreas de Malvanda vicarius, dominus P. de Viriaco, dominus Ja. Fuserii, dominus procurator fiscalis; — n. Gavit, Bona et Liga; — Orsires, Versonex, Oboli, Braseti, Cavuycini.

Quiquidem sindici exposuerunt in ipso episcopali consilio qualiter forenses, habentes domus in presenti civitate, debent subvenire in fortifficacione fossalium uti et alii cives et burgenses, actento quod habent domus; item et equidem eclesiastici qui habent domus in civitate paternas et patrimoniales, prout eis videtur. Sibi provideri.

Et deinde conclusum quod omnes habentes domus in ipsa civitate, forenses ac eciam eclesiastici habentes domus proprias, debent subvenire juxta taxam valoris domorum fiendam per dominos vicarium, Petrum de Viriaco, sindicos, Versonex ac alios evocandos, et quod compellantur etc.

(178) *Veneris decima februarii,* in Domo Communi, in consilio ordinario, in quo n. Bona, Gavit, Fogia; — Orsires, Ravinelli, G. de Vaudo, Oboli, G. Jaqueti, F. de Vaudo.

Quiquidem omnes superius nominati consilium ordinarium presentis civitatis tenentes, in quo fuit expositum, parte mercatorum de Norembert numero octo, qualiter Alemani, licet non de Ligis, petunt an sint securi in hac civitate vel ne, quia providerent. Responsum haberi.

Deinde eis responsum quod hora tercia post meridiem veniant ad consilium episcopale, et domini mei sindici assistent secum et credunt quod eis fiet per dictum consilium responsio et provisio gratuita.

Deinde conclusum quod domini mei sindici vadant super fossalibus ad obviandum quod non graventur decimarii etc.

Die Martis xiiij mensis februarii, existentibus subnominatis in Domo Communi.

Primo quatuor sindicis, Jo. de Orseriis, M. Montionis, G. de Vaudo, P. de Veytey, Ay. Versonex, Ay. de Lestelley, G. Ravinelli, Jo. Carrerii, R. Privissini, Ste. Peccollat, P. Magnini, A. Achardi, P. Cortagerii, H. Vallet, P. Braseti, G. Cavucini, A. de Sancto Michaele, G. de Fogia receptore.

De operibus factis per archerios nonnullis civibus et incolis hujus insignis civitatis Gebenn., prout ibi narratum extitit, concluditur quod domini sindici obtineant provisionem neccessariam erga dominos venerabilis consilii illustris et reverendi domini nostri Gebenn. episcopi.

VOL. VII.

(1) Hec sunt nomina et cognomina dominorum sindicorum et consiliariorum eorumdem de hujusmodi anno millesimo iiij^{c} lxx quinto.

Primo nobiles Humbertus de Bona, Petrus Gavit, Johannes de Fogia et Nycolinus de Liga, sindici; — consules : Ay. Versonex, Jo. de Orseriis, M. Montionis, Anthonius de Sancto Michaele, Girardus de Vaudo, Amedeus de Peymex, Henricus de Expagnia, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, P. Magnini, Reymundus Privissini, Jo. Carrerii, Anthonius Achardi, Hugonetus Valeti, P. Cortagier, Bezansonus Dorerii, P. Oboli, P. Braseti, G. Carro[1].

(4) *Die Martis xxj februarii,* fuerunt asistentes in consilio subnominati.

Humbertus de Bona, Petrus Gavit, Jo. de Fogia, Nycolinus de Liga, sindici; — consules : Jo. Orserres, M. Montionis, Girardus de Vaudo, Ay. Versonex, Petrus Magnini, Jo. Carrerii, P. Oboli, Reymundus Privissini, P. Cortagerii, G. de Carro, G. Fogia receptor.

In quo consilio propositum extitit, parte dominorum sindicorum, quod dominus noster episcopus volebat quod dicti sindici dirui faciant quandam domum nocivam ad fossalia fieri incepta in Sancto Gervasio, et hoc sumptibus communitatis et in prejudicium illius cui est dicta domus, quod videtur fieri non debere per modum petitum.

Item parte Stephani Pecolat fuit traditus rotulus continens magnam summam expensarum per eum factarum tempore quo ipse fuit capitaneus civitatis[2], super quo petit sibi provideri.

Item eciam Guillelmus de Caro rotulum tradidit super certis scripturis per eum factis ad opus communitatis, petendo eciam sibi provideri.

[1] Les folios 2 et 3 du registre sont restés blancs.
[2] Voir ci-dessus, p. 307 (14 septembre 1474).

Item venerunt duo burgenses, conquerentes de mulieribus inhonestis que sunt in eorum carreria turris Buelli.

Concluditur primo quod domini sindici respondeant reverendo domino nostro episcopo, se et communitatem excusando, quod ipsi non possunt neque debent dirrui facere dictam domum, sed evocari debet ille cui est ipsa domus ut ipsam diruat seu reverendus dominus noster episcopus, nomine suo proprio, dirrui faciat.

Super vero rotulo Stephani Pecolat ordinatur quod sibi loquatur et demostretur multitudo expensarum petitarum, antequam ejus fidejussores compellantur.

Rotulus vero Guillelmi de Caro commictitur Montionis, Lestelley, vocato cum ipsis G. de Fogia, receptore.

Ibidem ordinatur fieri mandatum Rignerio Berchaudi, appothecario, de xx florenis, j grosso et vij denariis, ad causam doni dati domino bastardo Burgondie[1]. — *(Fiat mandatum. Levatum est.)*

Datur itaque potestas nobili Petro Magnini de expellendo dictas mulieres inhonestas a dicta carreria et consorcio honestarum mulierum.

Ibidem Girardus de Fogia juravit fideliter et probe exercere officium receptorie civitatis pro anno presenti et proxime futuro.

(5) *Jovis xxiij februarii,* ante prandium, fuit tentum consilium super materiis subscriptis pertractandis.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Lingot, sindici; — consules : Jo. Orserres, Montionis, Lestelley, P. Oboli, P. Magnini, G. Carro.

Primo quod nobiles capitanei fossalium Sancti Gervasii petunt fieri per sindicos ea que secuntur, videlicet quod domus que sunt ordinate per reverendum dominum nostrum episcopum dirrui, taxentur et deinde per sindicos dirruantur, de mandato prelibati reverendi domini nostri episcopi, deinde quod taxate extiterint per communitatem solvatur.

Item quod ex parte civitatis eligantur duo probi viri, qui semel aut bis in die sint et esse debeant cum capitaneis super loco fossalium, ad solicitandum laborantes.

[1] Antoine, dit le Grand bâtard de Bourgogne, 1421-1504, était fils du duc Philippe-le-Bon. Chargé par le duc Charles, son frère, de se rendre dans le royaume de Naples pour y recruter de nouvelles troupes, il passa à Besançon dans le courant de février et arriva à Milan le 13 mars.

Item quod eisdem emantur pale que tradantur operariis et que serventur per aliquem deputandum.

Item fuit loquutum de rotulo Stephani Pecolat et conclusum quod sindici per aliquem sibi notifficare faciant quod ipse nimia petit et quod ipsi non sunt intencionis talia pati, nec quod ipse de cetero serviat in dicto officio donec habita alia deliberacione.

Super retro propositis, habitis omnium votis, concluserunt quod communitas valde est jam oppressa, igitur quod non consenciatur in premissis petitis et fiat excusacio quod communitas non posset tanta onera supportare.

Et tam de et super omnibus supra proxime dictis, quam aliis propositis, fuit conclusum quod hodie, post prandium, congregari debeat consilium de L^ta^ cum consilio ordinario, ad appunctuandum super premissis.

Eadem die Jovis, post prandium, fuit tentum super premissis supra narratis consilium in quo fuerunt subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — consules : Jo. Orserres, Montionis, Lestelley, P. Oboli, P. Magnini, P. Cortagerii, Reymundus Privissini, G. Caro, G. de Peymex; — (6) Jacobus Legras, Jo. de Crosa, Ja. Ruffi, Roletus Arnaudi, Ja. Paqueti, Franciscus Macri, Glaudius de Castrorubeo dorerius, magister Anse dorerius, G. Boverii, P. Exerton, Franciscus Perrodi, Angellinus de Vers, Perretus Chenuti, P. Mermodi, Jo. Pecollat, Clasquinus de Castro, de consilio L^ta^.

Coram quibus fuerunt et extiterunt exposite materie dirrucionis domorum dirrui petitarum necnon eciam taxari et solvi ipsarum valorem per communitatem, prout de mane jam fuerat declaratum.

Item et eciam rotulus Stephani Pecollat, capitanei, qui nimis videtur petere.

Item et similiter de palis solvi petitis.

Super quibus premissis, maxime super dirrucione taxacioneque et solucione domorum supra mencionatarum fieri petitis, ordinatur quod ipsi non sunt intencionis consentire, neque consentire volunt, sed fiat excusacio et detur repulsio ne fiat reverendo domino nostro episcopo.

Et quia non sunt omnes consilliarii qui debent esse, actento quod de magna re agitur, concluditur quod pro majori deliberacione super

premissis fienda iterum cras, ante prandium, evocetur consilium ordinarium cum consilio de L^ta.

Veneris xxiiij februarii, in Domo Communi ville, pro negociis civitatis fuerunt congregati subnominati.

Primo sindici : H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, de Liga; — domini doctores : B. de Sancto Martino, Jo. de Saxo, Jo. Magnini; — Jo. de Orseriis, A. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, P. Oboli, G. Ravenelli, Jo. Carerii, Lestelley, Henricus de Expagnia, P. Magnini, R. Privissini, P. Cortagerii, Hugonetus Valet, G. Caro; — L^ta : Roletus Arnaudi, Jaquetus Legras, Ansermetus de Platea, Jo. Mastrocti, Ja. Ruffi, (7) Jo. de Gex, Jo. de Boulo, Jacobus Paqueti, Jaquemetus Roguz, Jacobus Nergaz, Michael Jacodi, Jo. de Marlio, Girardus Debit, Jo. Malagniodi, Ludovicus Michallier, Valterius Charavex, Hugonetus Malieti, P. Vignioli, Clasquinus de Castro, Stephanus de Puteo, Jo. Maliardi, Michael Lingot, Glaudius de Castro dorerius, Glaudius Falqueti, Franciscus Macri, Jo. Brasardi, Anse dorerius, A. Fabri, Jo. Polerii, Girardinus de Leyderier, Henricus Biaujohan, Martinus Bellot.

Coram quibus retro nominatis, satis ample extitit proposita materia jam heri in minori numero proposita, videlicet quod reverendus dominus noster episcopus dixit, ore suo proprio, Nycolino Lingocti, consindico, quod ipsi sindici facerent dirruere quandam domum et quasdam grangias situatas retro ecclesiam Sancti Gervasii, que impediunt ad fossalia facienda, et hoc sumptibus communitatis, et quod eciam in crastinum nobiles capitanei iterum dixerunt dictis sindicis quod ipsi sindici facerent dirruere dictas domos et grangias, sumptibus ut supra communitatis, et eciam quod taxentur et illud quod taxatum fuerit communitas solvere debeat.

Item de rotulo Stephani Pecolacti tradicto, de sibi solvi petendo magnam argenti quantitatem ex eo quod ipse fuit deputatus capitaneus modico tempore.

Super quibus premissis omnibus concluditur, insequendo et inherendo conclusioni jam heri super premissis facte, quod sindici, nomine tocius communitatis, remonstrare debeant humilime prelibato domino nostro episcopo onera sue civitatis, et quod, pro obediendo sibi et mandatis suis et sibi complacendo, civitas fuit contenta de faciendo centum

teysias fossalium, sed quia dicta communitas satis onerata est de ipsis centum teysiis fossalium, igitur quod nullo modo ipsa communitas non posset facere ea que fuerunt fieri petita, et quod cives et burgenses non sunt intencionis talia faciendi, quinymo observandi transacionem factam inter burgum Sancti Gervasii et dictam civitatem Gebenn.[1] et, in casu contradicionis, quod ipsi petant se remicti coram consilio suo.

Super rotulo Stephani Pecollat, capitanei, concluditur quod de ejus pena tantummodo ad ratam temporis sui servicii fiat sibi satisfacio, ad ordinacionem consilii ordinarii, et quod ipse de cetero se non intromictat de exercendo dictum officium, et quod compellantur ejus fidejussores ad solvendum firmam introgii vini.

(8) *Martis ultima februarii,* fuerunt in consilio, in Domo Communi ville, congregati subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, Jo. Fogia, sindici; — Jo. Orserres, Montionis, G. de Vaudo, A. de Sancto Michaele, Lestelley, P. Magnini, P. Oboli, Jo. Carrerii, R. Privissini, P. Cortagerii, H. Valeti, Carro.

Supervenerunt Mermetus Montagnierii, notarius, et Ludovicus Brant, qui se conqueruntur de Johanne Monteysel, desinerio, quem dicunt habere quamplurima foca in ejus desineria quam habeat dictus Ludovicus Brant, et quod ipsi habent plus ad faciendum quam dictus Monteysel. Ideo petunt provideri et se submiserunt ordinacioni sindicorum et consilii. Et fuit ordinatum quod dictus Monteysel tradere debeat et alium desinerium juvare tribus jornatis in qualibet septimana.

Et eciam domini sindici retulerunt quod ipsi accesserunt ad reverendum dominum nostrum episcopum, cui humiliter dixerunt ordinacionem factam per consilium civitatis ordinarium et de L^ta. Nichilominus prelibatus reverendus dominus noster de dicta responsione non fuit

[1] Ci-dessus, p. 327, 332, 336-338 et *passim*. En voyant, un peu plus loin, l'acte dont il est parlé ici soumis à l'examen de deux juristes, on peut se demander s'il ne s'agit pas, plutôt que d'une transaction récente, d'un accord intervenu le 20 janvier 1445, entre les représentants de la ville et ceux de Saint-Gervais, au sujet de la fortification de ce bourg. Archives de Genève, *Pièces historiques,* n° 565, et *Manuscrits historiques,* n° 55, f^os 50-56. Voir J.-B.-G. Galiffe, *Genève historique et archéologique,* Genève, 1869, p. 76 et suiv.

contentus, quinymo dixit quod volebat omnino quod fieret dirucio domorum taxacioque et solucio earumdem, et alias res faciet communitas.

Ideo petunt quid ulterius sit fiendum et utrum sit neccesse alegare transaccionem et petere illam observari vel ne.

Ordinatur quod dicta transaccio consuletur per duos dominos doctores, et fiat illud quod erit consultum super dicta transaccione per dominos doctores.

Fiat mandatum de remocione terre remota in Molari, Thome de Bernecio, de sex florenis. — *(Levatum est.)*

Fiat informacio de Petro Monitier, alias Pechodi, qui levat pisces nomine reverendi domini nostri episcopi et postea revendit etc.

Et ordinatur cassari de officio vigillum Ludovicus Brant et dictus Petrus Pechodi.

(9) *Jovis secunda marcii,* fuit tentum consilium super relaxacione sindicorum arrestatorum in domo episcopali, qui fuerunt asistentes :

Jo. Orserres, Montionis, Versonex, H. de Expagnia, G. Ravenelli, R. Privissini, G. de Peymex, H. Valeti, A. Achardi, P. Cortagerii, Ste. Achardi, P. Arlo, Jo. Clerici, P. Ciclat, Jo. Mestrocti, G. de Castro dorerius, Jo. Rubini, G. Vallet, Anse dorerius, Ja. Legras, Martinus Vuaramberti, Roletus Arnaudi, P. Guersi, Ja. Nergaz, Peronetus Emonini, G. Jaqueti, Jo. de Boulo, P. Porralis, Ja. Ruffi, Hu. Malieti, Valterius Charavex, P. Chapellerii, P. Gacheti, P. Pollerii, P. Balli, Clasquinus pelliparius, G. Charbonerii, Girardinus pelliparius.

Et fuit ordinatum, post plures actercaciones, quod numerus personagiorum non est sufficiens ad providendum super premissis; igitur quod cras mane fiat congregacio de toto consilio ordinario, et postea de dominis doctoribus et aliis de L^ta^, in magno numero.

Et nichilominus quod, hoc pendente, procuretur relaxacio dictorum sindicorum.

(10) *Veneris iij^a^ marcii,* fuit tentum consilium super infrascriptis, in quo fuerunt :

H. de Bona, P. Gavit, Nycolinus Lingot, consindici; — Jo. Orserres, Montionis, H. de Expagnia, Ste. Achardi, G. Ravenelli, R. Privissini, A. Achardi, P. Cortagerii, H. Valeti, B. Dorerii, P. Magnini; — Roletus Arnaudi, Martinus Vuaramberti, Ste. Pecollat, Humbertus Perrodi, P. Porralis, Ja. Nergaz, F. Perrodi, Ste. de Puteo, Perretus Chenuti, Jo. de Marlio, G. Vallet, Amedeus Torens, Ja. Ruffi, Jo. Mestrocti, Nycodus de Nanto, Jaquemetus Roguz, Valterius Charavex, B. Dorerii, Jo. Engley, P. Mermodi, Jo. Pollerii, G. Boverii, Jo. de Boulo, Glaudius Jaqueti, Jo. Malagniodi macellarius, Girardinus pelliparius, Jo. Albi.

Coram quibus iterum fuit exposita materia dirrucionis domorum jam per reverendum dominum nostrum episcopum dirrui precepte, et eciam quod sindici, occasione quod ipsi non processerunt ad dirrucionem dictarum domorum, fuerunt arrestati in domo episcopali.

Eciam ibidem Stephanus Pecollat, capitaneus, dixit quod ipse tradidit quemdam rotulum onerum et expensarum per ipsum in exercicio suo capitanei officio per ipsum subportatarum, super quo petit responderi et satisfacionem sibi fieri.

(11) Concluditur primo quod super dirrucione domorum taxacioneque et solucione ipsarum domorum dirrui taxarique et solvi petitarum, insequendo alias ordinaciones jam super hujusmodi materia factas, quod iterum sindici, nomine tocius communitatis, se et dictam communitatem de premissis oneribus excusare debeant, et quod ipsa communitas non est intencionis talia faciendi nisi fuerit cognitum per venerabile consilium dicti reverendi domini nostri episcopi.

Et si non sufficiant verba, quod detur supplicacio super premissis prelibato domino nostro episcopo, explicando sibi onera dicte civitatis, et in qua supplicacione petatur cognicionem premissorum remicti dicto venerabili consilio suo.

Fuit eciam ordinatum quod desinerii se informare debeant utrum sint aliqui qui recesserent a civitate metu fossalia Sancti Gervasii faciendi, et sindicis notifficare debeant.

Eciam super rotulo Ste. Pecollat, fuit sibi dictum et notifficatum quod donec sciatur quantum de prestitis sibi debeatur, quod de cetero non exerceat dictum officium capitaneatus.

Martis septima marcii, fuit tentum consilium fueruntque presentes :

Nobiles H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, Jo. Fogia, sindici; — A. de Peymex, Ay. Lestelley, P. Magnini, R. Privissini, P. Braseti, G. Carro, P. Cortagier.

Coram quibus locutum fuit de quadam inhibicione obtenta per egregium Glaudium Viennesii, ne compellatur ad operandum in fossalibus.

Et eciam de rotulo Stephani Pecollat.

Et tamen nichil fuit super premissis conclusum, propter absenciam consiliariorum.

(12) *Veneris x^a marcii,* in Domo ville, fuit tentum consilium fueruntque presentes :

Nobiles H. de Bona, P. Gavit et Ny. Lingot, consindici ; — Jo. Orserres, Ay. Versonex, A. de Peymex, Lestelley, P. Magnini, Braseti, Carro, Valeti.

Coram quibus iterum fuit in deliberacione locutum de rotulo Stephani Pecollat, capitanei, videlicet quod ipse super dicto ejus rotulo deberet stare ordinacioni consilii ordinarii quia domini sindici faciunt partem pro communitate.

Super quibus premissis fuit ordinatum quod dictus Stephanus debeat stare ordinacioni consilii ordinarii et quod ejus monicio p[r]orogetur per octo dies.

(Creacio burgensis.) — Fuitque ibidem creatus burgensis Franciscus Rolerii, parrochie Ville in Michallia, commorans in Corrateria, faber, pro et mediantibus septem florenis et una colovrina. — *(Nota !)*

Et post accesserunt sindici ad fossalia Sancti Gervasii, et ibidem, presentibus nobili Jacobo de Expagnia capitaneo[1], Versonex, Orserres, Lestelley, Braseti, Ravenelli, Carro, cum sindicis, fuit ordinatum quod donec fuerit provisum, quod terra desinerie Hugoneti de Ponte, Reymundi Lulini et Falqueti reponatur a parte boree extra viam publicam, non tamen quod prejudicet vie publice.

Fueruntque, post prandium, dicti sindici congregati in cimiterio Sancti Gervasii, et fuerunt presentes nobilis Jacobus de Expagnia capitaneus, Ay. Versonex, H. de Expagnia, P. Magnini, R. Privissini, G. Ravenelli, Carro, Roletus Arnaudi.

[1] Par lettres datées de Genève, 12 avril 1475, Jean-Louis de Savoie, administrateur perpétuel de l'évêché de Genève, nomme son écuyer Jacques d'Espagny *(de Expagniaco)* capitaine général de sa ville de Genève et des faubourgs, et il le charge de tout ce qui concerne la fortification et la garde de Genève, l'organisation et la disposition des troupes de la ville. Arch. de Genève, *Pièces historiques,* n° 692 bis.

Et ibidem fuit ordinatum quod dicta terra ponatur in cimiterio Sancti Gervasii, per altitudinem circa unum pedem cum dimidio, et quod exponatur domino vicario qui demonstrare debeat comodum remocionis dicte terre reverendo domino nostro Gebennensi episcopo.

(13) *Martis xiiij marcii,* fuit tentum consilium ordinarium in quo fuerunt asistentes :

Nobiles H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, Jo. Fogia, sindici ; — Jo. de Orserriis, Montionis, G. de Vaudo, Ay. Versonex, A. de Peymex, H. de Expagnia, P. Magnini, G. Ravenelli, Jo. Carrerii, R. Privissini, A. Achardi, P. Cortagier, G. Carro, H. Valeti, Ste. Pecollat, Ay. Lestelley.

Coram quibus fuit primo propositum de eligendo unum seu duos fidelesque et ydoneos notarios, quibus commictatur fieri unum registrum seu inventarium de instrumentis existentibus in archa et facientibus ad opus communitatis.

Item et de rotulo Stephani Pecollat, quod apponatur conclusio.

Et pro hujusmodi conclusione de contentis in dicto rotulo apponenda, domini sindici et ipse Stephanus promiserunt et juraverunt, de et super parcellis in ipso rotulo descriptis, stare summarie ordinacioni et cognicioni eorum consilii ordinarii, cui ambe partes dant plenam potestatem cognoscendi et ordinandi de premissis in ipso rotulo descriptis, eligendo dictus Stephanus de consilliariis sui parte nobiles Amedeum de Peymex et Aymonem Versonex. Et, causa brevitatis temporis, remictuntur partes ad Veneris proximam, ad faciendum pronunciacionem.

Super registro instrumentorum fieri petito, fuit electus Michael Montionis, nundum tamen fuit ordinata commissio.

Fuit eciam ordinatum quod fiat monicio contra illos de Solerio qui habent domum ruynosam, quod ipsam dirrui faciant, alioquin quod super valore materie dirruetur.

Fuit commissum eciam clerico ville et G. de Fogia, vocato Jaquemeto Roguz, quod faciant inventarium in hospitali sito ante ecclesiam Marie Magdalenes[1].

[1] L'hôpital de la Madeleine, fondé le 4 janvier 1452 par François de Versonnex. Voir J.-J. Chaponnière et L. Sordet, ***Les hôpitaux de Genève avant la Réformation,*** dans M. D. G., t. III, p. 264 et suiv.

Item quod de hospitalerio sumatur informacio.

Item quod fiat processio generalis.

Item quod, post prandium, domini sindici accedere debeant ad dominum vicarium pro terra fossalium removenda.

(Burgensis.) — Admictitur in burgensem gratis, ex eo quod est servitor reverendi domini nostri Gebenn. episcopi et ejus barbitonsor, Johannes Pellerii, de Belecio. — *(Nota! Levatum est.)*

(14) *(Burgensis.)* — Creatur burgensis Gauterius Catinodi, furbiserius, parrochie Sancti Germani Ruppis, commorans in parrochia Marie Magdalenes, pro et mediantibus septem florenis et una colovrina.

(Burgensis.) — Creatur burgensis Petrus Mantilionis, serralionus, parrochie Sancti Heufengii, commorans in parrochia Marie Magdalenes, pro et mediantibus septem florenis et una colovrina.

Veneris xvij marcii, fuit tentum consilium in quo presentes fuerunt :

H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, Jo. Fogia, sindici; — Jo. Orserres, Ay. Versonex, Montionis, Ay. de Peymex, Lestelley, G. de Vaudo, P. Magnini, G. Ravenelli, H. de Expagnia, Carro, Ste. Pecollat, H. Valeti, B. Dorerii.

Et fuit recitatum quod dominus gubernator patrie Vaudi signifficavit et mandavit domino de Myolonx[1] quod inter Bernenses et patriam Sabaudie nullum erat appunctuamentum pacis, sed dubitabat de guerra.

Fuit ordinatum quod fiat provisio pulviris colovrinarum et quod recte ponatur actilieria et preparetur, sic quod si sit neccesse, quod sit preparata in promptu.

Item quod mictatur unus nuncius sufficiens et ydoneus usque Friburgum, ad sciendum de novis occurrentibus.

(15) *Sabbati xviij marcii,* post prandium, ad causam remocionis terre trium designeriarum fossalium, fuit tentum consilium in quo congregati fuerunt subnominati.

[1] Il s'agit sans doute d'Antelme, sire de Miolans, bailli, puis maréchal de Savoie, qui résidait à Chambéry. — Sur les négociations qui se poursuivaient alors entre Berne et la Savoie, voir la lettre de l'ambassadeur savoyard, Urbain de Chevron, à la duchesse Yolande, datée de Berne, 17 mars 1475, et celle de l'ambassadeur milanais, Gérard Cerruti, au duc de Milan, datée de Genève, 19 mars 1475, dans Gingins, *Dépêches,* t. I, p. 70 et 78. Comp. H. Witte, *loc. cit.,* p. 437 et suiv.

H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, Jo. Fogia, sindici; — designarii : Jo. Carrerii, Jaquetus Legras, Jo. Mestrocti, G. Serralion, Jo. Brasardi, R. Privissini, Glaudius Falqueti, Jo. Monteysel, G. Borgesii, Henricus filius Jo. Tornerii, Angellinus de Vellis, Jo. Regis faber, P. Jaqueti, Gabet rutisserius, Theobaldus Chicant, H. Malieti, Mognieri patisserius, G. Boverii, Ay. Fuserii, P. Gatiliardi, Oliverius Chapuissii, G. Prepositi, Franciscus Violandi, magister Henricus faber, P. Mermodi, G. Lochet, P. de Nanto, Jo. Albi, Jacobus de Villario, Jo. Chambant, Theobaldus Albi, Marliou tissoctus.

Post vero multas actercaciones remocionis dicte terre designeriarum Reymundi Lullini, Anthonii Fabri et Glaudii Falqueti, fuit appunctuatum quod designarii supranominati conferenciam habere debeant et notifficare illis de eorum designeria predictum opus fieri petitum, et Lune proxima, hora prime, simul esse debeant in Domo ville ad relatandum et refferendum de voluntate ipsorum omnium.

(16) *Lune xx^a marcii,* fuit tentum consilium, super supraproxime propositis, in quo fuerunt asistentes :

H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, Jo. Fogia, sindici; — Jo. Orserres, A. Peymex, Ay. Versonex, R. Privissini, H. Valeti; — designerii : Jaquetus Legras, G. Serralion, Theobaldus Albi, P. Gatiliardi, Oliverius Chapuissii, Glaudius de Castronovo, Theobaldus Chicant, G. Boverii, Guigo Locheti, P. de Arlo, G. Borgesii, P. de Nanto, Jo. Mestrocti, Gabet rutisserius, Jo. Chambant, Jacobus de Villario.

Qui omnes supranominati retulerunt et dixerunt quod ipsi habuerunt conferenciam cum illis de eorum designeriis, excepto Reymundo Privissini, qui dixit quod ipse nichil dixit illis de ejus designeria; et post plura verba dixerunt illi cum quibus fuit habita conferencia de remocione dicte terre, quod ipsi non erant intencionis juvare illos qui debent facere dictas tres designerias, quia satis dicunt se oneratos de onere jam eis dato, sed faciant, si velint, illi de burgo Sancti Gervasii.

Aliqui vero dixerunt quod super premissis debet congregari consilium generale.

Subnominati designerii, habita dicta deliberacione cum illis de eorum designeria, dixerunt prout sequitur.

Primo Jaquetus Legras dixit quod illi de ejus designeria se offerunt

obedire mandatis domini nostri Gebenn. episcopi et facere sicut alii facient super premissis.

Item eciam Guillelmus Boverii retulit prout supra proxime.

Item Jo. Mestrocti retulit prout supra proxime.

Item Jo. Chambant retulit prout supra proxime.

Item Guigo Locheti dixit, prout supra, facere sicut alii.

Et super premissis nichil aliud fuit appunctuatum.

(17) *Martis xxj marcii,* fuerunt in consilio asistentes :

H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, Jo. Fogia, sindici; — Jo. de Orserris, Ay. Versonex, A. de Peymex, H. de Expagnia, Jo. Carrerii, P. Magnini, G. Ravenelli, R. Privissini, Carro, P. Cortagier, H. Valeti, Ste. Pecolat.

Ea que fuerunt proposita, primo de remocione terre fossalium.

Item de pallinis ponendis in dictis fossalibus.

Item reparando actillieriam.

Item de emendo pulverem pro dicta actillieria.

Item de rotulo Ste. Pecollat, quod ponatur conclusio.

Item quod ex parte domini nostri Gebenn. episcopi scribatur nobilibus qui sibi debent fidelitatem ut ipsi venire debeant ad consulendum et juvandum civitatem.

Primo ordinatur quod terra fossalium removeatur et quod taxa designariarum revideatur.

Item quod si sit de neccessitate ponere pallinos, quod quilibet illorum de burgo Sancti Gervasii retro suam domum ponere debeat pallinos sumptibus suis econtra dicta fossalia.

Item quod reparetur actillieria et fiat pulvis pro dicta actillieria.

Item quod ex parte reverendi domini nostri episcopi, de mandato ejus vicarii et consilii, scribatur nobilibus astrictis ad fidelitatem dicto domino nostro, qui tunc ad hanc civitatem accedere debeant pro dando consilium et juvamen.

Fiat mandatum Petro Ramboson, magistro actilierie, pro exitu salarii sui anni proxime preteriti, de v florenis. — *(Levatum est.)*

(18) *Martis xxviij marcii,* fuit in Domo Communi ville tentum consilium in quo fuerunt presentes :

Quatuor sindici; — consules : Jo. Orserres, A. de Peymex, H. de Expagnia, Ay. Lestelley, P. Magnini, G. Ravenelli, Jo. Carrerii, P. de Veytello, Anthonius Achardi, R. Privissini, G. Carro, H. Valeti, P. Braseti, P. Cortagerii, Ste. Pecollat.

Fuit propositum de equancia facta in designeriis super remocione terre trium designeriarum fossalium Sancti Gervasii. Et aliqui dixerunt quod pro quolibet foco burgi Sancti Gervasii solvatur solidus unus; et aliqui, quod pro modico non opportet tantum reclamare, sed quod equancia remaneat sic.

Finaliter fuit appunctuatum quod designerii, quilibet secundum taxam suam ponat et perquirat cherrotonos ad conducendum dictam terram, ad racionem cujuslibet jornalis iiij^{or} solidorum, et designerius recuperare debeat a personis sue designerie et solvere cherrotonis semper pro prima solucione medietatem sue taxe.

Mercurii xxix marcii, post prandium, in Domo ville, fuit tentum consilium et fuerunt asistentes subnominati.

P. Gavit, Nycolinus de Liga, Jo. Fogia, consindici; — consules : Jo. de Orseriis, Montionis, Ay. Versonex, A. de Peymex, Ay. Lestelley, H. de Expagnia, G. Ravenelli, G. de Vaudo, Jo. Carrerii, P. Magnini, R. Privissini, A. Achardi, G. Carro, P. Cortagerii, H. Valeti.

Coram quibus iterum fuit recitatum de remocione terre fossalium.

Et fuit precise conclusum et ordinatum quod sindici petere et evocare faciant in Domo ville omnes designerios, quibus dicant et dicere debeant ac injungere, ex parte illustris et reverendi domini nostri episcopi, quod ipsi designerii recuperent et recuperare debeant a personis suarum designeriarum semper medietatem taxe pro remocione dicte terre facte, et illam medietatem tradere et expedire debeant in manibus Nycolini de Liga, sindici, qui interim mutuare debet pro solvendo cherrotonis, et de receptis computare debeat.

(19) Eciam rotulus Stephani Pecollat fuit exhibitus ut super eodem apponatur conclusio, actento quod ipse Stephanus et sindici promiserunt stare summarie ordinacioni consilii ordinarii super contentis in dicto rotulo, et maxime dictus Stephanus sui parte elegit nobiles Aymonem de Versonex et Amedeum de Peymex.

Et post plura verba fuit, ut infra describitur, ordinatum, cognitum et

declaratum per dictum consilium et per supra proxime nominatos, de et super in dicto rotulo contentis peticionibus et demandis per ipsum Stephanum communitati factis ad causam salarii sui capita[nea]tus et expensarum per ipsum ad causam dicti officii substentarum.

Facta prius per dictum consilium interrogatione partibus predictis, videlicet sindicis et dicto Stephano, an ipsi semper erant contenti stare summarie ordinacioni dicti consilii, sicut jam promiserant, qui dicunt et respondent quod ipsi omnino volunt stare dicte ordinacioni consilii ordinarii. Igitur consilium supra nominatum et omnes supra nominati, unanimes et concordes, pronunciaverunt, cognoverunt et ordinaverunt quod dictus Stephanus, pro omnibus demandis per ipsum communitati factis et in ipso rotulo descriptis, habeat et habere debeat quadraginta florenos auri parvi ponderis et, ultra dictos xl florenos, decem florenos parvi ponderis pro uno capucio uxoris sue, dandos et solvendos dictos l^ta florenos per receptorem dicte communitatis, et, hiis mediantibus, communitas sit et esse debeat quicta et liberata a dicto Stephano de premissis peticionibus per ipsum factis, et nichil aliud dicte communitati, occasione premissorum, petere possit neque debeat, condicione tamen adjecta quod dictus Stephanus adhuc servire debeat, si sit necesse, in dicto officio per totum mensem aprilis proxime futurum et, hiis deductis, solvere teneatur illud quod debebit communitati.

Qua pronunciacione facta et per partes audita, domini sindici dixerunt ipsam pronunciacionem habere ratam et gratam. Et dictus Stephanus dixit se super premissis velle habere consilium antequam super premissis respondeat, tamen advisatus parte suorum arbitrorum eciam pronunciacionem ratifficavit. — *(Alibi est factum mandatum Stephani Pecolat et illud levatum est, quod penes se habet.)*

Martis iiij^ta aprilis, in Domo Communi, fuit tentum consilium ordinarium.

H. de Bona, P. Gavit, Ny. de Liga, Jo. Fogia, sindici; — Jo. Orseriis, Versonex, A. de Peymex, G. de Vaudo, Lestelley, H. Emerici, G. Ravenelli, P. Magnini, Jo. Carrerii, R. Privissini, Carro, Cortagerii, Ste. Pecollat.

Proponitur utrum aliquid debeat dari fratri qui predicavit in Quadragesima proxime preterita vel ne?

Item quod reverendus et illustris dominus noster episcopus precepit fieri monstras.

Concluditur, pro majori parte opinionum, quod dentur sex floreni fratri qui predicavit in Quadragesima. — *(Levatum est.)*

(20) *Veneris septima aprilis.*

H. de Bona, P. Gavit, Lingot, Jo. Fogia, sindici; — Versonex, Orserres, Carro, Pecollat.

Fuerunt recepti pro regendo hospitale infirmorum de peste[1], videlicet Petrus Meysinerii et Petrus Grisodi, de mense in mensem, et sub salario cujuslibet mensis decem octo solidorum pro quolibet ipsorum duorum. Ipsi juraverunt, super sanctis Dei Evangeliis manibus tactis, diligenter infirmos visitare et alimenta ipsorum facere, eisdemque juxta eorum posse subvenire, bonumque et legale computum de bonis ipsius hospitalis reddere, videlicet de culcitris, coperturis, pulvinalibus, linteaminibus, tam in hospitali existentibus quam ibidem apportandis.

Et, post prandium, fuit facta visio de bonis ipsius hospitalis, in quo sunt sex culcitre, de quibus due sunt bone et iiij^or pauci valoris; item sex pulvinalia, sex coperture lecti et sex linteamina. Et non plura.

Et fuerunt tunc remisse claves supranominatis Petro Meysinerii et Petro Grisodi.

Martis xj aprilis, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, Jo. Fogia; — consules: Jo. Orserres, Versonex, Lestelley, G. de Vaudo, Ste. Achardi conauditor computorum, G. Ravenelli, R. Privissini, Jo. Carrerii, G. Carro, P. Cortagerii, Ste. Pecollat, Fogia receptor.

Et fuit per Ay. Lestelley et Ste. Achardi, auditores computorum, relatum de computis G. de Fogia, receptoris, de duobus annis, videlicet de anno lxx tercio et lxx quarto.

Et restat debens communitas dicto receptori, ex eo quod ipse plus libravit quam receperit, videlicet viij^xx et iij florenos, ix grossos, ij denarios cum obolo.

[1] La construction d'un hôpital des pestiférés, décidée en 1469, ne fut entreprise qu'en 1482. Il s'agit ici d'un hôpital provisoire installé dans une grange à Plainpalais. Voir J.-J. Chaponnière et L. Sordet, *loc. cit.*, p. 281 et suiv.

Et dictus receptor dicte communitati : xxj colovrinas, sex milliaria carronorum et decem sellietos.

(21) Petrus Martini, borserius, tenet quandam domum moventem de feudo communitatis, quam de laudibus graciam sibi fieri. — Ordinatur[1] quod laudetur et solvat pro xxx florenis.

Item ordinatur quod fiat responsio illi inculpato de morte cujusdam, quod ipse compareat personaliter in Ensula, ad audiendum sentenciam ferri super ejus processu.

Item Michael Cugniardi exposuit quod ipse, de mandato sindicorum pro tunc existencium, emit tercentum octanas frumenti, salvo pluri, magis carum quam sit de presenti, quare petit quod communitas servet ipsum indempnem. — Nichil[1] fuit deliberatum.

Item ordinatur quod, a modo in antea, receptor a burgensibus fiendis recipiat colovrinas bonas de culpro seu metallo, cum armis civitatis desuper ponendis.

Item de carnibus levatis burgensibus per castellanum, quod sindici conquerantur in consilio episcopali.

Jovis xiij aprilis, de mane ante prandium, fuit tentum consilium super infrascriptis, in quo fuerunt presentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, Jo. Fogia, sindici; — Jo. Orserres, Versonex, Lestelley, G. de Vaudo, H. de Expagnia, P. Magnini, Jo. Carrerii, G. Ravenelli, A. Achardi, R. Privissini, P. Braseti, P. Cortagerii, Ste. Pecollat, Jo. Clerici, Nycodus de Nanto, B. Vicencii, G. Falqueti, Ro. Arnaudi, P. Jaqueti, B. Dorerii, Ja. Ruffi, (22) Haribertus Genodi, Ja. Paqueti, F. de Vaudo, Jo. de Crosa, Reymundus Lullini, Theobaldus Chicant, Ste. Achardi, G. de Peymex, B. Filanceti, F. Macri, G. Serralion, Angellinus de Vellis, B. Malieti, Theobaldus Albi, G. Boverii, Jo. Mestrocti, Clasquinus de Castro, Perretus Chenuti, Mermetus de Nanto, H. Fabri faber, P. Mermilliodi, Jo. Tornerii, Girardinus pelliparius, G. Morelli, G. Borgesii, F. Serrason, G. de Castronovo, Ja. Legras, Jo. Chambaz, P. Marlii, Ansermetus de Platea, P. Gervasii, P. Gatilliardi, P. Guersi, Laurinus Colier, Jo. Brasardi, P. Lijardi, F. Perrodi, P. de Ruella, Guigo Lochet, Ludovicus Brant, Jo. Monteysel, Nycodus Gabet, A. Fabri.

[1] En marge.

Coram quibus fuit propositum per nobilem Aymonem Versonex, pro parte illustris et reverendi domini nostri episcopi, quod ipse dominus noster episcopus est deliberatus ire Lausanam pro preservacione et custodia tocius patrie, quare petit sex centum homines in armis pro ipsum associando[1].

Petit eciam de actilieria civitatis sibi expediri illam que sibi neccessaria. Et hoc infra Sabbati proximam.

(23) Eciam supervenerunt nobiles Jo. de Expagnia magister hospicii ipsius domini, dominus Jo. de Sergier miles, [2] de Dyvona dominus de Belmonz, Jacobus de Expagnia et Petrus de Peymex, qui, ex parte ipsius domini nostri, injunxerunt sindicis et aliis astantibus, sub pena sue indignacionis, ipsius domini, quod dicti sex centum homines sint presto et parati infra diem Sabbati proximam.

Super quibus premissis omnibus fuit conclusum et ordinatum quod sindici accedere debeant incontinenti ad dominos de capitulo et hec premissa eisdem communicare ut inde, per eorum bonum consilium, agere possent in premissis.

Item ordinatum fuit, eo quod omnes concernit, quod hodie, post prandium, teneatur consilium generale ut inde possit fieri bona responsio.

Eadem die Jovis xiij aprilis, post prandium, fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri ad sonum magni cimballi, more solito, in quo fuerunt asistentes, cum pluribus aliis, subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, Jo. Fogia, sindici; — domini doctores : Bartholomeus de Sancto Martino, Jo. Magnini, Jo. de Saxo, Jo. Botholierii; — Ay. Versonex, Jo. Orserres, H. de Expagnia, R. Privissini, P. Magnini, Ste. Achardi, B. Dorerii, Ay. Lestelley, P. Cortagerii, Jo. Mastrocti, Ja. Ruffi, Roletus Arnaudi, Hugonetus Grossi, P. Guersi, Jaquetus Legras, F. Macri, Hugo Valier, P. Prioris, G. Boverii, P. Mermodi, Jo. Novelli, P. Lamberti, B. Vicencii, Bonifacius de Sancto Michaele, P. Vignioli, F. Violant, G. de Castronovo, (24) P. Mar-

[1] Le 10 avril, le conseil de Berne avait décidé de porter secours aux corps francs qui s'étaient emparés, le 7 du même mois, de la ville de Pontarlier. Voir *Die Berner-Chronik des Diebold Schilling,* éd. G. Tobler, t. I, p. 214, n. 1.

[2] Un mot laissé en blanc.

lii, Jaquemetus Roguz, Jo. Gonvilliaris, Mermetus Cohendi, Valterius Charavex, Jacobus Brizammant, P. Jaqueti, Nycodus Regis, Jo. Roberti, P. Taconis, Jo. Engleys, Jo. Magnini, Humbertus Perrodi, B. Filanceti, Ay. Blancheti, P. Jaqueti, P. Gacheti, Ay. Bidalis, Martinus Danelli, G. Borgesii, Jo. de Chissinova, H. Beatrisii, Clasquinus de Castro, Reymundus Bovet, Hugonetus de Ponte, Perretus Chenuti, Jo. Ruffi alias Pecollat, P. de Rossillione, Rivaclerii, P. Prepositi, P. Jaqueti, A. Fabri, P. Mugnerii, G. Morelli, Jo. Chavane, G. Borgesii, Ste. Pecollat, Jo. de Boulo, Jo. Clementis, Ay. Chapellerii, Jo. Columbi, F. Malieti, Janinus de Bornando, Theobaldus Chicant, Benedictus Malieti, Ja. Paqueti, P. de Ruella, Lestelley, Jo. Ruffi, F. Perrodi, Jo. Monteysel, Jo. Brasacti, Henricus Fabri, Hugonetus Jacandi, Jo. de Nanto condurerius, Jacobus de Villario, Ny. Tornerii, Jo. Tornerii, Jo. de Palude alias Challex, Ste. de Furno, Jo. de Marlio, (25) G. Serralion, Jo. Magnini cherrotonus, H. Fabri condurerius, P. de Melia, Jo. de Gerdili, Breyseti.

In quo consilio et coram supranominatis et pluribus aliis, fuit propositum quod illustris et reverendus dominus noster episcopus peciit et petit certum numerum hominum in armis expertorum pro ipsum associando Lausanam, quia illuc ire vult pro preservacione et custodia tocius patrie Sabaudie.

Item eciam quod ipse vult habere de actilieria civitatis tantum quantum sibi erit neccesse.

Item fuit propositum, pro parte sindicorum, quod ipsi sindici non habebant procuracionem seu sindicatus potestatem ad recuperandum debita communitatis et alia neccessaria dicto sindicatus officio incombencia facienda et exercenda.

Et eciam quod receptor generalis emolumentorum dicte civitatis non potest recuperare arreragia dicte civitatis nisi habeat procuracionem ad hoc faciendum; quare proponunt quod pro arreragiis et aliis debitis communitati pertinentibus recuperandis, fiat procuracio.

Super quibus premissis omnibus, auditis omnium supranominatorum et plurium aliorum votis, fuit super premissis omnibus conclusum et ordinatum prout sequitur.

Primo quod dictum consilium generale supramencionatum dat potestatem iiij^{or} dominis doctoribus et licenciatis supranominatis, necnon

consilio ordinario, consilio de L^{ta} et designeriis, de et super peticione armigerorum et actilieria providendi, respondendi et appunctuandi prout securius fieri poterit. Ita tamen quod dominus noster episcopus semper de ejus civitate sit contentus.

Item et dictum consilium approbat et confirmat dictos sindicos, ratifficando jam omnia per ipsos perpetrata et gesta circa dictum sindicatus officium, et, quatenus neccesse est, ipsos de novo eorum sindicos et yconomos constituunt, cum omnibus clausulis ad hec et in talibus neccessariis et opportunis. — *(Levatum est.)*

Constituitque dictum consilium Girardum de Fogia, receptorem jam constitutum emolumentorum civitatis, eorum procuratorem ad recuperandum arreragia et debita dicte communitati pertinencia, cum potestate alios procuratores ad causas substituendi et cum clausulis in talibus neccessariis et opportunis. Ita quod de recuperatis et receptis per eum bonum et legale computum reddere teneatur et debeat, cum reliquorum restitucione, in manibus auditorum computorum dicte communitatis. Presentibus Roberto de Cresto, Jacobo Chabodi et Aymone Chapelerii notario, testibus. — *(Levatum est.)*

(26) *Die dominica xvj aprilis,* fuit post prandium tentum consilium in quo voce cride fuerunt vocati designerii, et presentes fuerunt subnominati.

Reymundus Privissini, Glaudius Jaqueti, Jo. Mestrocti, Franciscus Serrason, Theobaldus Chicant, Reymundus Lullini, Mermetus de Nanto, Franciscus de Vaudo, Jo. Tornerii, G. Boverii, Franciscus Perrodi, Ludovicus Brant, Jo. Mermilliodi, Anthonius Fabri, Bezansonus Dorerii, Jo. Carrerii, Jaquetus Legras, Glaudius de Castronovo, P. Philipi, Glaudius Philipi, P. Taconis, Glaudius Morelli, P. Lijardi, P. Nycodi notarius, Guillelmus Serralion, Nycodus Gabet, Jacobus de Villario, P. Marlii, Angellinus de Vellis, P. de Ruella, B. Filanceti, Benedictus Malieti, Jo. Chambaz, Guigo Lochet, P. Arlo, G. Borgesii.

Coram quibus H. de Bona, P. Gavit et Ny. de Liga, consindici. Presente Stephano Pecollat, capitaneo.

Dixerunt et exposuerunt quod ipsi sindici habent in mandatis a reverendo domino nostro episcopo dictis designeriis injungere, sicut ipse reverendus dominus episcopus dictis sindicis injunxit, videlicet quod

quilibet designerius teneatur et debeat visitare illos de ejus designeria an vel ne ipsi sunt muniti arnetis, juxta injunciones eisdem factas per visitaciones dicti capitanei. Et ita dicti sindici refferunt et injungunt sicut fuit eis injunctum.

Super quibus premissis prefati designerii responderunt et dixerunt ipsos semper fore et esse paratos obedire mandatis dicti domini nostri episcopi, et se offerunt atque dicunt se velle facturos dictas visitaciones, dum tamen unus ex dictis sindicis sit cum ipsis designeriis et quod ipsi habeant copiam injunccionum et visitacionum.

(27) Igitur, ut videatur veritas, dicti sindici dixerunt et preceperunt dicto Stephano Pecollat, capitaneo, ut ipse rotulos visitacionum et injunccionum tradere debeat ad copiandum pro tradendo dictis designeriis.

Qui Stephanus, capitaneus, protestatusfuit et protestatur quod premissa in officio suo sibi prejudicare non possent.

Martis xviij aprilis, fuit tentum consilium ordinarium in quo interfuerunt subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingot, sindici; — Jo. Orserres, A. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, H. de Expagnia, Ay. Lestelley, P. Magnini, Jo. Carrerii, Ste. Achardi, R. Privissini, A. Achardi, Carro, P. Cortagerii, receptor.

Fuit propositum de macellariis qui procurant fieri prohibiciones quod burgenses non excurient carnes in die fori.

Et fuit appunctuatum quod sindici accedere debeant ad dominos de capitulo et eisdem casum exponere et cum eorum consilio in premissis providere.

Item fiat mandatum Petro Bovardi de quinque florenis, tribus solidis et sex denariis, in quibus communitas sibi tenetur ad causam vendicionis duorum milliarium cum dimidio tegularum plactarum. — *(Levatum est.)*

Martis xxv aprilis, fuit tentum consilium ordinarium.

H. de Bona, P. Gavit, Lingocti, Jo. Fogia, sindici; — R. Privissini, P. Braseti, G. Carro, receptor.

In quo consilio fuit ordinatum quod receptor solvat Aymoneto et Girardo, filiis et commissariis prothocolorum Nycodi Breyseti, pro factura cujusdam instrumenti, xij grossos.

(28) *Martis secunda maii,* in Domo ville, fuit tentum consilium ordinarium in quo presentes fuerunt subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. de Liga, sindici; — Jo. Orserres, Versonex, Lestelley, Jo. Carrerii, P. Magnini, R. Privissini, P. Braseti, P. Cortagerii, G. de Vaudo, receptor.

Coram quibus fuit propositum quod jam alias in collecta ultimo facta fuerunt donati reverendo domino Renversi l^ta^ scuta, ex eo quod ipse dominus deberet juvare communitatem erga Janinum de Bornando et ejus fidejussorem, qui de dicta collecta dederat mille scuta, ad solvi faciendum dicta mille scuta communitati[1]. Nunc vero petit solucionem dictorum l^ta^ scutorum sibi fieri.

Super quo concluditur quod sindici erga dictum reverendum dominum Renversi procurent pro posse habendi confirmacionem transaccionis communitatis et macellariorum, et quod idem dominus Renversi erga illustrem et reverendum dominum nostrum episcopum procuret fieri quod hujusmodi confirmacio sigilletur, et eciam quod ipsi sindici obtineant quod prefatus illustris et reverendus dominus noster episcopus remictat communitati quoddam servicium quod habet super casali olim acquisito per communitatem pro foro bladi, et quod dictum casale affranchire velit communitati[2].

Et sic, hiis mediantibus, concluditur et ordinatur quod prefato reverendo domino Renversi solvantur dicta quinquaginta scuta. — *(Levatum est mandatum.)*

Item fuit propositum, pro parte ludencium de colovrina, quod ipsi non habent locum congruum ad ludendum. Ideo petitum extitit quod eisdem subveniatur pro faciendo plateam et locum in quo ludere possent[3].

Super quo concluditur quod communitas se juvet in premissis et

[1] Voir ci-dessus, p. 213-218.

[2] Par un acte du 10 mars 1464, l'évêque Jean-Louis abandonne à la communauté de Genève les droits qu'il prétendait avoir à la possession d'une maison sise dans la rue qui va de la porte du vieux château à la boucherie, et que la communauté avait acquise pour y établir le marché au blé. Cette maison devait à l'évêque un service annuel de douze deniers. Archives de Genève, *Pièces historiques,* nº 649. — La confirmation d'un accord intervenu entre la communauté et les bouchers fait déjà l'objet de négociations avec l'évêque durant l'été de 1473; voir ci-dessus, p. 201, 207, 208, 219.

[3] Voir S. Coutau, *Archives de la Société de l'Arquebuse, 1474-1847,* Genève, 1872, in-4°, p. 10.

fuit ordinatum quod ipsi socii ludentes habere debeant tres burgenses, per ipsos reperiendos et adducendos, usque ad summam sex florenorum pro quolibet, apuntendum et implicandum in edifficio dicti ludi colovrine, et hujusmodi pecunias fore recuperandas per discretum virum Petrum Braseti. — *(Levatum est mandatum.)*

Ordinatur eciam fieri mandatum arbalesteriis de sex florenis, prout sic consuetum est fieri anno quolibet, et totidem pro colovrinis. — *(Levatum est pro colovrinis. Levatum est pro aliis.)*

(29) *Jovis iiij^ta maii*, in Domo ville, fuit de mane tentum consilium in quo presentes fuerunt subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. de Fogia, consindici; — Ay. Versonex, Jo. Orserres, H. de Expagnia, Ay. Lestelley, P. Magnini, Reymundus Privissini, P. Braseti, G. Carro, Hugonetus Valeti, B. Dorerii, Ste. Pecollat; — Jo. Clerici, Nycodus de Nanto, Roletus Arnaudi, A. Fabri, Jaquetus Legras, Jacobus Ruffi, Reymundus Lullini, P. de Nanto, G. Borgesii, Jo. de Crosa, F. de Vaudo, P. de Ruella, Theobaldus Albi, G. Falqueti, Ay. Mermilliodi, Ansermetus de Platea, Jo. Tornerii, Jo. Mastrocti, Ja. Paqueti, Jo. Roberti, Nycodus Gabet, P. Darlo, Benedictus Malieti, Jacobus de Villario, Theobaldus Chicant, Malagniodi macellarius, Glaudius Morelli, Guigo Locheti, Jo. Brasardi, P. Guersi, Angellinus de Vellis.

Coram quibus fuit propositum quod illustris et reverendus dominus noster episcopus dixit et precepit, ore suo proprio, sindicis quod ipsi fieri faciant, die ac nocte, sine aliqua dilacione, fossalia restancia et remanencia ad faciendum, et quod ipse non (30) vult quod habeatur regressus erga burgum Sancti Gervasii, sed communiter per omnes perficiantur dicta fossalia [1].

Super quibus premissis multi dixerunt quod teneatur consilium generale.

Tamen resolucio fuit quod non, certis ex causis, sed quod domini sindici, associati sex bonis personagiis, debeant premissa remostrare re-

[1] Dans les premiers jours de mai, les Bernois et leurs alliés, sous la conduite de l'avoyer Nicolas de Diesbach, s'étaient emparés des châteaux de Grandson, d'Orbe, d'Échallens et de Jougne. Voir H. Witte, *loc. cit.*, p. 467 et suiv.

verendo domino Renversi, ut ipse dominus Renversi remostret prelibato illustri et reverendo domino nostro episcopo onera sue civitatis, ipsam civitatem de premissis excusando, antequam ad ulteriora procedatur, ita quod si sibi deberet aliquod donum pro premissis evictandis, fieri.

Et, post premissa, congregatis ad invicem illis de consilio stricto, fuit ordinatum dari prefato reverendo domino Renversi l^ta scuta, jam alias sibi dari ordinata, pro penis per ipsum habitis pro factis dicte communitatis. — *(Levatum est mandatum.)*

Veneris v^ta maii, fuit tentum consilium et fuerunt presentes :

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Nycolinus Lingocti, sindici; — Ay. Lestelley, Ste. Pecollat, Jo. Orseriis.

(Nota! Burgensis.) — Fuerunt creati burgenses Johannes Bovardi, de Bernex, parrochie Marie Nove, qui promisit solvere septem florenos et unam colovrinam.

(Burgensis.) — Item Roletus de Nanto, de Vulbens, parrochie Sancte Crucis, patisserius, qui promisit solvere prout supra.

(Burgensis.) — Item Colletus Ruffi, de Usinens, patisserius, parrochie Sancte Crucis, qui promisit solvere prout supra.

(31) *Martis ix maii*, in claustro Sancti Petri, metu pestis, fuit tentum consilium ordinarium in quo presentes fuerunt subnominati.

H. de Bona, Jo. Fogia, Ny. de Liga, consindici; — Ay. Versonex, G. de Vaudo, R. Privissini, Jo. Carrerii, P. Magnini, P. Cortagerii, G. Caro, receptor.

(Nota! Burgensis.) — Ibidem creatus fuit burgensis Franciscus dou Suet, parrochie de Veygier, suctor, commorans in parrochia Marie Magdalenes, mediantibus septem florenis et una bona colovrina.

Martis xvj maii, fuit tentum in claustro Sancti Petri consilium, fueruntque asistentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — Jo. Orseriis, Ay. Versonex, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Jo. Carrerii, P. Magnini, R. Privissini, receptor.

Et ordinatur quod sindici, associati aliquibus ex consiliariis, accedere debeant ad reverendum dominum Renversi et sibi tradant capitula im-

posicionis et porrigere supplicacionem pro relaxacione Guillelmi de Carro.

(32) *Martis xxiij maii,* de mane, in claustro Sancti Petri, fuit tentum consilium generale et fuerunt asistentes cum pluribus aliis subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingot, sindici; — Ay. Versonex, Jo. Orserres, H. de Expagnia, Ste. Achardi, Glaudius Ravenelli, Girardus de Vaudo, R. Privissini, Anthonius Achardi, P. Magnini, Jo. Carrerii, P. Braseti, B. Dorerii, Ste. Pecollat, Hugonetus Valeti; — Jaquetus Legras, Jo. Tornerii, Reymundus Lullini, Franciscus Serrason, Valterius Charavex, Jo. Brasardi, Franciscus Violant, Guillelmus Borgesii, G. Balleti, Glaudius de Castronovo, Petrus Marlii, F. Macri, Benedictus Malieti, Franciscus Chambrerii, Nycodus Gabet, P. de Nanto, F. Perrotini, Jaquemetus Roguz, P. Francisci, P. Macheret, Jacobus de Villario, Chabodi, Theobaldus Albi, Jo. Davanodi, Guigo Locheti, Jo. de Alamagnia, Jo. Monteysel, magister Laurinus suctor, Glaudius Girfaudi, Ludovicus dou Pontet, (33) Anthonius Rodulphi, P. Jaqueti, Hugonetus Grossi, P. Joli, P. Gatilliardi, Jo. de Chissinova, P. Moret, G. Fabri, P. Guersi, Roletus Arnaudi, Jo. Clerici, P. de Rossillione, Jo. Engleys, P. Chivanderii, Jo. de Gerdili, Jo. Philipini, Jo. Pessey, P. Mugnerii, Ansermetus Mistralis, Jo. Malagniodi, Henricus Fabri, Jo. Deriacti, P. Moneti, Jacobus de Visinan, Glaudius Falqueti, Reymundus Boneti, Franciscus Chautens, Michael Cugniardi, Jo. Ginodi, Jo. Ruffi, P. Marescalli, P. de Gerdili, P. Vignioli, Jo. de Lione, Glaudius Morelli, Reymundus Coste, Jo. de Cheynex, Anthonius Lionardi, Jo. de Nanto, Aymo Blancheti, Mermetus Sechaudi, Jo. Chalex, Glaudius filius G. Boverii.

Coram quibus fuit expositum quod illustris et reverendus dominus noster Gebenn. episcopus dixit sindicis quod ipse vult ire ad Sanctum Jorium, prope Chamberiacum, cum magna societate gencium in armis, pro pace fienda et pro preservacione tocius patrie Sabaudie; igitur pro associando ipsum petit iiij^{c} homines bene et condecenter armatos[1].

[1] L'évêque de Genève se rencontra, le 15 juin, avec le comte de Genève, son frère, à Aix-en-Savoie; Ménabréa, *loc. cit.*, p. 171. Le but de cette entrevue était de s'opposer aux entreprises de Philippe, sire de Bresse, de nouveau soulevé contre l'autorité de la régente et qui venait d'occuper avec une troupe nombreuse le bourg de Seyssel; voir Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 140.

Quare petunt sindici quam responsionem super premissis debeant facere.

(34) Concluditur quod consilium predictum generale dat potestatem sindicis consilioque ordinario necnon de L^{ta} et designeriis de et super premissis provisiones vallidas faciendi et super ipsis providendi et negociandi, taliter quod prefatus reverendus dominus noster episcopus de ejus civitate sit et esse debeat semper contentus.

Postea ante prandium, in Domo ville, *eadem die Martis xxiij maii,* fuit tentum consilium in quo fuerunt subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingot, sindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, A. de Sancto Michaele, H. de Expagnia, Ste. Achardi, G. de Vaudo, Jo. Carerii, R. Privissini, P. Magnini, An. Achardi, P. Braseti, B. Dorerii, Hugonetus Valeti; — Pe. Jaqueti, Jaquetus Legras, Glaudius de Castronovo, Jo. Mestrocti, Hugonetus Grossi, Jo. Tornerii, Roletus Arnaudi, Franciscus Chambrerii, Jo. Brasardi, F. Macri, Theobaldus Albi, F. Serrason, Theobaldus Chicant, P. Gatilliardi, G. Borgesii, Henricus Fabri, Guigo Locheti, (35) P. de Nanto, F. Violant, Reymundus Lullini, Benedictus Malieti, Jacobus de Villario, Nycodus Gabet, Glaudius Falqueti, Glaudius Girfaudi, P. de Arlo, Jo. Roberti, Laurinus Colier, Valterius Charavex, Jo. Monteysel, Glaudius filius G. Boverii.

Coram quibus iterum dictum fuit de modo reperiendi dictos iiij^{c} homines sufficientes et ydoneos in armis.

Qui conclusuerunt quod eligantur in designeriis, juxta facultates ipsarum designeriarum.

Veneris xxvj maii, in conventu Fratrum Minorum, fuit tentum consilium.

H. de Bona, Gavit, Fogia, Lingot, sindici; — Versonex, Orseriis, H. de Expagnia, Lestelley, Ravenelli, Ste. Achardi, P. Magnini, Jo. Carerii, Privissini, A. de Sancto Michaele, P. Cortagier, B. Dorerii, Valeti, Pecollat.

Locutum fuit de solucione fienda mercatori qui tradidit pro hoco-[to]nis.

Item de emendo equum pro H. de Bona.

Item de modo habendi iiij^{c} homines armatos.

(36) Ibidem G. de Fogia, presente et G. Ravenelli, fidejussore, et quem indempnem servare promictit dictus Girardus. Respondent Johanni Humberti, mercatori, de Sancto Christoforo in Burgundia, de solvendo pannum infra nundinas mensis augusti, que sunt quinque pecie panni albi ascendentes ad septuaginta duos florenos et ix grossos. Presentibus Hugoneto Valeti et P. Cortagerii, testibus. — *(Mercator habet duplum. Alibi est registrata.)*

Martis penultima maii, in claustro Sancti Petri, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Lingocti, sindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, G. Ravenelli, G. de Vaudo, Jo. Carrerii, P. Magnini, R. Privissini, P. Braseti, P. Cortagerii, Hugonetus Valeti, Ste. Pecollat.

In quo consilio fuit ordinatum fieri mandatum Francisco Barberii, macellario, de novem scutis auri Sabaudie pro equo tradito nobili Humberto de Bona pro associando illustrem et reverendum dominum nostrum Gebenn. episcopum apud Chamberiacum. De quo equo in regressu debitam racionem reddere teneatur communitati dictus Humbertus. — *(Levatum est.)*

- Fuit eciam locutum designeriis quod recte faciant eorum taxas.

Item si armigeri debeant stare plus de ix diebus, quid sit fiendum?

- Ibidem Stephanus Pecollat confitetur habere de collovrinis civitatis septem.

Jovis prima junii, fuit tentum consilium in Domo ville, in quo fuerunt P. Gavit, Jo. Fogia, Lingocti, consindici; — Jo. Orseriis, H. de Expagnia, A. de Sancto Michaele, Ste. Achardi, G. Ravenelli, R. Privissini, G. de Vaudo, Jo. Carrerii, P. Cortagerii.

(37) Propositum fuit quod si videatur esse utilius quod armigeri non vadant apud Chamberiacum quod si vadant, quod forte pro aliqua parva summa pecuniarum rumperetur erga dominum nostrum Gebenn. episcopum quod ipsi non ibunt.

Et fuit conclusum quod hujusmodi interruptio obtineatur et prosequatur usque ad summam centum et quinquaginta scutorum et non ultra.

. *Sabbati iij^{a} junii,* fuit tentum consilium super infrascriptis, in quo fuerunt presentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Lingocti, sindici; — Jo. Orseriis, H. de Expagnia, Ste. Achardi, G. de Vaudo, Jo. Carrerii, P. Magnini, R. Privissini, P. Cortagerii, P. Oboli, Hugonetus Valeti, Ste. Pecollat; — Roletus Arnaudi, P. Gatilliardi, Ansermetus de Platea, Jacobus Paqueti, Jo. Mestrocti, Theobaldus Albi, Clasquinus, G. Lochet, Jo. Malagniodi, P. Arlo, B. Malieti, H. Fabri, P. de Ruella, P. Marlii, P. Mermilliodi, Jacobus Nergaz, Jo. Clerici, Nycodus de Nanto, Glaudius Jaqueti, A. Fabri, P. Guersi, Hu. Grossi, Ja. Tombeti, G. Borgesii, F. Serrason, G. Falqueti, F. de Vaudo, Jaquetus Legras, Theobaldus Chicant, P. Nycodi, G. de Castronovo, (38) F. Violant, Charavex, Reymundus Lullini, Jacobus de Villario, Nycodus Gabet, B. Filanceti, P. Taconis, Jo. Chambaz, Jo. Brasardi, Angellinus de Vellis, Laurinus Colier, Jo. Monteysel, Tornerii, G. Boverii, P. de Nanto, G. Morelli, Ludovicus Brant, F. Perrodi.

Coram quibus fuit propositum quod illustris et reverendus dominus noster episcopus et princeps dicere fecit, et sui parte dictum fuit, sindicis quod si ipsi et communitas velent dare dicto domino nostro episcopo, de pecuniis quas tradere debent armigeris qui cum eo apud Chamberiacum ire sunt ordinati, certam pecunie quantitatem, quod ipse dictos armigeros dimictet; et fuit appunctuata summa sibi danda de ducentum et l scutis, que l scuta remanere debent pro solvendo hoquetonos. Quare petunt velle, super premissis, omnium supranominatorum.

Fuit super premissis conclusum et ordinatum quod sicut propositum extitit, quod fiat, videlicet quod dentur prelibato domino nostro ducentum scuta et solvantur quinquaginta scuta pro solvendo hoquetonos, que totalis summa ordinatur solvi per designerios, juxta formam eorum taxe de armigeris, per quemlibet ipsorum duas partes eorum taxe. Et totum ordinatur solvi in manibus Girardi de Fogia, receptoris, qui de ipsis quantitatibus computare teneatur et debeat, cum reliquorum restitucione. — *(Fiat mandatum de ducentum scutis. Levatum est mandatum.)*

Martis vj junii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

H. Bona, P. Gavit, Ny. Lingot, consindici; — Jo. Orseriis, G. de Vaudo, R. Privissini, P. Magnini, P. Braseti, P. Cortagerii, Jo. Carrerii.

Fuit locutum quod postquam armigeri non vadunt apud Chamberiacum, quod cassentur capitanei ad evictandum expensas communitati.

(39) Fuit ordinatum quod de cetero capitanei revocantur.

Item quod Stephanus Pecollat restituere debeat collovrinas et lapides collovrinarum.

Item et pulverem collovrinarum.

Item et quod restituantur lancee.

Item quod compellantur fidejussores Stephani Pecollat.

Item quod fiat crida de restitucione collovrinarum et lancearum et quod non trahantur collovrine per civitatem.

(Nota! Burgensis.) — Creatur burgensis Dominicus de Poeys, de Pedemoncio, frater domini Bartholomei, medici, pro septem florenis et una collovrina. — *(Levatum est lictera*[1]*.)*

(Nota! Burgensis.) — Item creatur burgensis Mermetus de Torculari, parrochie Mure, habitator in parrochia Sancti Victoris, mediantibus septem florenis et una collovrina.

In domo reverendi domini Jo. de Montecanuto, apostolice Sedis prothonotarii, preceptoris Renversi, presentibus nobili Jacobo de Expagnia et Reymundo Lullini, ac nobilibus Humberto de Bona, Petro Gavit et Ny. Lingot, consindicis, prefatus dominus Renversi sponte confitetur habuisse a Girardo de Fogia, receptore emolumentorum civitatis Gebenn., presente, ducentum scuta auri Sabaudie, per communitatem liberaliter donata illustri et reverendo domino nostro Gebenn. episcopo ex eo quod ipse armigeros non duxit Chamberiacum, de quibus communitatem, nomine domini nostri, quictat etc. — *(Levatum est in dorso mandati, anno quo supra millesimo iiij^c lxx quinto, indicione octava, die vj^a junii.)*

Martis xiij^a junii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Jo. Orseriis, H. de Expagnia, Lestelley, G. Ravenelli, G. de Vaudo, A. de Sancto Mi-

[1] *Lictera* a été écrit après coup.

chaele, P. Magnini, Jo. Carerii, R. Privissini, P. Cortagerii, Ste. Pecollat.

Fuit propositum an vel ne designerii debeant restituere et tradere illis de eorum designeria terciam partem argenti per ipsos designerios pro armata recuperati, actento quod non fuerunt ordinate ad solvendum nisi due partes.

Super quibus fuit conclusum et ordinatum quod tercia pars restituatur et reddatur illis qui solverunt.

Item et quod vocentur designerii ad reddendum computum de receptis per ipsos.

Item super supplicacione tradicta per Franciscum Barberii, macellarium, qui petit solvi equum traditum nobili Humberto de Bona.

(40) Ordinatur quod restituatur equus dicto Francisco, insequendo tenorem mandati super hoc facti.

Item et prout jam fuit ordinatum martis proxime preterita, quod revocantur capitanei.

Item ordinatur quod due designerie carreriarum Perroni uniantur insimul. Et eligitur designerius Ansermetus Mistralis, qui noluit acceptare.

Super supplicacione porrecta contra G. Falquet, designerium, commictitur Jo. Carerii, P. Cortagerii et Cavuicini.

Johannes Carrerii eligitur locumtenens in officio sindicatus pro Nycolino Lingocti, qui ivit ultra montes.

Veneris xvj junii, fuerunt unite simul designerie ambarum carreriarum Perroni et fuit receptus, cum juramento, designerius Petrus de Cresto, chapellerius.

Martis xx junii, in Domo ville, fuit tentum consilium in quo asistentes fuerunt subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, A. de Sancto Michaele, Lestelley, H. de Expagnia, G. de Vaudo, G. Ravenelli, R. Privissini, P. Braseti.

Ibidem nobilis Humbertus de Bona, consindicus, peciit et requisiit sibi satisfieri per communitatem de servicio suo et labore per eum substento et supportato in officio capitanatus, maxime tempore quo ipse non erat sindicus, de qua requisicione peciit fieri licteram testimonialem.

Super quibus propositis et demandis, ipse nobilis Humbertus de Bona et nobiles P. Gavit et Jo. de Fogia, consindici, nomine communitatis, sponte se compromiserunt et compromictunt in supranominatos consules, quibus dant omnimodam potestatem de premissis demandis cognoscendi, decidendi, ordinandi et sentenciandi, et promictunt, juramentis suis, habere ratum et gratum quicquid per dictos consules fuerit cognitum et ordinatum, pacto rato manente etc.

(41) Inde quod fuit per supranominatos consules ordinatum, cognitum et pronunciatum super premissis demandis prout sequitur, videlicet quod prefati sindici, nomine dicte communitatis, teneantur et debeant solvere Francisco Barberii, macellario, pro dicto nobili Humberto de Bona, novem scuta auri Sabaudie ad causam remanencie precii unius equi per eundem Franciscum dicto nobili Humberto tradicti, et quem equum habet dictus nobilis Humbertus de Bona, et, mediantibus dictis novem scutis, communitas sit et esse debeat quicta a dicto nobili Humberto, de toto tempore preterito usque ad diem presentem, de hiis omnibus que ipse nobilis Humbertus petere posset dicte communitati ad causam dicti officii capitanatus.

Quam pronunciacionem supradicti sindici approbaverunt et ratiffi-caverunt ipsamque promiserunt habere ratam et gratam, precipientes, de consensu supranominatorum consulum, fieri mandatum precisum dicto Francisco Barberii de sibi solvendo dicta ix scuta, incluso quodam mandato condicionato de restituendo dictum equum per ipsum Humbertum dicte communitati etc... pridem jam facto. — *(Levatum est mandatum.)*

Martis xxvij junii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Jo. Orseriis, A. de Sancto Michaele, G. de Vaudo, Jo. Carerii, P. Magnini, R. Privissini, P. Braseti, P. Cortagerii, G. de Caro.

Fuit locutum de faciendo supplicacionem in favorem omnium notariorum, burgensium et habitatorum in civitate, quod eorum prothocola remaneant eorum heredibus et quod non extrahantur extra civitatem.

Ordinatur quod fiat supplicacio et fiat mencio dominis de capitulo.

Nobilis Humbertus de Bona iterum peciit sibi satiffieri de pena per eum habita in officio capitanatus.

Super qua peticione concluditur quod servetur ordinacio recepta per de Caro. Et eciam ordinacio facta martis proxime preterita, que fuit de ix scutis pro omnibus.

(42) Nobilis P. Magnini exposuit et dixit quod ipse fieri fecit duas vestes, unam mancipio suo et aliam mangono suo. Petit solvi pannum dictarum vestium.

Nichil fuit conclusum.

Lune iij^a julii, fuerunt congregati designerii et fuerunt presentes duo sindici.

P. Gavit, Jo. Fogia; — primo Jo. Carerii, Jo. Mastrocti, Franciscus de Vaudo, Reymondus Coste, loco Glaudii Falqueti, qui Reymondus cum juramento fuit admissus, Theobaldus Albi, Franciscus Perrotini, Jaquetus Legras, Glaudius de Castronovo, Angellinus de Vellis, Franciscus Serrason, Glaudius Jaqueti, Glaudius Serralion, Jacobus de Villario, Henricus de Fon[tan]is, loco Petri de Ruella, Laurinus Colier, Jo. Tornerii, Jo. Chambaz, Anthonius Fabri.

Quibus designeriis dictum et expositum fuit per sindicos quod dicti designerii et alii absentes teneantur et debeant ponere in portis civitatis custodes, quilibet ipsorum unum hominem in die, videlicet magistrum domus, durante tempore quo illustris et reverendus dominus noster episcopus erit extra civitatem, et quod ipsi custodes non permictant aliquem intrare in armis infra civitatem, et maxime de partibus Breysie, et si a casu aliquis intret, quod ipsi custodes notifficare debeant consilio episcopali et sindicis [1].

Et hec premissa injunxerunt designeriis, sicut eisdem sindicis fuit preceptum per consilium episcopale, sub pena lx grossorum et indignacionis domini nostri episcopi.

(43) *Martis iiij^ta julii,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, G. de Vaudo, Jo. Carrerii, P. Magnini, R. Privissini, P. Cortagerii, G. Caro.

[1] Voir ci-dessus, p. 370, n. 1. L'évêque Jean-Louis se trouvait alors en Piémont; Gabotto, *loc. cit.*, p. 140, n. 7.

Fuit locutum de quodam inculpato cepisse duos equos, detento in Ensula, et fuit appunctuatum quod fiat justicia secundum consilium dominorum doctorum.

Item fuit propositum et supplicatum, per vigilles, quod illi de Sancto Gervasio debeant saltem pro media parte contribuere ad onera vigillum.

Fuit ordinatum quod graciose requirantur et exortentur ad contribuendum.

Accessit eciam quidam juvenis Picardus, qui dixit quod ipse fuit detentus in castro Ensule, propter aliqua nova que reportavit et dixit de guerra domini Burgundie, et fuit remotus sibi suus equus; ideo petit de aliquo sibi subveniri per sindicos et communitatem.

Fuit ordinatum, de dicto Picardo, quod sindici pro eodem loqui debeant dominis de consilio episcopali quod ipsi faciant tantum sibi quod ipse habeat causam se contentandi.

Fuit mandatum receptori pro resta tercie partis expense magni ponderis, ut in rotulo exhibito, de xxv florenis, xj grossis et vj denariis. — *(Levatum est.)*

Martis xj jullii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, H. de Expagnia, Lestelley, G. de Vaudo, Jo. Carerii, P. Magnini, R. Privissini, P. Cortagerii, G. Carro.

Fuit locutum de custodia portarum civitatis et pontis Arreris, et quod fiat bona custodia et diligencia, et exponatur in consilio episcopali quod reparetur cathena pontis Arreris.

Item fiat mandatum Henrico Emerici, alias de Expagnia, de sex scutis Sabaudie per ipsum communitati concessis pro tradendo cuidam Picardo, servitori domini Burgundie. — *(Levatum est.)*

(44) *Martis xviij julii,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, Lestelley, H. de Expagnia, G. de Vaudo, Ravenelli, Jo. Carerii, P. Magnini, R. Privissini, H. Valeti, P. Cortagerii, Carro.

Fuit locutum de providendo et custodiendo quod Alemani non faciant insultum Lumbardis.

Et ordinatum quod signifficetur dominis de consilio episcopali.

Item et de barreriis fiendis in portis civitatis.

Item et quod mutetur quidam Burgundus, hospitalerius hospitalis Plani Palacii, quia multi de eo se conquerunt quia rimorosus est.

Et ordinatur quod ponatur unus alius loco sui.

Martis xxv julii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Versonex, Jo. de Orseriis, Ay. Lestelley, G. Vaudo, P. Magnini.

Mermetus Michallie dedit supplicacionem super quodam edifficio quod facere intendit in portu Molaris, supra lacum.

Super qua fuit ordinatum quod ipse nichil novi facere debeat usque ad aventum illustris et reverendi domini nostri Gebenn. episcopi, qui de presenti est ultra montes.

Eciam fuerunt nominati pro eundo apud Friburgum, pro parte domini nostri episcopi, dominus Petrus Mermeti, et, pro parte civitatis, Girardus de Vaudo.

(45) *Mercurii xxvj julii,* fuit tentum consilium in Domo ville.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, Jo. Carerii, Ste. Achardi, P. Magnini, G. Caro.

Fuit propositum de mictendo apud Friburgum, sicut heri fuit arrestatum in consilio episcopali.

Nichillominus quod postea aliqui ex dominis de consilio episcopali dixerunt quod civitas provideat de personagio ydoneo et de expensis sibi ministrandis.

Super quibus fuit ordinatum et appunctuatum quod stetur ordinacioni heri facte in consilio episcopali.

Martis prima augusti, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium in quo interfuerunt :

H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Jo. Orseriis, Lestelley, G. de Vaudo, Jo. Carerii, Caro, R. Privissini, P. Cortagerii, Jo. Clerici, qui hodie fuit admissus consiliarius et prestitit juramentum, G. Ravenelli.

Fuit ordinatum quod officium cride proclametur et plus offerenti ad firmam detur, dum tamen sit sufficiens ad cridandum, et si Robertus

de Cresto velit dare tantum sicut unus alius, quod sibi tradatur, quia ipse est satis ydoneus ad cridandum, et quod sufficienter fidejubeat de solvendo firmam.

De facto mulieris litigantis contra sindicos, ordinatur quod prosequatur causa.

(46) *Firma cride.*

Anno Domini m° iiij^{c} LXX quinto, indicione viij^{a} et die Veneris quarta mensis augusti, coram me notario et testibus personaliter constituti nobiles et honorabiles viri Petrus Gavit et Johannes de Fogia, consindici, suis et aliorum consindicorum nominibus, secum asistentibus Johanne Carerii et Hugoneto Valeti, consiliariis etc. Qui consindici sponte admodiant et ad firmam tradunt Roberto de Cresto, vigilli, presenti et acceptanti, videlicet officium cride civitatis et ad communitatem pertinens, spacio unius anni jam incohati die festi beate Marie Magdalenes proxime preteriti et simili die finiendi, et hoc sub firma dicti anni sexdecem florenorum auri parvi ponderis, quos dictus Robertus, tanquam principalis, et, ad ejus preces et requisicionem, Petrus Cortagerii, barberius, civis Gebenn., ejus fidejussor et principalis in solidum... Qui promictunt juramentis suis solvere in manibus Girardi de Fogia, receptoris, medietatem in principio dicti anni et medietatem finito dicto anno seu in fine dicti anni, omni excepcione cessante et non obstantibus quibuscumque excepcionibus, cum expensis fiendis etc. Promictentes dicte ambe partes, videlicet dicti sindici manutenere, et dicti principalis et fidejussor solvere, et dictus Robertus hujusmodi officium fideliter et probe exercere et neminem, racione dicti officii, opprimere indebite etc. Submictentes se etc. Renunciantes presertim fidejussor juridicenti principalem prius fore conveniendum quam fidejussor etc. Volentes fieri duo instrumenta. Acta fuerunt hec in Domo Communi ville, presentibus Johanne Matelli et Mermeto de Nanto, fornerio, testibus etc. — *(Alibi duplicata est.)*

Associacio.

Anno et indicione suprascriptis, die viij^{a} augusti, Robertus de Cresto in officio cride associat Nycodum de Grangia, suctorem, ad medium perde et lucri, pro anno suprascripto, et promictunt reddere bonum

computum alter alteri de recipiendis per eosdem in dicto officio etc., cum promissionibus et renunciacionibus opportunis. Actum Gebennis, in domo mis notarii, presentibus Johanne Clementis, notario, et Johanne de Petra, alias Balaz, testibus etc. — *(Alibi est duplicata.)*

Martis viij^{a} augusti, in Domo Communi, fuit tentum consilium.

H. de Bona, Gavit, Fogia, consindici; — Jo. Orserres, Lestelley, G. Vaudo, P. Magnini, Jo. Carerii, P. Cortagerii, R. Privissini, Jo. Clerici, H. Valeti, B. Dorerii, G. Caro, Ste. Pecollat.

Fuit locutum de domo quam Mermetus Michallie edifficare vult in portu Molaris. Et fuit ordinatum quod non fiat.

Item magister Jacobus Tombeti petit sibi restitui certa pignora sibi levata ob non solucionem leve. Et fuit ordinatum quod solvat.

Item fuit dictum Stephano Pecollat quod consilium jam pluries ordinavit quod ipse de cetero se non intromictat de officio capitanatus civitatis, actento quod ipse excessive petit salarium suum. Qui Stephanus respondit quod ipse a post quod dedit rotulum suum nichil petere intendit, et quod a modo in antea ipse non intendit aliquic facere circa dictum officium, nisi de mandato dominorum sindicorum et consiliariorum.

(47) Item fuit ordinatum quod de cetero nullus debeat eligi nec admicti capitaneus, nisi sub salario unius scuti Sabaudie pro quolibet mense quo ipse vacabit circa dictum officium, inherendo cuidam ordinacioni jam super premissis facte de mense marcii [1], audientibus et non contradicentibus supranominatis Humberto de Bona et Stephano Pecollat.

|| Ordinatur dari Jacobo Chabodi, vigilli, ex eo quod ipse fuit verberatus in servicio civitatis, ij florenos. || — *(Habuit.)*

Fuit datum valor unius burgensis nobili Petro Magnini, usque ad summam sex florenorum, in recompensacionem expensarum per ipsum substentarum circa officium capitanatus. — *(Levatum est mandatum.)*

Et qui ex nunc se obtulit servire communitati gratis et absque coustu.

Veneris xj augusti, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium strictum et de L^{ta}.

[1] Ci-dessus, p. 360.

P. Gavit, Jo. Fogia, Lingocti, consindici; — domini doctores Bartholomeus de Sancto Martino, Jo. de Saxo, Jo. Botholierii; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, Lestelley, H. de Expagnia, R. Privissini, Ste. Achardi, Jo. Clerici, B. Dorerii, Caro; — L : Roletus Arnaudi, Jo. Mestrocti, Ja. Paqueti, Jo. Roberti, Hugonetus Grossi, Jo. Ruffi, Angellinus de Vellis, Jo. Tornerii, P. Mermodi, Ja. Legras, Glaudius de Castronovo, P. Pascoti, Guigo Locheti, Jo. Brasardi, Theobaldus Albi, Guillelmus Borgesii, P. Jaqueti, Valterius Charavex, Lorinus suctor, (48) Jo. Chambaz, Jaquetus Roguz, Perretus Chenuti, P. Flory, Reymundus Coste, P. Gatilliardi, Franciscus Violant, P. Darlou, Reymundus Lullini, P. Parfontane, Glaudius Boverii, P. de Ruella, Glaudius de Peymex, Peronetus Emonini, Jo. Peytralis, magister Henricus barberius, P. Levrerii, Symondus de Riva, Girardinus pelliparius, Jo. Ginodi, Clasquinus pelliparius.

Coram quibus fuit propositum quod illustris et reverendus dominus noster episcopus dicere fecit, per os domini Renversi, dictis sindicis associatis de infra nominatis : Ay. Versonex, Jo. de Orseriis, A. de Peymex, H. de Expagnia, Ay. Lestelley, Ste. Achardi, G. Ravenelli, Jo. Carerii, Jo. Clerici et B. Dorerii, quod ipse volebat omnino fortifficare civitatem suam, presertim perficere fossalia Sancti Gervasii, et quod Bernenses semper minantur[1], ideo quod ipse intendit oviare eorum maliciis, et quod hoc fieri non potest sine magna quantitate pecuniarum.

Et pro pecuniis reperiendis et habendis circa premissa, quod ipse vult imponere aliquod graciosum tributum ad certum tempus super carnibus et mercanciis vendendis, et eisdem supranominatis dedit onus cum juramento ordinandi dictum tributum, quod et fecerunt, tamen nundum sibi retulerunt donec habita deliberacione quorum supra.

Super quibus premissis fuit appunctuatum et ordinatum quod antequam ad ulteriora procedatur, quod premissa publicentur et tradantur dominis de capitulo et quod interveniat consensus dicti capituli.

(49) *Martis xv augusti,* in Domo Communi, fuit tentum consilium ordinarium, existentes : H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Lingocti, sindici; — Jo. Orseriis, G. de Vaudo, Jo. Carerii, R. Privissini, P. Cortagerii, P. Magnini, Jo. Clerici, G. Quaro.

[1] La ville de Berne écrit, le 9 août 1475, à l'évêque et au comte de Genève, pour se plaindre du passage des soldats italiens qui traversaient la Savoie et Genève pour gagner la Bourgogne; voir E. von Rodt, *Die Feldzüge Karls des Kühnen,* t. I (Schaffhouse, 1843), p. 498-499.

Fuit propositum, ex parte macellariorum civitatis, quod dominus castellanus hujus civitatis eisdem macellariis inhiberi fecit per Nycodum Monitier, servientem, sub pena lx grossorum, ne ipsi de cetero vendant aliquem porcum in eorum banchis, sine ipsius licencia.

Ordinatur quod sindici loquantur domino castellano.

|| *Mercuri* || *Jovis xviij* [*xvij*] *augusti,* in Domo Communi ville, de sero, fuit tentum consilium; asistentes fuerunt :

P. Gavit, Jo. Fogia, Lingocti, consindici; — Ay. Versonex, Jo. Orserres, Lestelley, H. de Expagnia, P. Magnini, R. Privissini, G. Ravenelli, Jo. Clerici, P. Cortagerii, B. Dorerii, Caro.

Fuit propositum, pro parte sindicorum, quod ipsi sindici erant assignati et confinati in domo episcopali per venerabilem virum dominum Petrum de Viriaco et dominum castellanum, de mandato illustris et reverendi domini nostri episcopi, sumpta occasione quod ipse non potuit habere numerum gencium in armis per ipsum petitum ad ipsum associandum apud Allium[1].

Resolucio fuit quod sindici recurant et recurere debeant ad dominos de capitulo et ad consilium episcopale antequam ipsi vadant ad carceres.

(50) *Martis xxij augusti,* fuit tentum consilium ordinarium in quo fuerunt asistentes :

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Jo. Orserres, Anthonius de Sancto Michaele, G. de Vaudo, R. Privissini, P. Magnini, Jo. Clerici, Caro, Valeti, B. Dorerii.

In quo fuerunt proposita sequencia : primo super provisione fienda super arrestacione sindicorum facta in domo episcopali et tenenda ibidem.

Item quod domini de capitulo non dimictunt bursare grossum cimbalum diebus mercuri pro processione Sancti Sebastiani, sicut consuetum est.

[1] Dans la nuit du 16 au 17 août, un corps bernois s'était emparé du bourg et du château d'Aigle; l'évêque de Genève arriva trop tard pour sauver la place. Voir Rodt, ouvr. cité, t. I, p. 500.

Peciitque Humbertus de Bona sibi solvi unum capucium per ipsum perditum faciendo vigil et sibi fieri unam vestem.

Concluditur quod nichil solvatur de capucio neque de veste.

Super vero aliis materiis, quod vocentur domini doctores et alii multi de civitate et consilium de L^ta.

Fiat mandatum ambasiatoribus qui fuerunt apud Allium, de sex florenis, tribus grossis et tribus denariis, prout in rotulo continetur.—*(Levatum est.)*

Martis xxix augusti, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Jo. Orseriis, Lestelley, G. Ravenelli, Jo. Carerii, P. Magnini, R. Privissini, Jo. Clerici, P. Cortagerii, Caro, B. Dorerii.

In quo consilio ordinatum fuit quod sindici loqui debeant illustri et reverendo domino nostro episcopo, quod cessent custodes portarum durantibus nundinis.

(51) *Martis v^ta septembris,* in Domo Communi, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

H. de Bona, Jo. Fogia, Ny. Lingocti; — Jo. de Orseriis, Ay. Lestelley, A. de Peymex, Girardus de Vaudo, G. Ravenelli, Jo. Carerii, R. Privissini, P. Magnini, P. Cortagerii, G. Caro, H. Valeti.

P. de Arlo et G. de Caro promiserunt stare ordinacioni sindicorum et consilii super mercede et factura instrumenti alarum per ipsum G. recepti etc.

Eciam ordinatur quod de salario aule nobilis Anthonii Hospitis, in qua pluries fuit tentum consilium, petito per de Caro, quod eidem solvantur iij floreni.

Item ordinatur quod communitas retineat iiij^or balas de saupetraz emptas per Ny. Lingocti, consindicum, precio cujuslibet libre ij solidorum et ix denariorum, et assignatur solucio ejusdem Nycolini super pecuniis introgii bocetorum anni proxime futuri, videlicet super primis pecuniis recipiendis.

Jacobus Paqueti, Ansermetus de Platea et plures alii conqueruntur de mercatoribus extraneis qui vendunt pannum ad ulnas, et petunt eisdem inhiberi cum non sint burgenses.

Martis xij septembris, in Domo ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Lestelley, Jo. Orseriis, G. de Vaudo, Jo. Carerii, R. Privissini, P. Magnini, P. Cortagerii, G. Caro, H. Valeti, Jo. Clerici.

Fuit propositum de vendendo domum hospitalis, sitam ante ecclesiam Marie Magdalenes et precium ejusdem convertere alibi, videlicet emere grangiam et pratum Johannis Malens, in qua grangia reponuntur infirmi de peste [1].

Ordinatur quod loquantur sindici nobili Aymoni de Versonex si voluerit consentire.

Item et nobili Amedeo de Saxo si voluerit alibi mutare censam dicte grangie seu affranchiare quod sibi pertinet.

Et, hoc facto, quod procedatur ad vendendum et emendum.

Item super eo quod sindici dicunt se esse arrestati, quod loquantur domino Renversi.

(52) *Martis xix septembris,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — Jo. Orseriis, Ay. Lestelley, Jo. Carerii, G. de Vaudo, R. Privissini, P. Magnini, G. Caro, Jo. Clerici, A. de Sancto Michaele, P. Cortagerii, H. Valeti.

Fuit locutum de vino novo quod quidam vendidit sex denariis quarteronum.

Ideo ordinatur quod non vendatur nisi iiij^or denariis.

|| Ordinatur dari Jacobo Chabodi, vigili, sex florenos cum dimidio, solvendos super uno burgense fiendo, in recompensacionem verberis sibi facti. || — *(Levatum est.)*

Martis xix septembris, post prandium, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — Jo. Orseriis, A. de Peymex, Ay. Lestelley, H. de Expagnia, Ste. Achardi, Jo. Carerii, B. Dorerii, A. Achardi, G. Caro, Jo. Clerici, P. Magnini.

[1] Voir ci-dessus, p. 355, n. 1, et p. 361, n. 1.

Fuit propositum quod illustris et reverendus dominus noster Gebenn. episcopus petit sibi preparari sex centum homines sufficienter armatos et in armis expertos.

Super quibus fuit responsum, per os providi viri Johannis de Fogia, consindici, inter cetera, quod populus sue civitatis semper fuit et est bene obediens prelibato domino nostro, ita plus quam franchesia requirat.

Qui consindicus, incontinenti prolatis dictis verbis, fuit, ut reffertur, assignatus in domo episcopali responsurus intitulandis in eum.

Ordinatur super premissis quod vocentur consilium de L^ta^ et designerii, et premissa eisdem exponantur.

(53) *Die Mercuri xx septembris,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Lingocti, consindici; — domini Jo. Magnini, Jo. de Saxo; — Jo. de Orseriis, H. de Expagnia, G. Ravenelli, Jo. Carerii, P. Magnini, P. Braseti, Jo. Clerici, P. Cortagerii, Caro, H. Valeti; — L^ta^ : Guillelmus Fabri, Hugonetus Grossi, Roletus Arnaudi, Girardinus pelliparius, P. Exerton, G. Jaqueti, Jo. Peytralis, Theobaldus Chicant, Jo. Brasardi, Ludovicus Michallie, Reymundus Lullini, Nycodus de Nanto, Jacobus Nergaz, A. Fabri, G. de Castronovo, Hugonetus de Ponte, Jacobus Paqueti, Ste. Marqueti, Jo. de Crosa, P. Flory, Angellinus de Vellis, Jaquetus Legras, P. Mermodi, F. Serrason, P. Levrerii, Jo. Chambaz, Reymundus Coste, P. de Ruella, P. Arlo, Jo. Ansermeti, Martinus Bellocti, Guillelmus Serralion, magister Durotilus (?), P. Marlii, P. Mermilliodi, R. Privissini, Glaudius Bellocti, P. de Cresto, P. Gatiliardi, Oliverius condurerius, Henricus Fabri faber.

(54) Coram quibus fuit propositum per sindicos quod illustris et reverendus dominus noster Gebenn. episcopus petit sex centum homines armigeros et in armis expertos et illos habere vult cras de sero.

Ideo queritur quid sit sibi respondendum.

Super quibus premissis concluditur quod non potest fieri bona responsio sine deliberacione consilii generalis.

Igitur ordinatur quod non fiat aliqua responsio affirmativa neque negativa donec prius habita deliberacione consilii generalis, et cras mane cridetur et teneatur dictum consilium generale.

Jovis in crastinum, xxj septembris, de mane, in claustro Sancti Petri, fuit tentum consilium generale ad sonum grossi cimballi, more solito, in quo fuerunt asistentes subnominati cum pluribus aliis.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Lingocti, sindici; — domini Jo. Magnini, Jo. de Saxo, Ludovicus Botholierii; — A. de Peymex, Jo. de Orseriis, H. de Expagnia, G. Ravenelli, Jo. Carerii, R. Privissini, P. Braseti, Bezansonus Dorerii, Ja. Tombeti, Nycodus de Nanto, Jacobus Nergaz, P. Guersi, Franciscus Grossi, P. de Vessiaco, Henricus Galatini, Ludovicus Michallie, P. Gatilliardi, P. Ciclat, P. Prioris, Jo. Clerici, Jo. Malagniodi, Jo. Pecollat, Valterius Charavex, Bernardetus centurerius, Ste. Pecollat, Jo. Roberti, Jo. de Alamagnia, Nycodus Regis, Jo. Bernardi, Martinus Danelli, Anthonius Lionardi, P. Gacheti, Aymonetus tonsor, P. Cardinalis condurerius, Glaudius de Leydefort condurerius, Franciscus Barberii, Rosirez, (55) Jo. Maliardi, Jo. Novelli, Georgetus Porterii, Humbertus greator, Amedeus de Bornando, Franciscus Malieti, P. Levrerii, Ludovicus Brant, P. de Cresto, Franciscus chapellerius, Perretus Chenuti, Andreas Emerici, Jo. Albi, Jo. Ansermeti, Franciscus Chambrerii, Guillelmus Barre, Berterat, Ste. Corderii, Jo. de Ponte, P. Meynodi, Guillelmus pictor, Bartholomeus Bernardi, Jo. Pollerii, Ludovicus dou Pontit, Reymundus barberius, Jo. Balli, Jo. Peytralis, Martellet, Hugonetus Bocardi, G. Caro, G. de Cruce, Lorens condurerius, Roletus Arnaudi, Clasquinus pelliparius, Jo. de Gex suctor, parvus Johannes serviens, Guillelmus Borgesii, P. Boconz, Davano condurerius, Jo. de Cresto, Glaudius Bellocti, Jo. de Crosa, Jo. Fontane greator, Glaudius Morelli, P. Moneti, Glaudius Tissocti, Jo. Machery condurerius, P. de Villaz, Anthonius de Sancto Michaele, magister Henricus Fabri, Ludovicus Barru, Breyseti, Jo. Polliuti, P. Prepositi, H. Beatrisii, Hugonetus Valeti, Ludovicus Morelli, P. Exerton, Jo. Marlii, Mermetus de Nanto, Guillelmus Fabri, Reymundus Coste, P. Parfontane, Amedeus pocterius, Ansermetus Mistralis, Hugonetus de Ponte, P. Vignioli, P. de Cruce chapellerius, Jo. de Gerdili macellarius, (56) F. Borsat, Mermetus Michallie, Jo. Monteysel, Hugonetus Grossi, Jo. Benoat, Jo. de Bauliduz, Jo. de Nanto condurerius, F. Chautens, Ja. de Fontana barberius, Jo. Bracoz, Ste. de Furno, Jacobus Bochet, Jacobus de Villario, Jaquetus Legras, P. Mugnerii, Hugonetus Bosonis, filius Jo. Lingot condurerius, Ste. Marqueti, Hugonetus Jacandi, F. Ser-

rason, P. Mermodi, Jo. Porterii, Jo. Engley, P. Falqueti appothecarius, Jo. Pocterrelli.

Coram quibus, parte dictorum sindicorum, fuit propositum quod illustris et reverendus dominus noster episcopus et princeps petit sibi provideri de sex centum hominibus armigeris et in armis expertis, et ipsos habere vult hodie de sero. Petentes dicti domini sindici qualem responsionem ipsi super premissis facere debeant.

Super quibus retro propositis, auditis omnium votis, concluditur et ordinatur ut sequitur.

Primo quod fiat benigna excusacio dicto domino nostro, remonstrando sibi paupertatem populi sue civitatis et onera que substinuit a sex annis citra.

Secundo quod populus humiliter supplicat et requirat prelibato domino nostro sibi servari, actento quod est terra ecclesie, franchesias et bonos usus sue civitatis, sicut fecerunt sui predecessores.

Tercio dicendo paratos se offerentes esse veros obedientes et sibi domino nostro omnino servire et obedire, ipsumque et ejus statum, infra suam civitatem, omnino deffendere, et hec premissa se offerunt facere de majore usque ad minimum et de minimo usque ad majorem, semper infra suam civitatem.

Martis xxvj septembris, in Domo ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — Jo. Orseriis, Vaudo, G. Ravenelli, P. Magnini, Jo. Clerici, Caro, P. Cortagerii, H. Valeti.

Ordinatum fuit quod domini sindici intiment et precipiant designeriis, ex parte domini nostri episcopi, quod ipsi notifficent eorum personis quod sint parate in armis secundum injunciones eis factas, ad finem quod si dominus noster indigeret, quod ipsi essent parati.

(57) *Martis tercia octobris,* fuit tentum, in Domo Communi ville, consilium ordinarium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — Jo. Orseriis, Lestelley, G. Vaudo, Jo. Carerii, G. Ravenelli, R. Privissini, P. Magnini, G. Caro, P. Cortagerii, H. Valeti, Ste. Pecollat.

Fuit iterum locutum de mandato Stephani Pecollat, si mandatum fieri debeat de l^{ta} florenis vel de lx florenis, quia jam est de dictis l^{ta} factum et ordinatum de mense marcii.

Super quibus ordinatur quod fiat sibi mandatum, pro omnibus laboribus et serviciis per ipsum substentis a toto tempore preterito usque ad diem presentem, de sexaginta florenis. — *(Et levatum est mandatum sub data xxix marcii, quod habet.)*

Fiat eciam mandatum G. Viennesii, pro factura instrumenti affranchiamenti casalis, de duobus florenis.

Eciam locutum fuit super materia imposicionis quam vult fieri dominus noster episcopus.

Super qua materia ordinatur quod fiat excusacio quod non fiat, et dilatetur materia.

Veneris sexta octobris, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Gavit, Fogia, consindici; — Orseriis, P. Magnini, R. Privissini, Jo. Carerii.

(Nota! Burgensis.) — Fuit creatus burgensis Bartholomeus Mermodi, suctor, parrochie Sancte Crucis, pro et mediantibus septem florenis et uno selliocto.

Die Dominica viij^{a} octobris, post prandium, fuit tentum consilium in Domo ville, in quo fuerunt asistentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — A. de Peymex, Jo. Orseriis, A. de Sancto Michaele, H. de Expagnia, G. Ravenelli, P. Magnini, R. Privissini, B. Dorerii, H. Valeti, G. Caro, P. Cortagerii, Glaudius de Peymex, Ja. Legras, F. Serrason, Jo. Tornerii, P. Flory, P. de Cresto, Glaudius de Castronovo, (58) P. Mermodi, A. Fabri, P. Gatilliardi, P. Jaqueti, Reymundus Lullini, Jo. Mestrocti, P. Taconis.

In quo consilio fuit satis locutum de imposicione fienda et imponenda super mercanciis et carnibus, et quomodo reverendus dominus Renversi, ex parte domini nostri episcopi, exposuit quod imponatur imposicio.

Super qua materia, pro majori deliberacione fuit ordinatum quod domini sindici senciant opinionem dominorum de capitulo primo ante-

quam respondeant, et si non possent scire eorum velle, ordinatur quod dilatetur materia tantum quantum fieri poterit.

Martis x^a octobris, in Domo ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia; — A. de Sancto Michaele, Jo. Orseriis, Ay. Lestelley, G. de Vaudo, Jo. Carerii, P. Magnini, R. Privissini, P. Cortagerii, G. Caro, B. Dorerii.

In quo consilio fuit ordinatum quod domini sindici loquantur domino hospicii domini nostri episcopi et sibi remostrent quod, ex parte dicti domini nostri, non leventur victualia sicut bladum, menus et vinum.

Item quod dicti domini sindici asistere debeant cum Petro Taconis in quadam causa quam habet contra dominum castellanum.

Item Jo. Carerii acceptavit servire in officio sindicatus pro Lingocti.

Veneris xiij^a octobris, in Domo ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Lestelley, Jo. Orseriis, G. de Vaudo, Jo. Carerii, P. Magnini, P. Cortagerii, G. Caro, P. Braseti, B. Dorerii; — Ja. Negar [Nergaz], Hugonetus Grossi, Roletus Arnaudi, Theobaldus Chicant, Jo. Brasardi, Jo. Bouluz, Jo. Tornerii, (59) Jo. Malagniodi, Robinus Trium Regum, Reymundus Lullini, Jo. Peytralis, F. Grossi, P. Jaqueti, Ja. Paqueti, Jo. Levrerii, Jo. de Marlio, Valterius Charavex, Ja. Legras, F. Perrodi, P. Flory, Amedeus de Bornando, Jo. Rosset, G. Serralion, Jo. Bernardi, Ja. de Villario, P. Nycodi, Laurinus Colier, Nycodus Chenevalis, Orjollet macellarius, Jo. Deriacti, Nycodus Gabet, P. de Cresto, Reymundus Coste, Guigo Locheti, Hugonetus archerius, F. Serrason, A. Fabri, Ja. Tombeti, Henricus Folliosii, Jo. de Alamagnia, P. Taconis, P. Mermilliodi, P. Guersi, Jo. Roberti, magister Henricus faber.

Fuit propositum in effectu quod illustris et reverendus dominus noster episcopus petit sibi provideri de mille et quinque centum hominibus in armis expertis, pro adjutorio dando illustri fratri suo domino comiti Rotondimontis [1].

[1] Jacques de Savoie, comte de Romont, venait de rentrer dans le pays de Vaud. Les Bernois lui déclarèrent la guerre le 14 octobre et entrèrent immédiatement en campagne en s'emparant, le même jour, avec leurs alliés

Super qua peticione petunt qualis responsio debet fieri.

Fuit conclusum pro nunc quod sindici, associati aliquibus consiliariis, accedere debeant ad dominos de capitulo et premissa eisdem notifficare et consilium super responsione fienda eisdem petere.

Et, secundum eorum consilium et cum consilio civitatis, fiat responsio.

Martis xvij octobris, in Domo ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes :

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Versonex, A. de Peymex, Jo. Orseriis, Lestelley, H. de Expagnia, Jo. Carerii, G. Vaudo, (60) Reymundus Privissini, P. Braseti, B. Dorerii, P. Cortagerii, G. Caro, H. Valeti, P. Magnini; — Mermetus de Nanto, B. Vicencii, Jo. Mestrocti, P. Nycodi, Ja. de Villario, Franciscus Violant, Reymundus Lulini, P. Prepositi, P. Francisci alias de Vessiaco, F. Serrason, Ludovicus Brant, Jo. Engley, P. de Ruella, Jacobus de Fontana.

In quo consilio fuerunt petiti per venerabilem virum dominum Petrum de Viriaco et nobilem Aymonem de Versonex, pro parte domini nostri Gebenn. episcopi et principis, octo centum homines in armis expertos, refrenando jam petitum de mille et quingentis.

Fuit ordinatum quod refrenetur numerus viij centum ad sex centum, si fieri possit, et si non possit fieri, fiat possibilitas.

Dominico xxij octobris, fuit tentum consilium episcopale et consilium civitatis.

Venerabiles domini Petrus de Viriaco, Andreas de Malvenda officialis, B. de Sancto Martino, F. de Saconay, M. de Biollea, R. de Rossillione, P. Farodi, nobilis Ja. Neplaz, Ay. Versonex; — P. Gavit, Fogia, con-

les Fribourgeois, de la ville de Morat. Voir *Die Berner-Chronik des Diebold Schilling,* éd. G. Tobler, t. I, p. 287 et suiv.; H. Witte, *loc. cit.,* t. X, p. 202 et suiv. Les Bernois avaient donné aux Fribourgeois l'assurance que les possessions immédiates du duc de Savoie seraient respectées, mais ils entendaient bien étendre aux terres de l'évêque de Genève la guerre qu'ils entreprenaient. C'est ce qui résulte d'instructions dressées par le conseil de Berne, le 14 octobre, en vue d'une ambassade à envoyer au roi de France; voir J.-C. Zellweger, *Versuch die wahren Gründe des burgundischen Krieges aus den Quellen darzustellen,* dans *Archiv für schweizerische Geschichte,* t. V, p. 142-146.

sindici; — Jo. Orseriis, A. de Sancto Michaele, Ay. Lestelley, Jo. Carerii, A. Achardi, P. Braseti, G. de Vaudo, Caro, R. Privissini, B. Dorerii.

Fuit ordinatum quod fiat crida quod nullus civis, burgensis et habitator exire debeat domum suam nisi habeat glaudium deffensivum, et in armis ire debeat per civitatem.

Item quod nullus extraneus portare debeat gladium deffensivum.

Item quod quilibet designerius adducere debeat unum sufficientem hominem in armis ad faciendum vigil.

Item quod mendicantes exire debeant civitatem infra diem crastinam.

Item quod nullus debeat refferre aliqua nova si illa justifficare non possit.

Item quod dantur ferie usque post festum Omnium Sanctorum. Claudantur porte civitatis, exceptis tribus.

(61) *Lune xxiij octobris,* in Domo ville, fuit tentum consilium, post prandium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — A. de Peymex, Jo. Orseriis, H. de Expagnia, G. de Vaudo, R. Privissini, G. de Peymex, H. Valeti, G. Caro, B. Dorerii, Jo. Mastrocti, Ludovicus Ginodi, Jo. de Fontana, magister Jacobus dorerius, Jaquetus Legras.

Fuit propositum de fortifficacione civitatis fienda, maxime in burgo Sancti Gervasii.

Item de resistendo contra potenciam Alamagnorum vel de procurando quod tractetur pax, erga dominum nostrum episcopum et ejus [con]silium.

Fuit super premissis conclusum quod domini sindici procurent erga consilium episcopale quod mictatur una ambasiata ex parte domini nostri et ex parte civitatis, pro tractando pacem.

De fortifficacione Sancti Gervasii, pro nunc quod non fiat quia fieri non potest causa brevitatis temporis.

Martis xxiiij octobris, in Domo ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia; — Orseriis, G. de Vaudo, Jo. Carerii, R. Privissini, G. Caro, P. Braseti, P. Magnini, P. Cortagerii, B. Dorerii.

Fuit ordinatum quod cridentur ale, more solito.

Item et quod illi qui de armata venerunt debeant visitari et ipsos operari facere in fortifficacione civitatis.

Item quod mictatur ambasiata pro pace obtinenda apud Bernenses et Friburgenses [1].

Exposuit Anse Vanguinet, de Norembert, mercator, salvum conductum concessum per dominum nostrum episcopum.

Super supplicacione Roberti de Cresto, cride, ordinatur dari || medietas || valor unius burgensis per ipsum reperiendi usque ad summam || iiij^{or} florenorum cum dimidio || sex florenorum. — *(Levatum est.)*

Datur commissio ponendi agtillieriam in turribus et locis neccessariis Glaudio Ravenelli, Petro Braseti, G. de Vaudo et B. Dorerii.

(62) *Veneris xxvij octobris,* de nocte, in Domo ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. de Versonex, H. de Expagnia, ambasiatores; — Jo. de Orseriis, A. de Peymex, Lestelley, A. de Sancto Michaele, Jo. Carerii, G. de Vaudo, Ste. Achardi, R. Privissini, P. Cortagerii, G. Caro, B. Dorerii, P. Braseti, H. Valeti.

In quo consilio nobiles Ay. de Versonex et H. de Expagnia retulerunt gesta in ambasiata cum armigeris et potencia Alamanorum qui se conquerunt de quinque offensis eisdem, ut dicunt, in hac civitate Gebenn. factis. Et in effectu petunt fieri emendam, alias quod ipsi in armis venient ad dextruendum civitatem, et pro emenda petunt eisdem dari xx^{ti} millia scutorum [2].

Super quibus propositis fuit conclusum quod laboretur circa pacem habendam, et pocius procuretur pax quam guerra et teneatur pax pro aliqua congrua pecuniarum summa, licet de jure non teneatur civitas eisdem in aliquo, nichillominus habeatur pax.

[1] Les capitaines de l'armée suisse, écrivant le 24 octobre au Conseil de Bâle, annoncent que les villes de Genève et de Lausanne ont envoyé au devant d'eux des négociateurs pour traiter de la paix; voir *Joh. Knebel Diarium,* dans *Basler Chroniken,* t. II, p. 307.

[2] Sur cette négociation, comp. le récit de F. Bonivard, *Chroniques de Genève,* éd. G. Revilliod, t. I (Genève, 1867), p. 254, et surtout celui du chroniqueur bernois Schilling, éd. citée, t. I, p. 311 et suiv. Ce fut, en grande partie, l'opposition de Fribourg à la marche sur Genève, préconisée par les Bernois, qui sauva la ville du péril qui la menaçait. Voir, à ce sujet, les notes de l'éditeur de Schilling, *ubi supra.*

Sabati de mane xxviij octobris, in claustro beati Petri Gebenn., fuit tentum consilium generale in quo fuerunt asistentes cum pluribus aliis subnominati.

P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — egregius dominus Johannes Fabri, Ay. de Versonex, H. de Expagnia, ambasiatores; — Amedeus de Peymex, Jo. de Orseriis, G. de Vaudo, Jo. de Fontana, Ste. Pecollat, Peronetus Emonini, Jo. Porterii, Hugonetus de Ponte, Jo. de Crosa, Theobaldus Chicant, F. Macri, Jo. de Ponte, Ludovicus Turcheti, Guillelmus de Crosa, P. Braseti, Jo. Benoat, Laurinus Colier, Jo. de Marlio, B. Vicencii, P. Nycodi, G. Caro, Ja. Nergaz, P. Cortagerii, (63) G. Fogia, Anthonius Lionardi, Ansermetus de Platea, Reymundus Privissini, Ste. Achardi, B. Dorerii, Jo. Levrerii, Hu. Bocardi, Jo. de Boulo, G. Balet, Ste. Corderii, Vicencius Buffeti, P. Guersi, Reymundus Dorsier, Jo. Peytralis, Roletus Arnaudi, Glaudius Morelli, P. de Arlo, Ludovicus Morelli, Nycodus Regis, Jo. Tornerii, P. Gacheti, Ludovicus Ginodi, Jo. Braco, F. Clerici, Ste. de Puteo, Jo. Mestrocti, P. Mugnerii, Jo. Bernardi, P. Prepositi, Nycodus Chenevalis, Jo. Roset, Jaquetus Barberii, Jo. Challex, P. Blonnex, Jo. Chenevalis notarius, Franciscus Grossi, G. Fabri, Jo. Carerii, P. Vignioli, Hugonetus Bosonis, Bartholomeus Bernardi, Jo. Ansermeti, Guigo Lochet, Ja. Roguz, Charavex, P. Marescalli, G. Borgesii, magister Henricus faber, nobilis Nycodus de Grangia, Jo. Polerii, Ja. de Villario, A. Fabri, H. Beatrisii, Jo. de Nanto, P. Porralis, Ja. de Fontana, G. Monachi, Borsat, F. Malieti, Jo. Balli, H. Rogeti, G. Vicencii, Nycodus Balieti, Robertus Baudet, P. de Ruella, Jo. Calabri, F. Exerton, Mermetus Gotrosii, (64) G. Seralion, Ste. Garmesie, Glaudius Boverii, Ay. Blancheti.

In quo consilio fuit relatum, per os Jo. de Fogia, consindici, quod nobiles Ay. de Versonex et Henricus de Expagnia, ambasiatores, fuerunt missi cum reverendis dominis Petro de Viriaco et Bonifacio Fabri ad dominos Bernenses et Friburgenses, qui, cum magna armigerorum potencia, sicut notorium est, invaserunt et dextruserunt totam patriam Vaudi, et que armata deliberata est ad hanc civitatem accedere et ipsam civitatem invadere, tamen per bonas et vivas raciones eisdem demonstratas ipsi se supersederunt usque nunc. Ipsi vero dicunt quod temporibus preteritis ipsi fuerunt in hac civitate offensi et injuriati[1]; ideo petunt

[1] Voir ci-dessus, p. 295, n. 1.

eisdem emendam fieri, alias ipsi in armis et cum magna armigerorum potencia dextruent civitatem et ipsam invadent.

Igitur petunt quid sit fiendum super premissis, quia per hodie sunt assignati dicti ambasiatores facturi responsionem.

Super quibus premissis, auditis omnium votis, fuit conclusum et ordinatum quod tractetur de pace habenda et totis viribus fiat pax, si fieri possit, cum bono tamen consilio preceptoque et consensu illustris et reverendi domini nostri Gebenn. episcopi.

Et pro premissis sedandis, tractandis et peragendis, fuerunt iterum electi ex parte civitatis, cum aliis duobus dominis de capitulo, videlicet jam supranominati qui fuerunt nobiles Ay. de Versonex, Henricus de Expagnia, Amedeus de Peymex, Anthonius de Sancto Michaele, Ay. Lestelley et G. de Vaudo, qui illuc ad ipsos accedere debeant pro pacem concludendo.

Quibus generale consilium supranominatum, cum aliis duobus dominis de capitulo, dat et confert plenam et omnimodam potestatem et mandatum speciale de et super premissis agendi, concordandi, patifficandi, pacemque tractandi et concludendi prout eisdem utilius videbitur pro civitate fore fiendum.

Lune penultima octobris, fuit tentum consilium in Domo ville.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia; — P. Magnini, Jo. Orseriis, Braseti, Dorerii, Caro, Valeti.

Fuit ordinatum quod nobilis G. de Peymex habeat claves agtilierie et ordinet in locis neccessariis agtilieriam, et sibi asistere debeant in dicto officio P. Braseti et Bezansonus Dorerii. Et ipsis commictitur custodia clavium dicte agtilierie.

Martis ultima octobris, in Domo ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Fogia, Lingocti, sindici; — Ay. Lestelley, Jo. Orseriis, G. Vaudo, Jo. Carerii, P. Braseti, (65) A. Achardi, P. Magnini, G. Caro, B. Dorerii, R. Privissini.

Fuit ordinatum quod receptor recuperare debeat, nomine civitatis, alas, videlicet partem communitati pertinentem, pro anno futuro.

Fuit eciam multum locutum de modo habendi argentum pro solucione fienda armigeris bernensibus.

Die Jovis ij^da novembris, fuit tentum consilium generale in claustro Sancti Petri, ad sonum magni cimballi, in quo fuerunt asistentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — reverendi et venerabiles domini P. de Viriaco et Bonifacius Fabri, ambasiatores; — egregiique viri Jo. Magnini, Jo. de Saxo, Jo. Fabri et Jo. Botholierii, licenciati; — Ay. Versonex, Amedeus de Peymex, H. de Expagnia, eciam ambasiatores; — Jo. de Orseriis, R. Privissini, Jo. Carerii, P. Braseti, Anniquinus Copini, Peronetus Emonini, Guillelmus de Crosa, Nycodus de Nanto, Bartholomeus Vicencii, Hugonetus Grossi, A. Fabri, G. Caro, Franciscus Grossi, Jo. Levrerii, Guillelmus Rogeti, Jo. de Planis commissarius, (66) Jaquemetus Roguz, Hugonetus Bocardi, Stephanus de Puteo, Petrus Pacoti, Jo. Chavane, Laurencius Fabri, Janinus de Bornando, Symondus de Riva, Reymundus Lullini, Jo. Novelli, Bezansonus Dorier, Jo. Albi, Martinus Danelli, Jo. Bueti, Reymundus de Mota, Aymo [1] pocterius, Guillelmus Borgesii, Roletus Somaretaz, Jo. de Lamagnia, Ste. Mistralis borserius, Jo. de Jou, Girardus borserius de Perrono, P. Mugnerii, Anthonius Championis, Franciscus Chapellerii, Anthonius Berruti, P. Exerton, Mermetus Michallie, Roletus Arnaudi, Bartholomeus de Monte alias Bernardi, nobilis Nycodus de Grangia, Jo. de Gonvillie, Jacobus Griveti, P. Vignioli, Theobaldus Chicant, P. Gacheti, Jo. Ansermeti, P. Blonnex, Perretus Chenuti, Ste. Nergaz, P. Biollesii, F. Macri, Vicencinus Buffeti, G. Chivalerii, Jo. Calabri, Nycodus Chenevalis, Jacobus Thomasseti, Amedeus de Bornando, Glaudius Arnaudi, Jo. Benoat, P. Gabet, Jo. Monteysel, Jo. Peytralis, Petrimandus Mabosson, Nycodus Regis, Jo. Malagniodi, Jo. Chissina, A. Lionardi, Ja. Nergaz, Nycodus Gabet, magister Humbertus greator, Guigo Lochet, Ja. Paqueti, Hodriodus Ferra, Ansermetus de Platea, Jo. de Ponte, Jo. Boconis, (67) Mermetus de Nanto, G. de Fogia, Charavex, P. de Nanto, Ja. de Villario, P. Vesserii, Jo. Flory, P. Guersi, Ja. de Fontana, P. Flory, P. de Cresto, F. Malieti, Mermetus Borgesii suctor, Jo. Molerii, Ludovicus Turcheti, cum pluribus aliis representantibus totam communitatem civitatis Gebenn.

Coram quibus fuit propositum, ex parte reverendorum dominorum

[1] Le nom manque.

Petri de Viriaco et Bonifacii Fabri, necnon nobilium Aymonis de Versonex, Amedei de Peymex, H. de Expagnia, Aymonis de Lestelley et Girardi de Vaudo, ambasiatorum, qui, die Sabbati proxime preterita, fuerunt missi ex parte dominorum de capitulo et civitatis ad dominos Bernenses et Friburgenses et eorum armatam, ad patifficandum, tractandum et cum ipsis concordandum ne ipsi ad hanc civitatem accederent nec ipsam civitatem, vi armata, invaderent, cum omnimoda potestate tocius communitatis cum ipsis concludendi.

Qui domini ambasiatores effectu retulerunt et refferunt quod ipsi, cum magna et maxima perplecitate, post plura verba et replicaciones ab utraque parte factas, eciam cum magna tristicia, videntes dextrucionem civitatis et tocius patrie esse paratam, et que armata ad civitatem accedere volebat, pepigerunt et concordaverunt cum ipsis Bernensibus et Friburgensibus et eorum Liguis ad xxviij millia scutorum.

Quam summam scutorum convenerunt solvere, videlicet duo millia infra diem Sabbati proximam et decem millia infra unum mensem proximum et residuum infra proximum festum Epiphanie Domini.

Et pro premissis melius observandis ipsi dimiserunt in hotagium nobilem Anthonium de Sancto Michaele et Petrum Cortagerii, barberium.

Et eciam promiserunt et convenerunt mictere apud Friburgum seu Bernam iiij^or alios in hotagium, usque ad plenam solucionem dicte summe, videlicet nobiles filium Ay. de Versonex, filium Jo. de Orseriis, filium de Peyracto et Bonifacium de Sancto Michaele [1].

Ideo super premissis omnibus exponunt fieri provisiones neccessarias, videlicet primo quod reperiatur modus habendi duo millia scutorum pro redimendo Anthonium de Sancto Michaele et Petrum Cortagerii.

[1] Le traité conclu à Morges avec les capitaines suisses porte la date du 29 octobre 1475. Il a été imprimé dans *Amtliche Sammlung der ältern eidgenössischen Abschiede,* t. II, p. 567, d'après le *Lateinisches Missivenbuch* des archives d'Etat bernoises. Un exemplaire, non scellé, de ce traité existe aux Archives de Genève, *Pièces historiques,* n° 693. D'après le traité, la contribution imposée aux Genevois se montait à 26,000 écus d'or de Savoie; il est probable que les 2000 écus qui, suivant le registre, devaient être payés immédiatement, avaient été soustraits de la somme insérée au traité. Suivant Schilling, *loc. cit.,* p. 313-315, les ambassadeurs genevois durent aussi promettre de fortes sommes aux capitaines et aux magistrats suisses, mais on ne saurait admettre sans réserve le témoignage du chroniqueur bernois sur ce point. — Comp. E. Colombo, *Iolanda, duchessa di Savoia,* dans *Miscellanea di storia italiana,* t. XXXI, p. 132.

Et eciam de servando indempnes alios quatuor supranominatos qui ire debent infra Sabbati tenere hotagium usque ad totam solucionem dicte summe.

Super quibus premissis omnibus, post plura verba et plures actergaciones, consilium supranominatum dedit acque dat plenam potestatem dominis sindicis et eorum consilio ordinario dictam summam reperiendi per mutuum vel alias, sicut melius fieri poterit, primo ad habendum dictos Anthonium de Sancto Michaele et Petrum Cortagerii.

Et eciam de preservando indempnes alios quatuor supranominatos illud mictendos et al[i]as provisiones circa premissa neccessarias faciendo.

(68) *Martis septima novembris,* in Domo ville, fuit tentum consilium fueruntque asistentes :

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, N. Lingocti, sindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, Ay. Lestelley, G. de Vaudo, Jo. Carerii, G. Ravenelli, R. Privissini, B. Dorerii, H. Valeti.

Fuit electus ambasiator pro eundo apud Friburgum et Bernam Jo. de Fogia, consindicus, ad expediendum iiij^{or} millia florenorum.

Et fuit ordinatum sibi dari, pro octo diebus, sex scuta auri Sabaudie cum suis expensis. Et si stet plus de octo diebus, quod detur sibi florenus unus pro quolibet die, cum expensis suis.

Item fuit locutum utrum Glaudius Viennesii debeat contribuere in mutuo fieri ordinato vel ne?

Concluditur quod ipse debeat contribuere et si non in totum, saltem pro parte.

Item ordinatur fieri mandatum de librata per G. de Fogia, receptorem, fienda dominis Bernensibus et Friburgensibus et eorum confederatis de iiij^{or} millibus florenorum. — *(Levatum est.)*

Die Dominico post festum sancti Martini, xij^{a} novembris, in claustro beati Petri Gebenn., fuit tentum consilium generale ad sonum magni campanis, more solito, in quo fuerunt asistentes subnominati cum pluribus aliis.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — venerabiles viri domini Anthonius de Viliaco, Franciscus de Saconay, canonici Gebenn.; — Ay. Versonex, H. de Expagnia, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, Hugonetus Valeti, G. de Fogia, Hugonetus Grossi, Ja. Paqueti, Hugonetus Bocardi, Jo. de Boulo, F. Malieti, P. Johannes Gueydon, Ja. Nergaz, P. Nycodi, F. Grossi, Ja. Tombeti, Roletus Arnaudi, Martinus Danelli, Glaudius Chauveti, (69) Jo. de Marlio, Bartholomeus Bernardi, P. Meynoz, Mermetus Borgesii suctor, F. Macri, P. Pellionex carpentator, Valterius Charavex, G. Bessonet carpentator, P. de Ruella, Nycodus Chenevalis, Reymundus Dorsier, Jo. Calabri, P. de Cresto, Nycodus Gabet, Laurencius Fabri, G. Chivalerii, Jo. Besson, P. Biolley, F. Patry, P. Levrerii, Jo. Chavane, P. Darlo, Ste. Banderie, Jo. de Ponte, Jo. Malagniodi, Jo. de Gerdili, Bonifacius de Sancto Michaele, P. Prepositi, P. Mugnerii, H. Beatrisii, Ansermetus de Platea, Mermetus Gotrosii, B. Dorerii, Ste. Nergaz, Ja. de Villario, Nycodus Tornerii, Mahuet, Jo. Sonnex, G. Morelli, A. Fabri, Humbertus Tissocti, Perretus Chenuti, Jo. Ansermeti, Glaudius Macri, Girardus Rogeti, P. Marescalli, G. Serralion.

In quo consilio fuit tractatum de precio vendicionis vini anni presentis.

Et, auditis omnium votis et facta resolucione per dominos ecclesiasticos et sindicos, fuit proclamata et taxata venta vini anni presentis pro quolibet sextario vini ad octo solidos.

Item in eodem consilio fuit expositum an vel ne, actentis oneribus et concordio facto cum Bernensibus et Friburgensibus, domini sindici qui nunc sunt debeant contribuere in mutuo facto et fiendo.

Auditis omnium votis, fuit conclusum et ordinatum quod sindici moderni debeant gaudere privilegio consueto, videlicet quod sint exenti, sicut consuetum est, actento quod de eorum tempore fuit impositum mutuum, nisi de gracia speciali mutuare velint. Sed ordinatur quod eorum successores in dicto sindicatus officio pro tempore existentes non debeant esse exenti, quin ymo contribuere debeant in supportacione premissorum onerum patifficacionis guerre.

(70) Fuitque facta commissio pro solucione fienda premissorum onerum, de consensu omnium, Aymoni de Lestelley, Jacobo Nergaz, Glaudio Ravenelli et Mermeto de Nanto, de extimando communi extimacione et taxando omnes domos existentes in civitate et ejus franchesiis ac quascumque possessiones civium, burgensium et incolarum infra franchesias situatas, videlicet communem valorem, ea racione quod verius fieri possit leva ad solvendum pecunias solvi neccessarias.

Quibus iiij^{or} supra proxime nominatis data fuit plenaria potestas premissa faciendi et extimandi acque taxari faciendi et in uno libro papireo registrandi, sumptibus moderatis communitatis, seriatim, particulariter et divisim. Et qui iiij^{or} supranominati prestare debeant juramenta de taxando fideliter et probe, in manibus domini vicarii sedis episcopalis[1].

Martis xiiij novembris, in Domo ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. de Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — Ay. Versonex, Jo. de Orseriis, Ay. Lestelley, G. de Vaudo, Jo. Carerii, Reymundus Privissini, P. Braseti, B. Dorerii, H. Valeti.

Fuit loqutum de dando aliquid Jacobo Jaquemeti, alias Conodi, qui stetit xij diebus salvo pluri in servicio civitatis; tamen fuit remissum cum consilio episcopali in quo domini sindici esse debeant post prandium.

Item fuit presentata una lictera ex parte dominorum Friburgorum, concernens illum qui fuit captus per Burgondos.

Et fuit ordinatum quod domini sindici cum eo asistere debeant erga consilium episcopale pro ejus liberacione obtinenda.

Ordinatur quod receptor recuperet, pro anno presenti, introgium vini, de quo introgio bocetorum vini computare teneatur.

(71) *Lune xx novembris,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingocti, consindici; — reverendi et venerabiles viri domini Petrus de Viriaco, Bonifacius Fabri, Andreas de Malvenda officialis, et P. Farodi judex excessuum; — Ay. Versonex, A. de Peymex, Jo. de Orseriis, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, Jo. Carerii, G. de Vaudo, R. Privissini, B. Dorerii, H. Valeti, Glaudius de Peymex, Jaquetus Legras, Ludovicus Ginodi, Jacobus Nergaz, Peronetus Emonini, Roletus Arnaudi, Glaudius Jaqueti, Franciscus Peytralis, Jo. Pecollat, G. de Crosa, Jo. Mestrocti, Ja. Paqueti, P. Guersi, Jo. de Crosa, B. Vicencii, Reymundus Lullini, Jo. Ansermeti, Ste. de Furno, A. Fabri, Ansermetus Mistralis, Jo. Boconis, Aymonetus tonsor, Martinus Bellot, Ste. de Putheo, Mermetus de Nanto, P. Mermodi.

[1] Le travail effectué en vertu de cette commission fut consigné dans le *Registrum estimationum* dont la minute originale, écrite par Aymon de Lestelley, paraît s'être perdue. Il en existe une copie, faite en 1477, par Etienne Chenevard, notaire impérial (Archives de Genève, *Comptes de la communauté,* n° 10), et publiée en extrait par Chaponnière, à la suite de son mémoire intitulé : *Etat matériel de Genève pendant la seconde moitié du quinzième siècle,* dans M. D. G., t. VIII, p. 309-416. Une copie postérieure de ce même document (et non l'original, ainsi que Chaponnière l'a pensé) se trouve aussi aux archives, *Manuscrits historiques,* n° 79.

Ibidem retulit acque proposuit Johannes de Alamagnia, qui missus fuit cum ambasiatoribus civitatis apud Friburgum, quod dicti ambasiatores nichil possunt facere nisi detur ordo quod apud Friburgum mictantur iiij^{or} personagia ad ibidem tenendum hotagium donec eisdem sit satiffactum de tota quantitate eisdem promissa, vel quod tota quantitas eisdem solvatur et super hoc fiat provisio.

Item minantur acgr[ed]i patriam in armis iterum dicti Friburgenses et Bernenses, nisi teneatur modus quod illustris et reverendus dominus noster episcopus absentet locum guerre mote contra Vallesonenses et dimictat dictam guerram etc.[1].

Item satis loqutum fuit de modo tenendo pro reperiendo solucionem decem millium scutorum et nichil conclusum.

Item ibidem ex parte civitatis fuit requisitum consilium episcopale quod scribere et mandare dignetur illustri et reverendo domino nostro episcopo quod ipse velit dictam guerram dimictere et ad suam civitatem venire.

(72) *Martis xxj novembris,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

[1] L'évêque de Genève était alors à la tête des troupes savoyardes qui défendaient le Bas-Valais contre les Valaisans. Consultez, à ce sujet, le récit de Bonivard, éd. Revilliod, t. I, p. 257-258, et celui de Schilling, *loc. cit.,* p. 326 et suiv., en complétant ce dernier à l'aide des notes de l'éditeur. Le 11 novembre, l'évêque Jean-Louis écrit de Conthey à Pierre de Viry et aux syndics de Genève pour leur demander de lui envoyer les trois plus grosses pièces de l'artillerie qui se trouve en la maison de ville, Archives de Genève, *Pièces historiques,* n° 694 (impr. dans J.-A. Galiffe, *Matériaux pour l'histoire de Genève,* t. I, Genève, 1829, p. 326-327). Au dos de cette pièce on lit ces mots : *Presentata fuit die xv novembris lxxv.* Comp. ci-après, à la suite du conseil général du 8 février 1476. Voir encore Rodt, ouvr. cité, t. I, p. 563 et suiv.; Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 146-147; Roget, *Les Suisses et Genève,* t. I, p. 23-25.

H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingocti, consindici; — Jo. Orseriis, Jo. Carerii, G. Vaudo, R. Privissini, B. Dorerii.

Fuit propositum si communitas debeat solvere salarium domus magistro scole pro tenendo scolam vel ne.

Fuit ordinatum quod si magister scole sit contentus non habere nisi sex grossos in anno pro quolibet puero de civitate, quod tunc communitas solvat salarium domus, et si ipse velit habere xij grossos, quod tunc reperiat domum et solvat salarium.

Item fuit preceptum receptori quod faciat murare portam scole muri civitatis [1].

Item et eciam faciat reparare murum versus portam Bellirigardi.

Item fuit electus Ny. Lingocti ad mictendum apud Friburgum.

Jovis xxiij novembris.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — Jo. Orseriis, P. Braseti, G. de Vaudo, B. Dorerii, H. Valeti, Jo. Mestrocti, Jaquetus Legras, Angellinus de Vellis, G. Locheti, Guillelmus Balet, Jo. de Lonnex, Laurinus Colier, Theobaldus Chicant, Reymundus Lullini, P. Jaqueti, P. de Cresto, G. Borgesii, P. Mermodi.

Fuit lecta lictera trammissa a loco de Contey, parte reverendi domini nostri episcopi, mencionem faciens quod ipse dominus noster petit sibi provideri de numero iiij^{c} hominum in armis.

Et nichil fuit conclusum eo quia non sunt omnes consiliarii.

(73) *Sabbati xxv novembris,* fuit tentum consilium et fuerunt presentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — reverendi et venerabiles viri domini Petrus de Viriaco, Andreas de Malvenda officialis, nobilis Jacobus Neplaz, Ay. Versonex, Jo. de Orseriis, Amedeus de Peymex, Ay. Lestelley, G. de Vaudo, P. Braseti, G. Ravenelli, Jo. Carerii.

In quo fuit relatum per providum virum Johannem de Fogia, ambasiatorem, missum apud Friburgum et Bernam :

[1] Le collège de Versonnex, à Rive, s'élevait en dehors du mur d'enceinte de la ville, et l'entrée de l'école était pratiquée dans ce mur; voir J. Vuy, *Notes historiques sur le collège de Versonnex (Mémoires de l'Institut national genevois,* t. XII), p. 7.

Primo quod mictantur iiij^{or} electi ad tenendum hostagia, et si aliquis defficiat quod eligatur alius seu alii loco defficiencium. Et, hoc facto, prolungabunt terminum seu terminos solucionis. Et casu quo non sic fiat, dicunt in armis intrare patriam et civitatem male tractare.

Item et eciam convenit, nomine civitatis, dare certa dona pro prolungacione terminorum obtinenda, acsendencia ad centum scuta et unam vestem.

Super omnibus premissis fuit appunctuatum, conclusum et ordinatum quod mictantur iiij^{or} in hostagium, omnibus consencientibus, videlicet filius nobilis Aymonis de Versonex, filius Johannis de Orseriis, filius Nycolini Lingocti, consindici, et Bonifacius de Sancto Michaele. Et si dictus Bonifacius nolit ire, quod loco sui remaneat Anthonius de Sancto Michaele [1].

Item fuit ordinatum quod predicti nobiles Versonex, Orseriis, Lingocti, in scriptis eligere debeant unum bonum numerum personagiorum in civitate Gebenn., qui se particulariter obligare debeant de summis eisdem ordinatis ad preservandum indempnes dicta quatuor personagia.

Et super hoc congregari debeat consilium generale, quod generale consilium se obligare debeat de omnium premissorum indempnitate.

(74) *Die Dominico xxvj novembris,* in claustro Sancti Petri, ad sonum grossi cimballi fuit tentum consilium generale in quo fuerunt asistentes subnominati cum pluribus aliis.

P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, consindici; — reverendi et venerabiles viri domini Petrus de Viriaco, Andreas de Malvenda officialis, nobilis Jacobus Neplaz, dominus Johannes Magnini; — Ay. Versonex, Jo. de Orseriis, G. Ravenelli, P. Braseti, R. Privissini, B. Dorerii, H. Valeti, Mermetus de Nanto, Ja. Nergaz, Ludovicus Ginodi, G. de Crosa, Nycodus de Nanto, P. Guersi, B. Vicencii, P. Nycodi, Guillelmus de Cruce, Hugonetus Grossi, magister Henricus faber, Jaquemetus Roguz, Jo. Mestrocti, Reymundus Lullini, Hugonetus Bocardi, P. Prepositi, Ja. Tombeti, Johannes Chavane, Ludovicus dou Pontet, G. Caro, Jo. de Poste, P. Levrerii, Mermetus Gotrosii, Jo. Chambaz, Theobaldus Chi-

[1] Comp. Bonivard, *Chroniques de Genève,* éd. Revilliod, t. I, p. 254 et 259.

cant, Jo. Peytra, Ja. Legras, Bartholomeus Bernardi, Jo. de Crosa, Bernardet centurerius, P. Exerton, Perrinus Tabasan, Jacobus Bochet, Jo. de Alamagnia, G. de Fogia, Guillelmus Chivalerii, F. Macri, Glaudius Prepositi, P. Vignioli, Mermetus Michallie, P. Francisci, Reymundus de Mota, Petrus Johannes Gueydon, Guigo Lochet, P. Cabrier, Jo. de Cresto notarius, Ja. de Villario, Jo. de Ponte, (75) Nycodus Chenevalis, Jo. Balli, Amedeus de Bornando, Jo. Calabri, P. Marescalli, Charavex, Jo. Ansermeti, P. Marlii, Jo. de Gonvillie, Symondus de Riva, P. Macheret, P. Machueri condurerius, Jo. de Marlio, Roletus Arnaudi, Franciscus Grossi, Jo. de Lonnex, Franciscus Borsat, Jo. Magnini, H. Beatrisii, Jo. Lungi, G. Serralion, Franciscus Exerton, Mermetus Borgesii, Franciscus Violant, Ay. Blanchet, P. Mermodi, Anthonius Lionardi, Jo. Besson, cum pluribus aliis ibidem existentibus et congregatis.

Et fuit in dicto consilio relatum et relacio facta per providum virum Johannem de Fogia, consindicum, ambasiatorem missum ex parte illustris et reverendi domini nostri episcopi et ex parte civitatis apud Friburgum et Bernam, pro obtinendo dilacionem et prolungacionem terminorum solucionis fiende de composicione cum eisdem Friburgensibus et Bernensibus facta, et eciam interrupcionem hostagiorum.

Qui retulit quod nullomodo obtinere potuit, quin non mictantur electi apud Friburgum ad tenendum hostagium, et, hoc facto, ipsi dabunt terminos solucionis prout melius fieri poterit et intercedent pro civitate cum aliis Liguis, eorum confederatis.

Electi vero ad tenendum hostagium sunt filii nobilium Ay. de Versonex, Johannis de Orseriis, Nycolini Lingocti, loco filii de Peyrato, et Bonifacius de Sancto Michaele.

Igitur eciam fuit propositum quod fiat assecuritas et obligacio per totum communem et per totam communitatem de ipsos indempnes et illesos preservare et custodire ac ipsos liberari procurare cum pleno effectu a dicto hostagio, et de premissis se obligare debeant lx aut lxxx particulares persone eligende per iiij^{or} facientes registrum bonorum civitatis et per sindicos et alios per sindicos deputandos.

Super quibus premissis omnibus, auditis omnium votis, unanimiter et de bono consensu omnium et tocius communitatis ibidem existentis, fuit primo ordinatum et conclusum quod supradictum consilium generale elegit ad taxandum bona immobilia infra civitatem et banna ejusdem existencia : Aymonem de Lestelley, Jacobum Nergaz, Glaudium Ravenelli et Mermetum de Nanto; et ipsum consilium dat plenam potestatem dominis sindicis et dictis quatuor electis ad faciendum dictum registrum, cum aliis quos voluerint evocare, eligendi illos quos voluerint eligere ad se obligandum particulariter pro preservacione dictorum hostagiorum, et illos qui se obligabunt totum consilium et tota societas, ex nunc prout ex tunc et econtra [omnes], indempnes servare promictunt eorum bona fide. Ita et taliter quod in equancia fienda et solucione pro premissis fienda, nullus sit exentus. Promiseruntque dicti domini sindici, nomine tocius communitatis, et totum dictum consilium generale, eorum bona fide, dictos mictendos ad hostagium indempnes et illesos preservare et custodire, et ipsos liberari procu[ra]re cum effectu. (76) Presentibus in dicto consilio generali Ludovico Brant, Jacobo Savoex, Roberto de Cresto.

Die Martis xxviij novembris, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, consindici; — Ay. Versonex, A. de Peymex, Jo. Orseriis, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, R. Privissini, G. de Vaux, P. Braseti, Jo. Clerici, B. Dorerii.

Ordinatur quod nobilis Aymo de Versonex vadat ad ambasiatam ad illustrem et reverendum dominum nostrum episcopum, apud Aquianum, cum ambasiatoribus ipsius domini nostri episcopi.

Concluditur quod desigiletur operatorium magistri monete et quod loquatur domino Petro de Viriaco quod faciat sibi solvere.

Fiat mandatum de xxvi scutis Girardo de Fogia. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Aymoni de Lestelley, prout in rotulo, de iij florenis, vij solidis, vj grossis. — *(Levatum est.)*

Martis quinta novembris [*decembris*], in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Jo. Orseriis, Ay. Lestelley, Jo. Carerii, G. de Vaux, R. Privissini, G. Ravenelli, P. Braseti, H. Valeti.

Johannes de Alamagnia retulit venisse Friburgi, et dixit quod domini

de Friburgo et alii non sunt contenti de personagiis missis ad hostagium, sed volunt habere nominatos in transaccione.

Item et eciam volunt habere argentum, quia terminus solucionis preteriit. Ideo fiat diligencia de habendo argentum.

Ordinant asistentes quod domini sindici loquantur cras dominis de capitulo quod ipsi velint se juvare ad solvendum.

Fuit eciam loquutum de mercatoribus Burgundie qui contradicunt accipere logias in ala.

Fuit ordinatum quod ipsi petantur coram consilio episcopali et ibidem fiat appunctuamentum.

Fuit eciam propositum quod dominus Gruffiaci recusat solvere introgium vini, dicendo quod ejus pater erat burgensis. Super quo ordinatur quod si non sit burgensis, quod solvat.

|| Fiat mandatum receptori de xij scutis libratis nobili Jacobo Jacopini, alias Conodi. || — *(Levatum est.)*

|| Item fiat mandatum receptori de xj scutis donatis souterio Berne. || — *(Levatum est.)*

|| Item fiat mandatum de libratis domino Petro Farodi. || — *(Levatum est.)*

|| Item mandatum receptori de veluto dato dominis Bernensibus. || — *(Levatum est.)*

(77) *Dominico die x^a decembris,* fuit tentum consilium.

Bona, Gavit, Jo. Fogia, Lingocti, sindici; — Jo. Orseriis, A. de Sancto Michaele, Lestelley, G. Ravenelli, Jo. Carerii, P. Magnini, Jo. Clerici, B. Dorerii, A. Achardi, Valeti.

In quo consilio fuit relatum per dominum Gilibertum Cronvèrs, Ny. Lingocti, ambasiatores missos apud Bernam et Friburgum, quod ipsi effectu tantummodo obtinuerunt dilacionem solucionis decem millium scutorum per tres septimanas que finient in festo Nativitatis Domini. Ideo detur ordo habendi dictas pecunias.

Lune xj decembris, fuit tentum consilium.

H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Versonex, A. de Peymex, Jo. Orseriis, A. de Sancto Michaele, Lestelley, G. Ravenelli, A. Achardi, R. Privissini, Jo. Clerici, Cortagerii, B. Dorerii.

Fuit propositum, insequendo relacionem heri per ambasiatores factam, de modo et forma habendi argentum pro solvendo dominis Bernensibus et Friburgensibus.

Et eciam fuit loqutum de mercatoribus Burgondie qui ad solucionem se juvare debent, actento quod fuerunt preservate eorum mercancie in concordio facto.

Fuit ordinatum super premissis quod domini sindici debeant dicere domino nostro episcopo ut ejus dominacio dignetur requirere illustrissimam dominam nostram duchissam Sabaudie ut ipsa dignetur se juvare ad solucionem premissam. Item et eciam illustri domino comiti Gebennesii.

Et eciam ordinare quod ecclesia se juvet ad solvendum, et sibi remostrare perdicionem sue civitatis quia ipsa civitas non posset solvere tantam summam.

Item et reverendo domino Petro de Viriaco premissa remostrare et quod ipse procuret erga venerabile capitulum quod ipsum capitulum contribuat ad solvendum dictam quantitatem composicionis.

Item de mercatoribus Burgundie, quod eisdem remostretur et exortentur graciose ad aliquam quantitatem solvendam, actento quod fuerunt preservate eorum mercancie.

Item relatum fuit, per deputatos et electos ad taxandum valorem domorum et possessionum infra franchesias ipsius civitatis, quod omnes domus et grangie et possessiones infra franchesias existentes valent uno semel tercentum et octuaginta quinque millia florenos et circa l^ta sex florenos, et non plus. Ideo ordinatur adjungi mercancias, et quod taxentur mercancie.

(78) *Martis xij decembris,* in Domo Communi, fuit tentum consilium in quo asistentes fuerunt.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, consindici; — Ay. Versonex, Jo. de Orseriis, A. de Sancto Michaele, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, Jo. Carerii, G. Vaudo, R. Privissini, Jo. Clerici, A. Achardi, P. Cortagerii, B. Dorerii, Caro.

Fuit satis loqutum de modo tenendo ad habendum argentum et aurum solvere promissum dominis Bernensibus et Friburgensibus.

Et fuit appunctuatum quod in civitate exigatur et petatur per mo-

dum mutui mercatoribus et eciam taxatis racione domorum et possessionum. Et dominis de ecclesia ex dono, et aliis subvenire volentibus ex dono petatur.

|| Fiat mandatum venerabili domino Petro de Viriaco de lxxv florenis, prout in rotulo. || — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum de precio xij ulnarum veluti dati dominis Bernensibus. — *(Levatum est.)*

|| Fiat mandatum Jo. de Fogia, consindico, de xxx florenis et viij solidis, prout in rotulo. ||

|| Fiat mandatum de iiij^{or} ulnis panni nigri et duobus mantellis de maltre, datis nobili Pavilliardo[1]. || — *(Levata sunt.)*

|| Fiat[2] mandatum vigilibus pro eorum væstibus de xxx florenis, more solito. || — *(Levatum est.)*

|| Fiat mandatum Glaudio Ravenelli de [3] prout in rotulo. || — *(Levatum est.)*

Veneris xv decembris, fuit tentum consilium in Domo ville.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — A. Peymex, Jo. Orseriis, Ay. Lestelley, H. de Expagnia, A. de Sancto Michaele, Ravenelli, R. Privissini, A. Achardi, G. Vaudo, B. Dorerii, P. Cortagerii, Caro.

In quo consilio fuerunt ordinate ambasiate, primo nobilis Ay. de Versonex apud Annessiacum, — apud dominam et illustrissimam duchissam Sabaudie, H. de Expagnia seu Amedeus de Peymex vel P. Gavit, consindicus, — apud dominos de Berna et Friburgo, eligendi per dominum nostrum episcopum.

Item quod dominica proxima teneatur consilium generale super imposicione imponenda.

(79) *Die Dominica xvij decembris,* post prandium, in claustro Sancti Petri, ad sonum grossi campanis more fieri solito, fuit tentum consilium generale in quo fuerunt presentes et asistentes subnominati cum pluribus aliis.

[1] Il s'agit sans doute de Pétermann Pavilliard, avoyer de Fribourg en 1474 et 1476.
[2] En marge.
[3] Ici un blanc.

Primo illustris et reverendus dominus noster episcopus et eciam dominus Renversi.

Domini de capitulo : P. de Viriaco, Andreas de Malvenda officialis, Petrimandus de Saconay, Franciscus de Saconay, Anthonius de Viliaco, G. de Greyriis, Jo. Glys, Bonifacius Fabri, Martinus de Biollea, Jo. de Sancto Amore, canonici, — P. Gavit, Jo. Fogia, Nycolinus Lingocti, consindici; — Ay. Versonex, A. de Peymex, Jo. de Orseriis, Jo. de Peymex, H. de Expagnia, A. de Sancto Michaele, P. Bra[se]ti, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, P. Magnini, A. Achardi, R. Privissini, G. Caro, Roletus Arnaudi, G. de Cruce, Perretus Chenuti, Jo. Crosa, Jo. Marlii, G. Coquini, Matheus Peytralis, Ludovicus de Bursellex, P. Exerton, Ja. Tombeti, Hugonetus Bocardi, Franciscus Chautens, Jo. de Planis, B. Vicencii, Nycodus de Nanto, P. Prepositi, Jo. Bracoz, A. Fabri, G. de Fogia, Franciscus Serrason, Bartholomeus Bernardi, Mauricius Vuy, Amedeus de Bornando, Jo. de Gerdili, P. Mastrocti, Andreas de Nomine, F. Macri, Ludovicus Michallie, Ste. de Puteo, Guillelmus Chivalerii, Janinus de Mara, Johannes de Platea, Jo. Mastrocti, Ste. de Furno, Ja. Paqueti, P. Meynoz, Jo. Magnini, Jo. de Nanto condurerius, (80) P. Rosieres, Bartholomeus Mermodi suctor, Jo. Boconz, G. Serralion, Hudriodus Ferrat, Jo. Poterrelli, Jo. Tornerii, P. Marescalli, P. Flory, Mermetus Borgesii, P. Bernardet, Jo. de Gex, Guillelmus Rogeti, Mermetus Gotrosii, Jo. Bouloz, Theobaldus Chicant, Hugonetus Grossi, Ansermetus Mistralis, Franciscus Dorerii, Benedictus Malieti, Ja. de Villario, P. Cortagerii, Nycodus Chenevalis, Bartholomeus Rup experonerius, Laurencius Fabri, Jo. Fontane, Theobaldus Martellet, P. Marlii, P. de Sirier, Reymundus Bonet, P. Biolley, Jo. Novelli, Martinus Danelli, Mermetus de Cresto, Jaquemetus Roguz, Jo. Chavane, cum pluribus aliis.

In quo consilio, omnibus consencientibus et volentibus, fuerunt imposite et ordinate imposiciones durature per decem annos, et non ultra, pro solucione fienda dominis de Berna et de Friburgo.

(81) *Lune xviij decembris,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

Gavit, Fogia, Lingocti, consindici; — Ay. Versonex, A. de Peymex, Jo. de Orseriis, A. de Sancto Michaele, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, H. de Expagnia, G. Vaudo, Jo. Carerii, R. Privissini, A. Achardi, B. Dorerii, Caro.

In quo consilio fuerunt lecta capitula imposicionum heri fieri ordinata et per omnes approbata.

Et fuit ordinatum quod ex parte civitatis requiratur domino nostro episcopo quod ipse faciat ire dominum Petrum de Viriaco et nobilem Ja. Neplaz ad ambasiatam apud Friburgum et Bernam.

Martis xix decembris, in Domo ville, fuit tentum consilium et fuerunt asistentes subnominati.

P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, consindici; — A. de Peymex, Jo. Orseriis, Ay. Lestelley, A. de Sancto Michaele, H. de Expagnia, G. Ravenelli, Jo. Carerii, G. de Vaux, A. Achardi, Jo. Clerici, P. Cortagerii, R. Privissini, P. Magnini, B. Dorerii, Caro.

Fuit propositum an vel ne pignora recepi debeant a dominis de capitulo, et aliqui dicunt quod non et aliqui quod sic.

Ordinatur quod receptor scribat in ejus rotulo xxx grossos quos tradat domino Giliberto [1], pro locagio unius equi duorum viagiorum que fecit apud Bernam.

|| Fiat mandatum Anthonio de Sancto Michaele de lxix florenis et ij grossis, pro[ut] in rotulo. || — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Jo. de Alamagnia, de locagio suorum equorum, de sex florenis, prout in rotulo.

(82) *Eadem die Martis xix decembris,* post prandium, fuit tentum consilium.

P. Gavit, Ny. Lingocti, consindici; — A. de Peymex, Jo. de Orseriis, A. de Sancto Michaele, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, R. Privissini, Ja. Nergaz, Mermetus de Nanto, B. Dorerii, G. Caro.

In quo consilio fuit relatum per Lestelley, Ravenelli, Nanto et Nergaz, deputatos ad taxandum valorem domorum et mercanciarum ac possessionum etc., quod dicta omnia bona sunt extimata et taxata valere uno semel quinque centum millia florenorum minus tercentum florenos, et quod, ad racionem duodecim florenorum pro quolibet cento, totalis summa taxe dictorum bonorum et mercanciarum ascendit ad xxx millia scutorum, et sic neccesse est quod solvantur pro quolibet cento florenorum, duodecim floreni.

[1] Le nom manque; il faut lire sans doute : Cronvers. Voir ci-dessus, p. 406.

Et fuit ordinatum et conclusum ac appunctuatum quod, pro solucione xxviij millium scutorum fienda, absentaturi civitatem solvant et solvere debeant duodecim florenos pro quolibet centeno florenorum, que erit totalis solucio valoris tocius taxe, et alii non absentaturi civitatem, sex florenos pro quolibet centeno.

Martis xxvj decembris, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Bona, Fogia, Lingocti, consindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, A. de Sancto Michaele, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Jo. Carerii, P. Cortagerii, B. Dorerii, Caro.

Fuit ordinatum quod procedatur ad recuperacionem mutui, et quod Jo. Carerii tradat Girardo de Fogia illud quod ipse recepit de dicto mutuo et ex nunc dictus Girardus recipiat dictum mutuum.

Fiat mandatum receptori de pecuniis exbursatis ad causam ocquitonorum. — *(Levatum est.)*

(83) *Mercuri xxvij decembris.*

Gavit, Fogia, Lingocti, consindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, A. de Peymex, H. de Expagnia, A. de Sancto Michaele, Lestelley, Ravenelli, P. Braseti, Jo. Clerici.

Fuit loqutum de clausula contenta in [in]strumento imposicionum, ubi dominus noster episcopus vult quod ponatur quod receptores impositi deputentur sui parte.

Item et quomodo sigilabitur instrumentum obligacionis factum dominis de Berna et Friburgo et Ligis. — Ordinatur [1] quod sigilletur sigillo communitatis.

Item et instrumentum procure factum in consilio generali et potestatis date ambasiatoribus, quomodo sigiletur. — Sigiletur [1] sigillo officialatus.

Item quod fiat crida super solucione impositi.

Item quod nolentes solvere taxam ad causam bonorum taxatorum, per modum mutui, assignentur in domo episcopali.

[1] En marge.

Item quod detur provisio quod mercatores civitatis non tranffigant sal per extra civitatem.

Fiat mandatum nobili Jacobo Jaquemeti de vj florenis datis servientibus Bernensium et Friburgensium. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum scriptori [1] de xxx grossis.

Ordinatur expediri ambasiatoribus qui vadunt apud Friburgum et Bernam xxx florenos.

Martis ij^da januarii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — Jo. Orseriis, A. de Sancto Michaele, H. de Expagnia, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, G. de Vaux, P. Magnini, R. Privissini, P. Braseti, B. Dorerii, P. Cortagerii, G. Caro, H. Valeti, F. Grossi.

Fuit conclusum et ordinatum quod cras mane ambasiatores ire debeant apud Bernam et Friburgum [2].

Eciam fuit loquutum an vel ne admodietur introgium vini. Et fuit conclusum quod non.

Fiat mandatum receptori de xlij florenis, j grosso et vj denariis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

(84) *Lune octava januarii,* fuit tentum consilium in Domo ville.

P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; Jo. Carrerii pro Lingocti; — dominique doctores : Jo. Magnini, Jo. de Saxo, Jo. Fabri; — H. de Expagnia, Jo. de Orseriis, A. de Sancto Michaele, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, P. Braseti, B. Dorerii, Jo. Clerici, P. Cortagerii, Caro, Valeti.

In quo consilio fuit appunctuatum et ordinatum quod sindici, de licencia domini nostri episcopi, instare debeant ad restoracionem infra civitatem fiendam persone domini Renversi noviter capti per dominum comitem Breysie, et cum consilio dominorum de capitulo, quia forte in hoc franchesia est lesa [3].

[1] Blanc de deux mots environ.

[2] Suivant Rodt, ouvr. cité, t. I, p. 569, n. 16, le conseil de Genève remercia, par lettre du 13 janvier, les villes de Fribourg et de Berne des délais obtenus pour le paiement de l'indemnité.

[3] Suivant la *Chronica latina Sabaudiæ* (*Monumenta historiæ patriæ, Scriptores,* t. I, col. 653-654), l'enlèvement du commandeur de Ranvers par Philippe, sire de Bresse, eut lieu le 3 janvier 1476. Voir J.-A. Gautier, *Histoire de Genève,* t. I (Genève, 1896), p. 418; Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 149-150.

Et hoc fiat per ambasiatam et supplicacionem, ut de negligencia infuturis redargui non possent etc.

Martis ix januarii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Jo. Carrerii pro Lingocti; — A. de Sancto Michaele, Jo. de Orseriis, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Anthonius Achardi, P. Magnini, Jo. Clerici, R. Privissini, B. Dorerii, P. Cortagerii, G. Caro.

Fiat mandatum Guillelmo Bessonet, carpentatori, de quinque florenis et j grosso, prout in rotulo, et adduntur xx grossi. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Anthonio Achardi de valore duodecim ulnarum veluti. — *(Levatum est.)*

Ordinatur quod procedatur ad recuperacionem mutui.

Fiat mandatum fornerio de iiij^or florenis, iiij^or grossis et sex denariis, prout in rotulo.

Fuit propositum quod dominus archipresbiter et alii servitores capelle domini Ostiensis interposuerunt quandam appellacionem a monicione contra ipsos executa pro taxa eorumdem dominorum suorum bonorum solvenda, dicentes dicti domini quod ipsi non debent solvere de bonis que sunt de ecclesia, et bonis ecclesie pertinentibus ac mensa ecclesie.

Super premissis ordinatur, ut non ponant communitatem in litigio, quod pro nunc eisdem nichil petatur racione bonorum ecclesie pertinencium, donec una alia vice cum consilio domini vicarii sedis episcopalis.

(85) *Martis xvj januarii,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — A. de Sancto Michaele, Jo. Orseriis, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, A. Achardi, G. de Vaux, R. Privissini, Jo. Clerici, B. Dorerii, P. Magnini, Caro, P. Cortagerii, H. Valeti.

Fuit ordinatum quod P. Cortagerii ire debeat apud Nantuacum, ad illustrem et reverendum dominum nostrum episcopum, ad notiffican-dum sibi quod Alamani intraverunt iterum in armis ad patriam Vaudi, ut ipse revertatur ad custodiendum suam civitatem [1].

[1] A la suite de la surprise d'Yverdon par le comte de Romont, dans la nuit du 12 au 13 janvier, un corps de troupes composé de Bernois, de Fribourgeois et de Soleurois, s'était mis en marche, le 14, pour porter secours

Fuit eciam tradita lictera credencie in personam spectabilis militis domini Capelle, ex parte domini ducis Burgundie.

Fiat mandatum receptori de ix florenis et tribus solidis, prout in rotulo etc. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de xxxix florenis, sex grossis et duobus denariis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Martis xxiij januarii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, consindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, H. de Expagnia, Ay. Lestelley, G. Ravenelli, de Vaudo, Jo. Carerii, A. Achardi, R. Privissini, Jo. Clerici, B. Dorerii, P. Cortagerii, H. Valeti, Caro.

Magister monete et ejus socii tradiderunt licteram ex parte domine duchisse, mencionem facientem quod teneatur ipsos exentos de mutuo facto et fiendo pro solvendo dominis Bernensibus.

Super qua non fit adhuc responsio.

Ordinatur quod nobilis Aymo de Versonex faciat debitum suum in mutuo, sicut alii potentes faciunt.

Ordinatur quod omnes compellantur ad solvendum et sigilentur domus omnium non solvencium.

Fiat mandatum Jacobo Quiblerii, carpentatori, de tribus florenis et viginti tribus denariis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

(86) *Die Mercuri xxiiij januarii,* in claustro beati Petri Gebenn., ad sonum grosse campane, more fieri solito, fuit tentum consilium generale in quo interfuerunt presentes subnominati, millesimo iiij^{c} lxx sexto.

Venerabilis et egregius dominus Petrus de Viriaco, canonicus ecclesie cathedralis beati Petri Gebenn., necnon venerabiles domini Theobaldus de Saconay, archipresbiter, Petrus de Malodumo junior, in decretis licenciatus, Gilibertus Cronvert, capellani capelle per dominum cardinalem condam Ostiensem fundate; — necnon nobiles et honorabiles viri Petrus Gavit, Johannes de Fogia, consindici; — venerabiles et egregii

à la garnison suisse qui s'était maintenue dans le château. Voir la chronique de Schilling, éd. citée, t. I, p. 348 et suiv.

viri Johannes Magnini, Johannes Fabri, in legibus licenciati; — Aymo de Versonex, Johannes de Orseriis, Bertholomeus Vicencii, Glaudius Ravenelli, Bezansonus Dorerii, Nycodus de Nanto, Petrus Cortagerii, Anniquinus Copini, Hugonetus Valeti, Janinus de Bornando, Petrus Gacheti, Roletus Arnaudi, Franciscus Macri, Henricus Galatini, Hugonetus Bocardi, Jo. Bouloz, Ja. Paqueti, Valterius Charavex, Petrus Paceti, Franciscus Grossi, P. filius Mermeti de Nanto, Jo. Boconis, Jacobus Nergaz, Thomas Oboli, Ludovicus Fugassie, Colletus Guersi, Anthonius Fabri, Petrus Exerton, Jo. Mestrocti, Hugonetus Lugo, Jo. Rubini, Petrus Rambusson, Hugonetus Grossi, Jo. Pollerii, Ja. Roguz, Perretus Chenuti, Reymundus Coste, Hugonetus de Ponte, Guillelmus de Crosa, Martinus Danelli, Jo. Tornerii, P. de Quercu, (87) Petrus Marescalli, Stephanus Marqueti, Petrus Mugnerii, Petrus Chambeti, Aymonetus Probi, Petrus Ramelli, Jacobus Rore, Ludovicus Michallie, Michael Borgesii, Guillelmus de Cruce, Johannes Taconis, Janinus de Mara, Jacobus Tombeti, Petrus Joli, Johannes Malagniodi, P. Marlii, P. Ricamey, Robertus de Curtina, G. de Caro, P. Gabeti, Johannes de Crosa, P. Levrerii, Guigo Locheti, Jo. de Cabulo, Jo. Besson, P. Parfontane, Jo. Benoat, Ludovicus dou Pontit, Theobaldus Chicant, Jacobus Minquini, Petrus Bidalis, Johannes Bernardi, Johannes Monteysel, Mermetus Borgesii, Franciscus Malieti, Jacobus de Villario.

In quo consilio fuit data potestas sindicis et eorum consilio eligendi duos prudentes viros ex civibus et burgensibus civitatis, qui ad dominos Bernenses et Friburgenses ire debeant, cum domino priore Lemencii, ad portandum eisdem iiij^{or} millia florenorum[1], et ipsos duos dicti omnes in consilio existentes totam communitatem representantes faciunt et constituunt procuratores et nuncios speciales ad vendendum censam annualem ad racionem v florenorum pro centum florenis de alia summa ad solvendum restante. — *(Alibi registrata est.)*

Item dicti sindici et totum consilium predictum, nomine tocius communitatis, ratifficant obligacionem factam per dictos sindicos, nomine

[1] Le 29 janvier, le conseil de Berne reconnaît avoir reçu des Genevois diverses sommes en espèces et en argent non monnayé *(argento rupto); Amtliche Sammlung der ältern eidgenössischen Abschiede,* t. II, p. 578. Comp. Schilling, éd. citée, t. I, p. 314.

dicte communitatis, de lxj marchis argenti et sex onciis per venerabile capitulum communitati concessis.

Item dicti sindici, nomine dicte communitatis, et omnes in dicto consilio generali existentes, nomine tocius communitatis, confitentur debere dominis Theobaldo de Saconay, Petro de Malodumo juniori, Giliberto Cronvert, presentibus et stipulantibus suis et aliorum capellanorum capelle domini Ostiensis [nominibus], me notario eciam stipulante, videlicet viginti unam marcham argenti et duas oncias et sex denarios, causa boni mutui habiti pro solucione fienda Bernensibus et Friburgensibus, solvendum infra unum annum proximum. Presentibus nobilibus Jacobo Neplaz, Glaudio de Expagnia castellano, Roberto de Cresto, Jacobo Chabodi, Cavucini et Ludovico Brant. — *(Alibi registrata est.)*

(88) *Martis xxx januarii,* fuit in Domo ville tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — Ay. Versonex, Jo. Orseriis, Ay. Lestelley, G. Vaudo, G. Ravenelli, Jo. Carerii, R. Privissini, Jo. Clerici, P. Magnini, Caro, P. Cortagerii, P. Braseti, H. Valeti.

Fuit ordinatum quod sindici futuri eligantur more fieri solito, videlicet primo per L^ta^ et postmodum electi presententur in consilio generali.

Item quod magister monete et alii monetarii in mutuo secundum taxam eorum bonorum contribuere debeant[1].

Item quod mictatur unus nuncius pedester ad partes Burgundie.

Item quod deducantur execucioni provisiones ad causam victualium et logiamentorum.

Item fiat mandatum receptori prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Eciam ordinatur quod fiat mandatum auditoribus computorum allocandi receptori duo millia scutorum missorum Bernensibus et Friburgensibus. — *(Levatum est mandatum.)*

[1] Voir ci-dessus, p. 405 et 414. Sur la requête des maîtres de la monnaie de Cornavin, auxquels le receveur et les syndics de Genève réclamaient le paiement de la taxe récemment imposée, l'évêque Jean-Louis ordonne, le 9 février 1476, à tous ses officiers et sujets dans la ville et le diocèse de Genève de respecter la franchise d'impôt dont jouissent lesdits maîtres monnayeurs; Archives de Genève, *Pièces historiques,* n° 695.

Jovis prima februarii, fuit in Domo ville congregatum consilium de L^ta^ super eleccione sindicorum eligendorum[1].

Majores voces habuerunt Jo. de Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini et Anthonius Achardi.

(89) *Die Dominico iiij^ta^ februarii,* in consilio generali tento in claustro beati Sancti Petri, ad sonum magne campane, more solito, in quo fuerunt asistentes subnominati cum pluribus aliis pro eleccione sindicorum fienda.

H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, sindici; — Jo. de Orseriis, P. Braseti, Jo. Carerii, P. Cortagerii, B. Vicencii, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, P. Ciclat, Franciscus Grossi, Ja. Tombeti, Andreas Regis, Girardus de Fogia, Hugonetus Grossi, Jaquetus Legras, Jo. de Crosa, P. Porralis, Roletus Arnaudi, Perretus Chenuti, P. Gacheti, Henricus Beatrisii, Martinus Danelli, Hugonetus Bocardi, Petrimandus Mabosson, Franciscus Macri, Glaudius de Siegex, Jacobus Paqueti, Michael Lingocti, P. Vignioli, Reymundus Coste, Amedeus de Bornando, Jo. de Alamagnia, P. de Cresto, Ste. Marqueti, Reymundus Dorsier, Jo. Magnini, G. Chivalerii, Ludovicus Ginodi, P. Bernardet, Reymundus Lullini, Ste. de Puteo, Hugonetus Villete, Theobaldus Chicant, Glaudius Morelli, Jo. Chavane, P. de Nanto, Jo. Bracoz, Janinus de Mara, Jo. Margolliet, Bartholomeus Mermodi, Johannes Balli, (90) Petrus Guersi, P. de Quercu, Ansermetus Mistralis, Jacobus de Villario, Jo. Calabri, Franciscus Violant, P. de Crouz, Ja. de Fontana, Laurencius Fabri.

Fuerunt creati, constituti et ordinati, pro anno presenti, sindici et procuratores communitatis, videlicet nobiles et honorabiles viri Jo. de Orseriis, P. Magnini, Glaudius Ravenelli et [2], cum clausulis in talibus opportunis. Presentibus Ludovico Brant, Mer-

[1] La page du registre est restée blanche. L'article qui suit se trouve au bas, en marge.

[2] Le secrétaire a laissé en blanc la fin de la ligne. Le nom du quatrième syndic manque.

meto de Nanto fornerio, Roberto de Cresto, Jacobo Chabodi. — *(Alibi registrata est.)*

Jovis viij^a februarii, fuit tentum consilium generale in claustro beati Petri Gebenn.

Jo. de Orseriis, Glaudius Ravenelli, P. Magnini, consindici; — Ay. Versonex, G. Vaudo, Jo. Carerii, P. Braseti, Jo. Clerici, P. Ciclat, P. Cortagerii, Roletus Arnaudi, Jo. Mestrocti, F. Grossi, Jacobus Paqueti, Ste de Puteo, P. Levrerii, Jo. Novelli, Michael Lingocti, Jo. de Crosa, Michael Cugniardi, Mermetus Michallie, P. Gacheti, Clasquinus de Castro, Ludovicus Michallier, Vouterius Charavex, Petrus Marescalli, (91) Nycodus de Nanto, Jo. Bernardi, F. Borsat, Amedeus de Bornando, Perretus Chenuti, Guillelmus Ballet, Jo. Bouloz, Hugonetus Bocardi, Jo. Malagniodi, Reymundus Privissini, Franciscus Macri, Jo. Challex, P. Jaqueti, Jo. Roberti, P. Vignioli, F. Malieti, Jo. Becuelli, Theobaldus Martellet.

Fuit propositum quod nundum erant nisi tres sindici constituti, igitur quod eligeretur alter; et communi consensu omnium fuit, cum aliis jam electis et constitutis, electus et constitutus sindicus Girardus Rogeti. Presentibus Jacobo Chabodi, Ludovico Brant, Jo. Magnini. — *(Alibi est duplicata.)*

Ibidemque fuit locutum quod franchesie debeant legi in consiliis generalibus quater in anno[1].

[1] Les folios 91^vo-93 sont restés blancs.

(94) M° iiij^c lxx quinto, die xxv novembris.

Discretus vir Petrus Braseti, notarius, de mandato dominorum sindicorum expedivit de agtilieria civitatis nobili Petro de Peymex, thesaurario illustris et reverendi domini nostri Gebenn. episcopi, ad subveniendum guerre et obviandum maliciis Vallesonorum, videlicet quatuor colovrinas ad bancos et duas de passaz, et hoc ultra quatuor jam expeditas. Actum in portu Molaris, presentibus Francisco Macri, notario, Petro Gessonis et Johanne Bosoneti, testibus etc.[1]

Nomina burgensium[2] *:*
Franciscus Rolerii, faber.
Johannes Pellerii.
Gauterius Catinodi.
Petrus Mantilionis.
Franciscus dou Suet.
Mermetus de Torculari.
Dominicus de Pueys.
Johannes Bovardi.
Bartholomeus Mermodi.

Nomina vigillum :
Primo Robertus de Cresto habet unam saladam et unam coctam.
Jo. de Petra, alias Balaz, unam saladam, unam coctam, unum viogium et gantellos.
Guillelmus Gotrosii, unam coctam, saladam et gantellos.
Glaudius Perrodi, unam saladam, coctam et viogium.
Jo. Matelli, unam coctam, saladam, gantellos et viogium.
Ja. Chabodi, saladam, coctam, viogium et gantellos.
Nycodus de Grangia, unam coctam, saladam et viogium.
Mermetus Fornerius, unam coctam et saladam.

[1] Voir ci-dessus, p. 401, n. 1.
[2] Cette liste des bourgeois reçus durant l'année et inscrits au registre n'est pas complète; voir ci-dessus, p. 369.

Isti[1] iiij[or] non sunt scripti : Jaquemetus Picteti, Petrus Pechodi, Jo. Mermeti et Jacobus Savoex.

Nota[2] quod anno presenti lxx quinto, die xij aprilis, existentibus in ecclesia Sancti Petri venerabilibus viris dominis Andrea de Malvenda utriusque juris doctore, Petro de Viriaco cantore Gebenn., Petro Farodi de Grandivalle judice excessuum, necnon nobili et potenti viro Anthonio de Montecanuto domino ipsius loci, prefatus dominus officialis precepit michi fieri licteras testimoniales quod, die dominica quinta februarii, fuerunt constituti sindici : P. Gavit, H. Bona, Ny. de Liga et Jo. de Fogia, ipsis presentibus[3]. Et fuerunt testes in dictis licteris domini Amedeus Quarterii vicarius Sancti Gervasii, Jacobus Perreti presbiter et R. Privissini.

[1] Au-dessous, dans la marge.
[2] Au bas de la page.
[3] Voir ci-dessus, p. 342-343.

(95) REGISTRUM DOMUS VILLE

DE ANNO DOMINI M° IIII^C LXX SEXTO

Nomina sindicorum et consiliariorum :

Nobiles Johannes de Orseriis, Glaudius Ravenelli, Petrus Magnini et Girardus Rogeti, sindici.

Consiliarii : H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Ay. Versonex, A. de Peymex, — die[1] xvj julii, Guillelmus Fabri fuit admissus consiliarius loco Jo. Carrerii, — A. de Sancto Michaele, H. de Expagnia, Jo. de Peymex, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Jo. Carerii, — dominus Jo. de Saxo et P. Braseti[2], — P. Jaqueti, Ja. Nergaz, H. Valeti, A. Achardi, R. Privissini, Jo. Clerici, — Girardinus Blanmantel[3], — P. Cortagerii, B. Dorerii, G. Caro.

(96) *Martis sexta februarii,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

Jo. de Orseriis, Glaudius Ravenelli, P. Magnini, consindici ; — H. de Bona, P. Gavit, Ny. Lingocti, Jo. Fogia, R. Privissini, Jo. Clerici, P. Cortagerii, B. Dorerii, Hugonetus Valeti, G. Vaudo, Jo. Carerii.

Fuit ordinatum quod die crastina cridetur consilium generale ad providendum de uno sindico.

Item ordinantur ad logiamenta visitandum G. de Vaudo, R. Privissini et Caro.

Item quod vocentur et petantur mercatores victualium et cosoni, quod faciant provisionem de frumento et vitualibus[4].

[1] Ces mots sont écrits dans la marge et avec une autre encre.
[2] Ces deux noms sont écrits dans la marge. Le premier a été biffé avec la même encre que celle mentionnée à la note 1.
[3] Dans la marge.
[4] Sur la concentration des troupes savoyardes et bourguignonnes dans la région de Genève, voir Rodt, ouvr. cité, t. II, p. 22 ; F. de Gingins la Sarra,

Veneris ix februarii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — Jo. Fogia, G. Vaudo, Jo. Clerici, Ja. Nergaz, R. Privissini, B. Dorerii, P. Jaqueti, P. Cortagerii, H. Valeti.

Fuit loqutum de infrascriptis, primo de octo balis lane quas sub ombra mercancie Alamanorum extrahere nictuntur archerii a domo Angellini de Vellis, que bale sunt cuidam mercatori de Nyviduno, quod loquatur domino nostro episcopo.

Item de pecuniis captis in domo cujusdam mulieris.

Item quod archerii fuerunt in domo Hugoneti Lugoz.

Item loqui de argento capto filio Angellini de Vellis.

(97) Item de ij^{c} florenis quos petunt Henrico Ganterii, serraliono.

Et super omnibus loquatur domino nostro episcopo.

Lune xij februarii, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — P. Gavit, H. Bona, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Jo. Carerii, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, R. Privissini, P. Cortagerii, B. Dorerii, P. Jaqueti, Girardinus Blanmantel, G. Caro.

Primo fuit ordinatum quod fiat visitacio domini bastardi Burgundie usque ad valorem xxxv scutorum [1].

Item ordinatur fieri visitacio victualium.

Item quod sindici dent operam possibilem quod eisdem remictatur quidam malefactor, vocatus Jacotinus, in carceribus episcopalibus detentus.

Item ordinatur quod procedatur ad recuperandum argentum ab habentibus potestatem solvendi, sicut per prius factum extitit. Et deputantur ad recuperandum Jo. Clerici et Ja. Nergaz cum uno ex sindicis.

Item fiat honor domino bastardo Burgundie, et quod sindici seu duo ex ipsis ad obviam sibi ire debeant cum burgensibus civitatis.

Item quod fiat bonum vigil de nocte.

Episodes des guerres de Bourgogne, dans *Mémoires et documents publiés par la Société d'histoire romande,* t. VIII (1849), p. 215.

[1] Antoine, dit le Grand bâtard, avec une nombreuse suite, allait à la rencontre de la duchesse de Savoie; voir la lettre de Panigarola au duc de Milan, datée d'Orbe, 13 février, dans Gingins, *Dépêches,* t. I, p. 278; comp. p. 295 et Colombo, *loc. cit.,* p. 139.

Item quod de die custodiantur porte civitatis.

Item quod nundine more solito publicentur seu cridentur.

(98) *Martis xiij februarii,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Jo. Carerii, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, R. Privissini, P. Jaqueti, H. Valeti, P. Cortagerii, G. Caro. B. Dorerii.

Fuit ordinatum quod procedatur ad recuperandum pecunias, juxta taxam bonorum taxatorum, ab illis qui adhuc nichil solverunt.

Item quod fiat donum in victualibus domino bastardo Burgundie, prout heri fuit ordinatum. — *(Levatum est mandatum.)*

Et quia P. Gavit et Girardus de Fogia, qui iiij [mi]^{lia} scutorum recuperaverunt, dicunt quod amplius nolunt recuperare, ordinatur quod Jo. Clerici et Ja. Nergaz recuperent secundum taxam factam, et eisdem commictitur recuperacio actento quod Jo. Clerici dicit in hoc velle servire communitati sine custu et quod ipse nichil vult habere prout dicit de pena sua, et actento eciam quod bene cognoscit aurum esse bonum et pravum.

Jovis xv februarii, post prandium, in Domo ville, fuit tentum consilium fueruntque asistentes.

Jo. de Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — Ay. Versonex, H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Ay. Lestelley, Jo. de Peymex, Jo. Carerii, R. Privissini, Jo. Clerici, Girardinus Blanmantel, Ja. Nergaz, A. Achardi, P. Jaqueti, Ste. Achardi, P. Cortagerii, Roletus Arnaudi, B. Dorerii, Amedeus Thorens, Hugonetus Bocardi, Jo. Boulo, Theobaldus Chicant, Jaquetus Legras, P. de Becio, Guillelmus Ballet, P. de Cresto, Jo. Peytral, Franciscus Grossi, Jo. Mestrot, Clasquinus de Castro, Ste. de Puteo, (99) Jacobus Paqueti, P. Levrerii, H. Beatrisii, F. Serrason, Reymundus Lulini, Jo. Brasardi, G. Morelli, P. de Nanto, Jo. Pollerii, Franciscus Peytralis, Hugonetus Villete, Franciscus Perrodi, P. Mermodi, B. Vicencii, Girardus Debit, Humbertus Donzelli, P. Ciclat junior, A. Fabri, G. Boverii, Ja. Tombeti, G. de Castronovo, Jo. de Rup, Perretus Chenuti.

Coram quibus fuit lecta lictera trammissa ex parte illustrissimi domini ducis Burgundie, continens quod civitas debeat mictere armigeros in villis patrie Vaudi, cum aliis ducatus Sabaudie, pro custodia dictarum villarum Vaudi[1].

Item et quod detur provisio super victualibus, quod in victualibus non sit deffectus, quin victualia semper pro pecuniis non reperiantur et quod carnis non vendantur.

Conclusum et ordinatum fuit quod adhuc hodie, super tenore dicte lictere et aliis propositis, (et) vocetur seu cridetur et teneatur consilium generale ut fiant provisiones qui erunt fiende.

Jovis retro scripta xv februarii, in claustro beati Petri Gebenn., ad sonum grosse campane, fuit tentum consilium generale in quo fuerunt asistentes subnominati cum pluribus aliis.

Jo. de Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — Ay. Versonex, P. Gavit, Ja. Nergaz, Ny. Lingocti, P. Jaqueti, G. Caro, Roletus Arnaudi, Ludovicus Ginodi, B. Vicencii, F. Grossi, Jo. Besson, Hugonetus Grossi, Jo. de Crosa, Hugonetus de Sancto Germano, Jo. de Nanto condurerius, P. Rosset, F. Macri, Bartholomeus Bernardi, Jo. Bracoz, Glaudius Michaudi, P. Francisci, Jo. de Jouz, P. Gacheti, Henricus Fontanis, Ja. Rore, Jo. Novelli, Amedeus de Bornando, Ja. Tombeti, Nycodus de Nanto, Jo. de Cabulo, Perretus Chenuti, (100) Jo. Brasardi, Valterius Charavex, P. Marescalli, Jo. Pecollat, Ludovicus Michallie, P. Blonnex, Jo. Tornerii, G. Serralion, Guigo Lochet.

In quo consilio iterum lecta et exposita extitit lictera transmissa per illustrissimum dominum ducem Burgundie, mencionem faciens de gentibus armigerorum in custodiam ponendis in villis patrie Vaudi, et eciam super victualibus.

[1] Le duc Charles de Bourgogne avait quitté Nancy le 11 janvier; il atteignit Besançon le 22, en repartit le 6 février pour arriver à Orbe le 13. Dès le mois de janvier, il était entré en relations avec les Genevois; voir ci-dessus, p. 414. Les Archives de Genève (*Pièces historiques,* n. 692) possèdent une lettre du duc, adressée aux Genevois, que nous publions en appendice. Elle est datée de Besançon, le 22 janvier. Le contenu de cette lettre ne concordant pas avec l'analyse du registre, il est probable qu'il s'agit ici d'une seconde lettre du duc, que le bâtard de Bourgogne (dont le passage à Genève vient d'être signalé) avait peut-être été chargé de remettre aux Genevois.

Eciam fuit propositum de argento recuperando juxta taxam valoris bonorum cujuslibet, prout jam inceptum et recuperatum fuit.

Eciam quod eligantur habentes potestatem eligendi et retinendi logiamenta neccessaria pro statu domini ducis Sabaudie et domine duchisse[1].

Super premissis fuerunt in dicto consilio electi Reymundus Privissini, Girardus de Vaudo, Bezansonus Dorerii et Hugonetus Valeti et Guillelmus de Caro, tam ad logiamenta perquirenda quam eciam ad faciendum visitacionem victualium et visitacionem, cum designeriis, illorum de civitate qui sunt sufficienter in armis provisi vel non provisi, quibus datur potestas fieri faciendi potentibus et illis qui poterunt facere.

Item ordinatur quod recuperentur pecunie ab illis qui nundum nichil solverunt seu mutuaverunt.

Dictumque consilium generale dat potestatem consilio ordinario et de L^ta^ omnes provisiones circa premissa fieri neccessarias faciendi et execucioni demandandi.

Veneris xvj februarii.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ay. Versonex, Lestelley, Vaudo, R. Privissini, Ja. Nergaz, P. Jaqueti, P. Cortagerii, Caro.

Fuit locutum quod erant aliqui qui vendebant frumentum xviij grossis, quare est neccesse quod fiat provisio.

Fuit ordinatum quod sindici eisdem defendere et prohibere debeant ne vendant frumentum ultra precium xvj grossorum, et laborare debeant dicti sindici circa victualia, quod carnes non vendantur propter adventum domine nostre duchisse.

Ibidem nobilis Aymo de Versonex dixit quod ipse dabit bonum frumentum pro xvj grossis.

Item quod sindici faciant labo[ra]re commissos circa logiamenta et provisionem victualium.

(101) *Lune xix februarii,* fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona,

[1] La duchesse Yolande avait quitté Rivoli le 12 février, avec ses enfants et sa cour, pour rejoindre le duc de Bourgogne; voir Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 151-154.

Jo. Fogia, Lingocti, Ay. Versonex, Lestelley, G. Vaudo, Ja. Nergaz, Reymundus Privissini, B. Dorerii, P. Cortagerii, Caro.

Fuerunt in dicto consilio fieri ordinata sequencia.

Primo quod preparentur ducentum homines salvo pluri ydonei in armis, et hoc fiat secundum designerias et per designerios, juxta numerum ordinatum designeriis.

Item quod duo ex sindicis, scelicet P. Magnini et Ravenelli, a designeriis recipere debeant dictos armigeros in armis bene expertos.

Item quod habentes onus recuperandi argentum, diligenter recuperent.

Item quod fiat pulvis pro actilieria.

Item quod visitetur actilieria et preparetur, acque recte ponatur per Glaudium de Peymex, si possit fieri.

Item quod electi ad logiamenta retinenda et eligenda procedant ad dicta logiamenta retinenda et ordinanda.

Item quod electi ad visitandum victualia visitare et procedere debeant ad ipsa victualia visitanda et prohi[bi]ciones faciendas ne granum portetur extra civitatem, et petere debeant a domino vicario licenciam supra ecclesiasticos commissionem predictam exercendi, et cum ipsis deputatis adjungitur Petrus Cortagerii.

Item quod fiant bannerole pro pueris ad eundum ad obviam domino nostro duci Sabaudie.

De pallio an vel ne portari debeat, concluditur quod non.

Item de presoneriis duobus existentibus in Ensula, fiat eis justicia ad consilium dominorum doctorum.

Lune post prandium, xix februarii, fuerunt congregati in consilio.

Quatuor sindici; — Jo. de Fogia, Ay. Lestelley, P. Guersi, Ansermetus de Platea, P. Nycodi, P. Exerton, Clasquin, F. Macri, Perret Chenuti, Jo. Monteysel, Glaudius de Castrorubeo, F. Perrotini, Reymundus Lullini, Jo. de Crosa, G. Serralion, Glaudius Morelli, (102) P. de Cresto, Theobaldus Chicant, Jaquetus Legras, Jo. Mestrot, Roletus Arnaudi, F. Grossi, B. Dorerii, F. Violant, G. Ballet, Ja. Nergaz, A. Achardi, P. Jaquet, Jo. Carerii, Jo. Clerici, Jo. de Marlio.

Ex deliberacione omnium supranominatorum concluditur quod omnes taxati qui non solverunt, solvant et incontinenti, tam per levacionem bonorum quam personarum detencionem, cujuscumque condicionis existat.

Item quod nullomodo permictatur exire bladum extra civitatem.

Item quod omnes designerii procurent cum effectu et incontinenti quod eorum electi et subtus ordinati sint sufficienter armati.

Martis xx[a] februarii, fuerunt in consilio asistentes.

Jo. de Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. de Bona, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Ja. Nergaz, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Jo. Carerii, R. Privissini, Jo. Clerici, P. Jaqueti, B. Dorerii, P. Cortagerii, G. Caro.

Ordinatur in materi[i]s occurrentibus prout heri de sero fuit ordinatum.

Fiat mandatum receptori de xxix florenis, vj solidis, vj denariis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Nycolino Lingocti de lxxix florenis, ij solidis, vj denariis, causa vendicionis de sompetral. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Laurino Colier, suctori, de vj florenis, ix solidis, vj denariis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

(103) *Veneris xxiij februarii.*

Jo. Orseriis, P. Magnini, G. Rogeti, consindici; — P. Gavit, Ny. Lingocti, Ja. Nergaz, P. Jaqueti, B. Dorerii.

(Nota! Burgensis.) — Creatur burgensis Johannes Mugnerii, de Billiaz, conreator, Marie Magdalenes, mediantibus vij florenis et j selliocto. — *(Levata est lictera.)*

(Burgensis.) — Jo. Blancheti, carpentator, parrochie Sancti Gervasii, vij florenis, j selliocto. — *(Levata est lictera.)*

(Burgensis.) — Guillelmus de Fontana, carpentator, vij florenis et j selliocto.

Fiat mandatum Jacobo Quiblierii, carpentatori, de xxx grossis pro ejus veste. — *(Levatum est.)*

Die Dominico xxv februarii.

Jo. Orseriis, Ravenelli, P. Magnini, Rogeti, sindici; — Versonex,

Bona, Gavit, Jo. Fogia, Lestelley, Carrerii, Ja. Nergaz, B. Dorerii, P. Jaqueti, Jo. Clerici, P. Cortagerii, Quarro, Valeti.

Fuit ordinatum dari in victualibus illustrissimo domino nostro duci Sabaudie et domine duchisse, usque ad summam centum florenorum.

Item quod fiat eisdem in eorum adventu honor fieri possibilis.

(104) *Martis xxvij februarii*, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium ordinarium et fuerunt presentes subnominati.

Jo. Orseriis, Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — Bona, Gavit, Ay. Lestelley, Jo. Quarrerii, G. Vaudo, R. Privissini, Jo. Clerici, Cortagerii, Valeti, Quarro, B. Dorerii.

Fuit ordinatum dari domino cancellario Sabaudie in victualibus usque ad summam decem florenorum. — *(Levatum est mandatum.)*

(Nota! Burgensis.) — Fuit creatus burgensis Johannes Rochonis, de Nantuaco, pomerius, commorans in Fusteria, pro vij florenis et j sselliocto.

Mercuri xxviij februarii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — Jo. Fogia, Lestelley, Privissini, A. Achardi, P. Jaqueti, Ja. Nergaz, Girardyni, B. Dorerii, Roletus Arnaudi, Hugonetus Grossi, Jo. Peytralis, Clasquin, Jo. Pecollat, Franciscus Grossi, Hugonetus Bocardi, Michael Borgesii, Chicant, P. Mermodi, P. de Cresto, Nycodus de Nanto, Jo. Bouloz, Reymundus Lullini, Ludovicus Fugasse, Janinus de Mara, (105) Glaudius de Castronovo.

Fuit propositum quod reverendus dominus noster episcopus petit quod sui cives et burgenses faciant tercentum homines in armis bene expertos.

Item fuit injuntum sindicis quod ipsi restituant nobili Aymoni de Versonex pecunias quas ipse concessit et mutuavit super magna cruce Sancti Petri et super uno calice.

Fuit ordinatum primo super armigeris, quod fiat aliqua honesta et congrua excusacio, remostrando onera civitatis substenta in fossalibus

Sancti Gervasii et in tribus armatis, sicut apud Morgiam, Allium et Chablaisium[1], et cum aliis multis oneribus.

Super pecuniis nobilis Aymonis de Versonex, quod recuperetur argentum ab illis qui nundum nichil solverunt de mutuo, juxta taxam suorum bonorum.

Et si non possent recuperari pecunie, quod dicto nobili Aymoni dicatur quod ipse reperiat more cambii dictum argentum super dictis pignoribus.

Veneris prima marcii, fuit tentum consilium in Domo ville.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — Ay. Versonex, H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Lestelley, Vaudo, Privissini, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, B. Dorerii, Caro, Valeti.

Fuit constitutus Johannes Roberti, notarius, procurator Omnium Animarum cum Jacobo Roguz, loco Humberti Perrodi, et juravit ut in forma etc.

Item fuit ordinatum quod pocius quam fiant armigeri, quod detur argentum, in minori numero quod poterit fieri, reverendo domino nostro episcopo, loco armigerorum.

Et super hoc vocetur consilium de L^ta^ antequam aliquid exprimatur.

Item quod portetur pallium ad obviam illustrissimi domini nostri ducis et domine duchisse, et quod loquatur de dando aliquid nobili sicutiffero dicti domini ducis, ut non det aliquid impedimentum in dicto palio[2].

(106) *Dominico iij^a^ marcii,* fuit tentum consilium in Domo ville.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — Jo. Fogia, Lingocti, Jo. Carrerii, Ja. Nergaz, R. Privissini, Ste. Achardi, P. Jaqueti, A. Achardi, Jo. Clerici, B. Dorerii, Caro.

[1] Il s'agit des secours accordés à l'évêque, en 1475, lorsqu'il se porta au secours d'Aigle (août), au moment de la conquête du pays de Vaud par les Suisses (octobre), enfin à l'occasion de la campagne du Bas-Valais (novembre); voir ci-dessus, p. 383, 390 et 401.

[2] Le duc de Savoie Philibert I^er^ et sa mère, la duchesse Yolande, firent leur entrée à Genève, avec une suite d'environ 2000 chevaux, le 1^er^ mars, vers 4 h. de l'après-midi; voir la lettre des ambassadeurs milanais à leur maître, datée de Genève, 2 mars, dans Gingins, *Dépêches,* t. I, p. 306. Comp. Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 154.

Fuit propositum de custodia fienda, quod Lumbardi non debeant transire per civitatem, sed revertantur ad servicium domini Burgundie [1].

Item et de tercentum armigeris petitis per dominum nostrum episcopum.

Fuit ordinatum quod ponantur custodes civitatis, qui portas custodire debeant absque exprimendo Lumbardos.

Item de armigeris petitis, quod fiat excusacio, remostrando onera jam substenta et tres armatas jam substentas, et antequam ad ulteriora procedatur, factis dictis excusacionibus, vocentur L^ta.

Martis v^ta marcii, in Domo ville, fuit tentum consilium ordinarium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, Rogeti, sindici; — Versonex, H. de Bona, P. Gavit, Lingocti, A. de Peymex, G. Vaudo, Jo. Carrerii, R. Privissini, Jo. Clerici, Ja. Nergaz, P. Jaqueti, B. Dorerii, Caro, Valeti.

Fiat mandatum receptori de lxxiij florenis et ix grossis de dono dato domino duci et domine duchisse. — *(Levatum est.)*

Fuit propositum de tercentum hominibus petitis ex parte domini nostri episcopi in armis, videlicet qualis responsio fieri debet.

Ordinatur quod [post] prandium vocentur Quinquaginta super responsione fienda.

(107) *Martis quinta marcii,* post prandium, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — P. Gavit, Versonex, R. Privissini, Ja. Nergaz, B. Dorerii, P. Jaqueti, Ny. Lingocti, Valeti; — P. Nycodi, Hugonetus Grossi, Jo. Boconis, Roletus Arnaudi, Janinus de Mara, Glaudius Morelli, Jo. Rochonis, P. de Cresto, Anthonius Fabri, Ludovicus de Bruselles, B. Vicencii, Jo. Mestrocti, Bartholomeus de Monte, Johannes Pecollat, Guigo Lochet, Reymundus Lullini, Jo. Regis, Charavex, P. Marescalli, Ludovicus Michallie, Jo. Monteysel, Jacobus Minguyni, Petrus Mermodi, Ste. de Puteo, Oliverius Chapuissii, P. de Ruella, Jo. Tornerii, F. de Vaudo, Michael de Riva, Franciscus Grossi, G. Boverii, Franciscus Violant, Jaquetus Legras, Guillelmus Ballet, Johannes Chambaz, P. de Arlo, G. Serralion,

[1] La nouvelle du désastre de Grandson (2 mars) parvint à Genève le 3 mars, précédant de peu les fuyards de l'armée bourguignonne; voir Gingins, *Dépêches,* t. I, p. 309, 369.

Jacobus Paqueti, P. Marlii, Nycodus de Nanto, Jacobus de Villario, Hugonetus Bocardi, Johannes Malagniodi, Guillelmus Borgesii, Jacobus Tombeti, Johannes Roberti, (108) Franciscus Peytral, Theobaldus Chicant, P. de Becio.

Coram quibus fuit propositum quod illustris et reverendus dominus noster episcopus jam sepe peciit acque petit tercentum homines in armis expertos ad ipsum associandum illuc quo voluerit ire in armis, quare queritur qualis responsio sibi fieri debet.

Super quibus propositis fuit conclusum et ordinatum quod ex parte civitatis fiat benigna excusacio, demostrando alias jam tres aut iiij^or substentas armatas, onera fossalium Sancti Gervasii et alia onera quamplurima substenta.

Et si a casu non sufficiat excusacio, tunc concluditur quod pocius detur sibi aliquod graciosum donum, pro minori quo fieri poterit, actenta pauperitate civitatis, loco dictorum tercentum hominum petitorum, quod donum recuperari et solvi debeat per designerias, secundum ratam et quotam cujuslibet designerie, et non fiant armigeri, et obtineantur lictere quod de cetero non petet armigeros.

Et fuit dictum, per os nobilis Aymonis de Versonex, quod prelibatus dominus noster episcopus faciet licteras communitati declaratorias, sicut dudum papa Felix fecit, quod communitas ex debito non tenetur et quod dominus non trahet in consequenciam, et de hoc in se onus assumit mediante solucione dictorum tercentum scutorum.

Item eciam quod dominus noster episcopus onus assumet communitatem excusandi erga dominum ducem Burgundie de dictis armigeris.

Item et eciam licteras obtinebit compulsorias erga quoscumque nobiles et alias personas taxatas ad causam domorum et possessionum, ad solvendum eorum taxam et quod nullus erit exentus.

Mercuri vj marcii, in Domo ville, fuit tentum consilium ordinarium et de L^ta.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — Ay. Versonex, Jo. Fogia, Lestelley, R. Privissini, Ja. Nergaz, P. Jaqueti, B. Dorerii, H. Valeti, Caro; — Hugonetus Grossi, Jo. Pecollat, P. Mermodi, Michael Lingocti, Jo. Mestrocti, Jacobus Paqueti, Amedeus Thorens, Roletus Arnaudi, Jo. Bouloz, Jo. Tornerii, Jo. Malagniodi, P. Mares-

calli, Jo. Brasardi, P. de Cresto, Jo. Peytral, Guillelmus Ballet, (109) Ansermetus Mistralis, Jo. Pollerii, P. de Ruella, Jacobus Tombeti, P. de Arlo, Charavex, Taconis, Ludovicus de Brussellex, A. Fabri, Guillelmus Borgesii, Clasquini, F. de Vaux, Guillelmus Fabri, Reymundus Lullini, P. de Becio, Jaquetus Legras, G. de Castronovo, P. Nycodi notarius, F. Violant, Guigo Locheti, F. Serrason, G. Boverii.

Fuit propositum materia jam pluries proposita, videlicet de tercentum armigeris petitis per dominum nostrum episcopum civitati, super qua peticione sindici fecerunt excusaciones fieri opportunas, tamen dominus noster episcopus dictas excusaciones refutavit, petendo, ut supra, armigeros seu valorem in argento.

Et appunctuaverunt sindici pro dictis tercentum hominibus quod tradantur in argento tercentum scuta.

Item, et si fieri possit, absque consilio generali quod recuperentur dicta tercentum scuta.

Fuit ordinatum, conclusum et appunctuatum primo quod, actenta potestate data in consilio generali consilio ordinario et de L^ta^ super hujusmodi materia, quod non teneatur super hoc consilium generale.

Item et quod plus valet solvere dicta tercentum scuta, quam facere armigeros, et plus prodest communitati.

Ideo ordinatur et concluditur quod dicta tercentum scuta solvantur et recuperentur per designerias, secundum equivalenciam, porcionem et quotam dictarum designeriarum. Et si aliquod defficiat, capiatur super mutuo.

Et obtineantur lictere quod communitas ex debito non tenetur, et alias licteras opportunas decernat.

Lune xj marcii.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — H. de Bona, P. Gavit, Fogia, Lingocti, Jo. Quarrerii, G. Vaudo, R. Privissini, Ja. Nergaz, P. Jaqueti, Caro, P. Cortagerii.

(110) De lictera transmissa ex parte domini ducis Burgundie, quod nichil rescribatur[1].

[1] Voir ci-dessus, p. 424. — Après avoir songé à établir son camp près de Genève, le duc de Bourgogne avait fait choix de Lausanne, où il arriva lui-même le 14 mars. Voir ses lettres à la duchesse de Savoie, datées de Nozeroy, le 7 et le 8 mars, dans Gingins, *Dépêches*, t. I, p. 336 et 341. Les dépêches des ambassadeurs milanais (*ibidem*, p. 332, 342, 347, 348, 355) montrent l'animation qui régnait alors à Genève, où la duchesse Yolande et sa cour séjournèrent jusqu'au 19 mars et où se concentraient de nombreux corps de troupes savoyards. Voir aussi Colombo, *loc. cit.*, p. 142-143, et la chronique de Schilling, éd. citée, t. II, p. 4.

De greneriis apperiendis et blado, dicatur secrete alicui habenti quod ipse vendat justo precio.

De tercentum scutis solvi petitis per designerias et que designerie nunc nolunt solvere.

Ordinatur quod iterum vocetur consilium de L^ta^ et designerii.

De centum scutis solvi petitis pro reempcione crucis.

Quod respondeatur quod communitas non habet pro presenti argentum, et eciam quod dicta communitas habet terminum unius anni ad solvendum mutuum. Item actento quod domini ecclesiastici debent solvere eorum partem super decima imponenda ecclesiasticis.

Item quod visitetur panis, et ille qui non erit de pondere vendatur precio duorum denariorum, qui duo denarii tradantur illi cui est panis.

Martis xij marcii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — Versonex, H. de Bona, P. Gavit, Fogia, Lingocti, Lestelley, G. Vaudo, Jo. Quarrerii, R. Privissini, Jo. Clerici, Ja. Nergaz, P. Jaqueti, B. Dorerii, P. Cortagerii, Caro, H. Valeti, Girardus Blanmantel.

Propositum fuit de foro frumenti, de pane vendendo, et quod procuretur quod non levetur frumentum in civitate.

Ordinatur quod injungatur patisseriis quod ipsi faciant panem ad valorem xx^ti^ solidorum pro octana frumenti, et si contradicant, inhibeatur quod non faciant nisi ad illum valorem xx solidorum.

Item quod ponderetur panis et si non reperiatur de pondere, quod levetur et vendatur precio duorum denariorum, et detur decima pauperibus et residuum argenti tradatur illi cui erit panis.

Fiat mandatum Anse Vanguenet de lj scutis regis, xxiij grossis; xv florenis, v grossis; lxviij scutis Sabaudie, iij solidis. — *(Levatum est.)*

(111) *Martis xij marcii,* post prandium, fuit tentum consilium de L^ta^.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — P. Gavit, Fo-

gia, Ja. Nergaz, B. Dorerii, R. Privissini, Girardus Blanmantel ; — Glaudius de Peymex, Ansermetus de Platea, Janinus de Mara, Glaudius de Castronovo, Theobaldus Chicant, Girardus de Boulo, Roletus Arnaudi, Ja. Paqueti, Jo. Rubini, P. de Ruella, Nycodus Gabet, G. Boverii, Reymundus Lullini, F. Serrason, P. Levrerii, P. Arlo, G. Ballet, Hugonetus Bocardi, Jo. Bouloz, P. de Cresto, Guillelmus Borgesii, Jo. Peytralis, P. Mermodi.

Fuit iterum propositum de tercentum scutis solvi ordinatis domino nostro Gebenn. episcopo, loco tercentum hominum armigerorum per ipsum dominum nostrum episcopum fieri petitorum. Et utrum debeant recuperari dicta tercentum scuta per designerios, sicut jam fuit ordinatum.

Concluditur et ordinatur quod servetur ordinacio jam super premissis facta in alio consilio de L^ta^ ultimate tento.

Martis xix marcii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati..

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Jo. Carrerii, (112) R. Privissini, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, B. Dorerii, G. Caro, P. Cortagerii, H. Valeti, P. Jaqueti.

Ordinatur de tercentum scutis solvi ordinatis domino nostro episcopo, quod intimetur designeriis quod ipsi recuperent, quilibet juxta taxam sue designerie.

Item de centum scutis solvi petitis per nobilem Aymonem de Versonex, fiant excusaciones quod communitas non habet argentum.

Fiat mandatum receptori de decem florenis et vij grossis pro dono dato domino Guillelmo de Rochiffort[1]. — *(Levatum est.)*

Veneris xxij marcii, in Domo ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, G. Rogeti, consindici; — Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, P. Jaqueti, Jo. Carrerii, B. Dorerii, G. Caro.

[1] Guillaume, sire de Rochefort, l'un des principaux conseillers du duc de Bourgogne, se trouvait alors à Genève auprès de la duchesse de Savoie. Il passa, en 1477, au service du roi Louis XI et mourut chancelier de France.

In quo consilio fuit petitum per venerabilem virum dominum priorem Lemencii et nobilem Aymonem de Versonex, ex parte domini nostri Gebenn. episcopi, quod ipse dominus noster episcopus vult habere copiam registri propositorum et conclusorum in duobus consiliis, videlicet in consilio generali in quo fuerunt [lecte] lictere domini ducis Burgundie, et in alio consilio de L^ta^ in quo fuerunt ordinata sibi dari et solvi tercentum scuta[1].

Intimando et notifficando quod idem dominus noster est multum displicens ex eo quod per medium aliquorum, ut dicitur, dilactatur solucio dictorum tercentum scutorum.

Super quibus fuit responsum quod super solucione dictorum tercentum scutorum, sindici habent terminum ad solvendum cras per totam diem, et quod ipsi sindici totam diligenciam facient fieri possibilem quod fiet saltem in parte solucio dictorum iij^c^ scutorum.

Super copia registri petita, ordinatur quod fiat dictorum duorum consiliorum copia et expediatur, prout petitum extitit.

(113) Ibidem, presentibus Glaudio de Peymex, Petro Jaqueti et Ludovico Brant, Girardus de Fogia confitetur debere Glaudio Ravenelli, consindico, presenti, lxviij scuta Sabaudie et tres grossos, causa responsionis facte pro Anse Vanguenet, solvendum infra nundinas proximi festi Pasche. — *(Nota! Alibi est penes creditorem.)*

Martis xxvj marcii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium in quo fuerunt asistentes subnominati.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Reymundus Privissini, Jacobus Nergaz, B. Dorerii, P. Jaqueti, H. Valeti, P. Cortagerii, G. Caro.

Fuit ordinatum quod illi qui habent bladum debeant fieri facere panem ad ducendum ad armatam domini Burgundie[2], et non permictatur illis qui habent bladum quod ipsi emant panem per supra bancos, ut carius non vendatur panis.

[1] Voir ci-dessus, p. 424 et 432.

[2] L'armée bourguignonne se concentrait alors au camp de Lausanne. La duchesse de Savoie quitta Genève le 19 mars, pour gagner Lausanne où elle arriva le 22; voir Colombo, *loc. cit.*, p. 145-146.

Item ex parte domini ducis Burgundie fuerunt petite civitati magne lancee.

Et fuit ordinatum quod, notifficato consilio de L^ta^, quod libere sibi expediantur ducentum et l^ta^ lancee.

Eadem die xxvj marcii, post prandium, fuit tentum consilium de L^ta^.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, consindici; — B. Dorerii, G. Caro; — Bartholomeus Bernardi, F. de Vaudo, G. Serralion, Jo. Regis faber, Valterius Charavex, Durodus de Planis, Petrus Jaqueti, Jacobus Paqueti, Jaquetus Legras, Roletus Arnaudi, Guillelmus Boverii, (114) P. de Cresto, Glaudius de Castronovo, Jo. Mestrocti.

In quo consilio fuit ordinatum quod expediantur libere, sine aliquid petendo, ducentum et l^ta^ lancee domino duci Burgundie.

Martis secunda aprilis, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. de Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Lestelley, Jo. Carrerii, Ja. Nergaz, Privissini, B. Dorerii, Girardus Blanmante, P. Cortagerii, G. Caro, P. Jaqueti.

Commictitur Petro Cortagerii reparacio pontis latrinarum Lungemale.

Ordinatur visitari illos qui habent bladum ad vendendum, quod ipsi faciant vendere bladum.

Martis ix aprilis, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Lingocti, Ay. Lestelley, G. Vaudo, R. Privissini, Jacobus Nergaz, P. Paqueti [Jaqueti], Jo. Carrerii, Jo. Clerici, B. Dorerii, Caro, H. Valeti.

(115) Fuit ordinatum quod fiat bona diligencia de recuperando tercentum scuta. Sed tamen, ipsis recuperatis, non tradantur nisi prius habitis licteris fieri ordinatis et expediri conventis ante habicionem dictorum tercentum scutorum.

Item ordinatur quod illi qui vinum retrahunt ad hanc civitatem solvant introgium vini.

Martis xvj aprilis, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, consindici; — Jo. Fogia, P. Gavit, Ay. Versonex, H. de Bona, G. Vaudo, R. Privissini, Jo. Carrerii, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, Ny. Lingocti, P. Jaqueti, B. Dorerii, Caro, P. Cortagerii, H. Valeti.

Fuit ordinatum quod tradantur et expediantur nobili Aymoni de Versonex ducentum scuta infra hodie, et ulterius, si fieri posset, ordinatur quod simul tradantur domino nostro episcopo tercentum scuta sibi solvi conventa dum tamen signet in promptu dictas licteras signari conventas.

Et quia simul hoc fieri non potest[1], ideo ordinatur fieri mandatum nobili Johanni Clerici, qui fecit recuperaturam a designeriis, quod ipse tradat et expediat dicto nobili Aymoni de Versonex dicta ducentum scuta sicut supra dictum est. — *(Alibi registratum est et ordinatum fieri in personam receptoris.)*

Et dictus nobilis Aymo de Versonex dixit se procurare cum effectu quod dominus noster episcopus signabit jam supra mencionatas licteras declaratorias sicut bulla pape Felicis, alioquin dixit se restituere communitati dicta tercentum scuta et promisit acque convenit, in presencia quorum supra, ipsa tercentum scuta restituere si non tradat licteras signatas manu prelibati domini nostri episcopi[2].

Veneris xix aprilis, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, Jo. Fogia, R. Privissini, P. Jaqueti, P. Cortagerii.

(Burgensis.) — Fuit creatus burgensis Anthonius Menalesii, de Carmanula, appothecarius, parrochie Marie Magdalenes, pro et mediantibus septem florenis et una colovrina.

[1] Ces mots sont écrits dans la marge. La fin de l'alinéa précédent, à partir de : *et ulterius,* semble avoir été aussi intercalée après coup dans le texte du registre.

[2] La déclaration réclamée par le conseil de Genève ne fut signée par l'évêque Jean-Louis que le 22 novembre 1477, dans la maison d'Aymon de Versonnex (Archives de Genève, *Pièces historiques,* n° 705; impr. dans Spon, *Histoire de Genève,* éd. Genève 1730, t. II, p. 172). En s'en référant à une bulle de son prédécesseur et aïeul, le pape Félix V, du 17 février 1448 (Arch. de Genève, *Pièces hist.,* n° 581; impr. dans Spon, *loc. cit.,* p. 168), l'évêque reconnaît que les citoyens et habitants de Genève ne sont pas tenus de lui fournir des troupes en dehors du territoire de la ville et des faubourgs.

(116) *Dominico xxj aprilis*, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, consindici; — domini doctores : Jo. Magnini, Ludovicus Botholierii, Jo. de Saxo; — H. Bona, Jo. Fogia, R. Privissini, Jo. Clerici, B. Dorerii, G. Caro.

Fuit propositum de licteris liberacionis et exencionis fieri promisis communitati armigerorum, mediantibus tercentum scutis, et de ipsis jam sunt soluti ij^{c} scuta, tamen non possunt sindici habere licteras signatas quas nobilis Aymo Versonex signari facere convenit. Igitur queritur quid sit fiendum.

Ordinatur quod iterum vocetur nobilis Aymo de Versonex et sibi dicatur quod ipse observet promissa et conventa per eum, videlicet quod ipse faciat signare dictas licteras aut restituat dicta ij^{c} scuta.

Lune xxij aprilis, in claustro Sancti Petri, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — P. Gavit, Jo. Fogia, R. Privissini, Ja. Nergaz, Anthonius Achardi, P. Jaqueti, Jo. Carrerii, G. Vaudo, B. Dorerii, P. Cortagerii.

Fuit iterum propositum de signatura licterarum fieri promisarum de exencione armigerorum.

Et fuit ordinatum quod expediantur nobili Aymoni de Versonex tercentum scuta, dumtamen ipse promictat dictas licteras tradere signatas aut restituere communitati dicta tercentum scuta.

Item concluditur quod non petatur a domino nostro episcopo fieri quictanciam de ipsis tercentum scutis, dumtamen expediantur et tradantur lictere signate sicut promissum est.

(Nota!) — Sindici, nomine communitatis, confessi sunt debere, causa mutui, Jacobo Nergaz xxv scuta, Nycolino Lingocti xxv scuta, Petro Jaqueti sex scuta, Glaudio Ravenelli, consindico, xxv scuta, solvenda infra nundinas festi Pasche, et residuum centum scutorum tradat receptor communitatis, presentibus Ludovico Brant et Jacobo Savoex.

(117) *Martis xxiij aprilis*, in claustro Sancti Petri, fuit tentum consilium.

G. Rogeti, aliis absentibus; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, G. Vaudo, Jo. Carerii, Jo. Clerici, R. Privissini, B. Dorerii, Ja. Nergaz, P. Jaqueti, P. Cortagerii, G. Caro.

Fuit propositum quod tractatur de pace Friburgensium cum domino Burgundie[1]. Ideo esset bonum mictere unum bonum personagium pro abboliendo obligacionem de xxviij millibus scutorum.

Fuit ordinatum quod hujusmodi materia recomandetur domino cancellario Sabaudie, et juxta suum consilium procedatur.

|| Fiat mandatum Petro Cortagerii de vj florenis et vj grossis, prout in rotulo. || — *(Levatum et registratum est alibi.)*

Mercuri xxiiij aprilis, in claustro Sancti Petri, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — Ay. Versonex, P. Gavit, R. Privissini, Jo. Carrerii, G. Vaudo, Jo. Clerici, Ja. Nergaz, Girardus Blanmantel, A. Achardi, B. Dorerii, Caro, P. Jaqueti, P. Cortagerii.

Fuit propositum quod dominus noster episcopus iterum petit sindicis centum scuta ultra alia tercentum jam sibi data, et hanc peticionem pro ipso fecit venerabilis dominus Petrus de Viriaco, dicendo quod si infra Sabbati dicti sindici non tradant dicta centum scuta, quod eis duplum coustabit.

Fuit eciam propositum de lictera nundum signata, et eciam si tractetur de pace Friburgensium, utrum civitas debeat facere mencionem de obligacione xxviij millium scutorum.

(118) Ordinatur primo quod super peticione centum scutorum, sindici loquantur domino nostro episcopo et postea relatent consilio. Et petatur consilium de L^{ta} super hujusmodi materia.

Item ordinatur super aliis duabus materiis, quod sindici ipsas exponant dominis de capitulo quia ipsos tangit sicut civitatem, et cum eorum consilio et adjutorio procedatur.

Jovis xxv aprilis, in claustro Sancti Petri, fuit tentum consilium ordinarium et de L^{ta}.

Jo. Orserres, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — P. Gavit, Ja. Nergaz, R. Privissini, Jo. Carrerii, P. Jaqueti, Jo. Clerici, Hugo-

[1] Ces négociations, entamées à l'instigation de la duchesse de Savoie, n'aboutirent pas ; voir A. Büchi, *Freiburgs Bruch mit Œsterreich, sein Uebergang an Savoyen und Anschluss an die Eidgenossenschaft,* dans *Collectanea friburgensia,* n° VII (Fribourg, 1897), p. 137-138.

netus Valeti, Girardinus Blanmantel, G. Caro; — Glaudius de Peymex, Roletus Arnaudi, Hugonetus Grossi, Jacobus Paqueti, Franciscus Perrotini, Jaquetus Legras, Ansermetus de Platea, Petrus Exerton, Jo. de Boulo, P. de Cresto, G. Serralion, Jo. Tornerii, B. Vicencii, Hugonetus Villete, Jo. Pollerii, Jo. Besson, Jo. de Crosa, Franciscus Grossi, Clasquini, P. Guersi, Girardus de Boulo, P. Flory.

Fuit propositum quod licet major pars tercentum scutorum solvi ordinatorum loco armigerorum fieri petitorum sit soluta, tamen dominus noster episcopus adhuc petit sibi dari et solvi, ultra dicta tercentum scuta, centum scuta, alioquin quod si dicta centum scuta non solvantur, sindici stabunt arrestati in domo episcopali.

Super quibus premissis ordinatur, actento quod in premissis fieri non potest provisio absque consilio generali, quod cras, ante prandium, proclametur consilium generale.

(119) *Veneris xxvj aprilis,* in claustro beati Petri Gebenn., fuit tentum consilium generale.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — H. de Bona, Jacobus Nergaz, B. Dorerii, G. Caro, Nycodus de Nanto, P. Gatilliardi, Jo. Bouloz, Jaquetus Roguz, Jo. Roberti, P. Exerton, Jo. Novelli, P. Arlou, Jo. Engley, P. Gacheti, Jo. Ruffi alias Pecollat, P. Vignioli, Valterius Charavex, Jo. Bernardi, P. de Nanto, Jo. de Cresto notarius, F. Grossi, magister P. de Quercu, Roletus Arnaudi, G. Serralion, Ludovicus Morelli, Guillelmus Borgesii, Oddetus Tacon, F. Macri, Petrimandus Mabosson, Nycodus Chenevalis, Theobaldus Martellet, Hugonetus Burdet, Franciscus Cergat, Hudrio Ferra, Theobaldus Albi.

Fuit propositum quod sunt plures designerii qui nullam diligenciam seu solucionem fecerunt de tercentum scutis donatis, loco armigerorum, domino nostro episcopo, et quod, deffectu solucionis eorumdem, sindici steterunt arrestati in domo episcopali pluribus diebus.

Item quod aliunde fuit facta, ex parte prelibati domini nostri, quedam alia peticio que pro utilitate communitatis exprimi et declarari non potest neque debet, tamen est neccesse super eadem respondere habita potestate consilii generalis.

Super primo proposito ordinatur quod omnes solvant et solvere debeant secundum taxam eis factam.

Super secundo proposito, consilium generale dat potestatem consilio ordinario et de L^ta^ respondendi et providendi ac appunctuandi, prout eisdem melius et tucius videbitur fore fiendum pro utilitate communitatis.

Consilium generale supranominatum constituit procuratorem Johannem Roberti, notarium, ibidem presentem, et Jaquemetum Roguz, ad regendum Boytam purgatori et legata petendum[1]. Presentibus Ludovico Brant, Jacobo Chabodi et Roberto de Cresto, testibus. — *(Alibi registratum est.)*

(120) *Jovis* [*Veneris*] *xxvj aprilis,* post prandium, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — Jo. Fogia, Ja. Nergaz, Girardus Blanmantel, G. Caro, B. Dorerii, Glaudius de Peymex, Roletus Arnaudi, Hugonetus Grossi, Girardus Gervasii, P. Gatilliardi, Bartholomeus Bernardi, F. Perrotini, Valterius Charavex, Henricus Fontanis, Ansermetus de Platea, Jacobus Paqueti, Jaquetus Roguz, F. Macri, Jo. Bouloz, Guigo Locheti, Girardus de Boulo, Jo. Roberti, Oliverius Chapuissii, Hugonetus Bocardi, Jo. Pollerii, A. Fabri, Theobaldus Chicant.

Coram quibus retro nominatis fuit propositum quod ultra tercentum scuta solvi ordinata domino nostro episcopo loco tercentum hominum armigerorum et jam quasi soluta, prelibatus dominus noster episcopus seu venerabilis vir dominus de Viriaco, ejus consiliarius, ejusdem domini nostri parte peciit acque petit sibi solvi centum scuta, dicendo quod sindici tenebunt arrestum in domo episcopali donec solutis dictis centum scutis, et si in brevi non solvant, quod coustabit duplum. Et hoc est quod sindici in consilio generali exprimere noluerunt pro utilitati communitatis.

Super quibus premissis petunt domini sindici quid sit fiendum.

Ordinatur et concluditur quod domini sindici concordent et patiffi-cent hujusmodi peticionem cum prelibato domino nostro episcopo et ejus consiliariis, et moderent dictam summam, si fieri possit, et si a

[1] Voir ci-dessus, p. 429. Sur cette institution de bienfaisance publique, appelée aussi *Boîte de toutes âmes* et mentionnée dès le milieu du XV^e^ siècle, voir Chaponnière et Sordet, *Des hôpitaux de Genève, loc. cit.*, p. 341 et suiv.

casu fieri non possit, faciant tantum quod communitas semper sit et remaneat in bona gracia dicti domini nostri episcopi et principis.

Consiliumque supranominatum dat potestatem sindicis dictam quantitatem reperiendi et accomodandi, seque obligandi pro communitate ad cambiandum seu aliter, prout melius fieri poterit ad habendum dictam quantitatem seu illud ad quod erit concordatum.

Obligacio.

Anno quo supra m° iiij^{c} lxxvj, indicione ix et die xxviij^{a} mensis aprilis, coram me notario personaliter constituti nobiles Johannes de Orseriis, Petrus Magnini et Glaudius Ravenelli, consindici civitatis Gebenn., quiquidem, gratis et sponte, tanquam sindici et procuratores civitatis Gebenn., ac eciam eorum propriis nominibus, tam conjunctim quam divisim et ipsorum quilibet principaliter et in solidum, confitentur se debere et solvere teneri nobili Johanni Comiti, burgensi Gebenn., presenti etc., videlicet centum et unum scuta auri Sabaudie, ad racionem pro quolibet scuto xxiiij solidorum, et hoc causa boni, veri et honesti mutui per ipsum Johannem dicte communitati facti, et hujusmodi summam centum et unius scutorum solvere promictunt, quilibet in solidum, dicto Johanni vel suis ad ipsius Johannis primam requestam quam eisdem facit de presenti, cum dampnis etc. Submictentes se omnibus curiis et Cammere apostolice etc... Promictentes etc... Renunciantes etc... Actum Gebennis, sub ala bladi, presentibus Anthonio Fabri, Petro Blonnex, notariis, et Jacobo Chabodi, testibus etc.

(121) *Martis ultima aprilis,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. de Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — H. de Bona, Jo. Fogia, Ja. Nergaz, G. Vaudo, Jo. Carerii, Reymundus Privissini, Jo. Clerici, G. Caro, P. Cortagerii, Girardus Blanmantel, P. Jaqueti.

Supervenit Stephanus de Ugina, dicens se velle edifficare unam turrim in portu Lungemale, sumptibus suis, de qua ipse sit usuffructuarius et communitas tempore guerre habere debeat claves et de eadem se juvare. Ideo sindici promiserunt ipsum dirigere et manutenere ad edifficacionem dicte turris erga dominum nostrum episcopum, et secum

asistere quod ipse obtinebit licenciam erga dictum dominum nostrum episcopum de edifficando dictam turrim. Et ipse Stephanus eciam promisit turrim edifficare et ipsam communitati remictere, tempore guerre seu alias, tociens quociens parte civitatis erit requisitus.

Commictitur taxa registri et libri recepti per Lestelley, Jacobo Nergaz, Petro Jaqueti et G. de Caro.

Fiat mandatum Petro Cortagerii de sex florenis et xj grossis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Petro de Sirier, lathomo, de xij florenis, ad causam tachii lobiorum murorum Domus civitatis. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de xij florenis, pro salario hospitalis pro anno et termino festi beati Michaelis proxime preteriti. — *(Levatum est.)*

Martis septima maii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, P. Magnini, G. Rogeti, consindici; — Jo. Fogia, H. de Bona, Ay. Lestelley, Jo. Clerici, R. Privissini, Jo. Carerii, Ja. Nergaz, G. Vaudo, P. Cortagerii, G. Caro, P. Jaqueti.

Fuit facta peticio, ex parte illorum de Sancto Gervasio, de sex burgensibus creandis et per ipsos in Sancto Gervasio reperiendis, pro fortifficacione burgi Sancti Gervasii fienda in catenis et tornafollis.

Ordinatur eisdem largiri et dari, pro ipsa fortifficacione fienda, sex burgenses per ipsos reperiendos in Sancto Gervasio, valoris cujuslibet sex florenorum, ita et taliter quod computum reddere debeant quomodo implicabunt in dicta fortifficacione valorem dictorum burgensium.

Ordinatur fieri supplicacionem super provisione panis.

In taxa libri perficiendi ad causam mutui, deputantur et eliguntur, loco Mermeti de Nanto et Glaudii Ravenelli, Johannes Carerii et P. Jaqueti[1].

(122) Fiat mandatum receptori de ix florenis et ij grossis, prout in rotulo.

|| Fiat mandatum eidem receptori de tercentum et lxxx scutis loco armigerorum donatis domino nostro episcopo. || — *(Levatum est de tercentum scutis. — Totum levatum est quia alibi est.)*

[1] Voir ci-dessus, p. 399 et 400, n. 1.

Ordinatur quod provideatur de uno bono hospitalerio in hospitali sito ante ecclesiam beate Magdalenes.

Ordinatur quod reformentur vigilles et mutentur non facientes vigil.

Die Dominica xij maii, fuit tentum consilium ordinarium et de L^ta^.

Jo. Orseriis, G. Rogeti, consindici; — Jo. Fogia, Jo. Clerici, Ay. Lestelley, Ja. Nergaz, Stephanus Pecollat, P. Guersi, A. Fabri, Hugonetus Lugoz, Jaquetus Legras, Franciscus de Vaudo, P. Mondet, Reymundus Coste, Jacobus Paqueti, Jo. Roberti, Hugonetus Grossi, Girardus Gervasii, Hugonetus Bocardi, Johannes Bouloz, P. de Cresto, Girardus de Boulo, P. Mermodi, Jo. Tornerii, Reymundus Lullini, Jo. Pollerii, P. Gacheti, Jo. Regis.

Fuit propositum quod venerabilis vir dominus Petrus de Viriaco dixit et precepit, ex parte domini nostri episcopi, quod ipsi sindici facerent custodire portam Roddani per sex ydoneos homines ad hoc sufficientes, alioquin quod ipse faceret custodire per ejus archerios, sumptibus communitatis.

Fuit ordinatum quod dicti sex custodes ponantur per designerias, secundum possibilitatem ipsarum designeriarum. Et quod Stephanus Pecollat sit capitaneus et habeat potestatem illos recipiendi et ipsos pignorandi pro tribus solidis, illos qui non erunt receptibiles.

(Nota!) — Et idem Stephanus Pecollat de ejus salario promictit stare ordinacioni sindicorum et consilii stricti, tempore durante quo vacabit in custodia dicte porte.

(123) *Martis xiiij maii,* in conventu Fratrum Minorum, fuit tentum consilium in quo fuerunt presentes subnominati.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. de Bona, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, Ja. Nergaz, R. Privissini, P. Jaqueti, G. Caro, P. Cortagerii, Jo. Clerici.

Fuit locutum de causa vertente inter communitatem et nobilem Aymonem de Versonex, quid sit fiendum.

Pro majori opinione fuit conclusum quod si fieri possit, quod non litigetur.

Item de facto criminosi detenti in Ens[ul]a, quod fiat justicia et per justiciam contra ipsum procedatur.

Fiat mandatum Jo. de Fogia, pro omnibus scripturis et dictaminibus instrusionum et omnium aliarum rerum, de decem florenis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Item fuit locutum de salario Stephani Pecolat, capitanei, qui custodit portam pontis Roddani, quantum debet habere.

Et fuit ordinatum quod quando eligetur unus capitaneus pro custodia portarum civitatis vel gubernando vigil, quod talis capitaneus pro ejus salario habere debeat pro quolibet mense quo vacabit in dicto officio unum scutum, sicut unus ex sindicis, dumtamen non sit sindicus.

Martis xxj maii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona, Jo. Fogia, Lestelley, G. Vaudo, Jo. Clerici, B. Dorerii, G. Caro, Ja. Nergaz, Jo. Carerii, Reymundus Privissini, P. Cortagerii, H. Valeti, G. Peymex.

Fuerunt substituti ad dirigendum, confortandum et regendum vigil Sancti Gervasii, Petrus Monachi et Lambertus Magnini.

Et pro magno designerio, Jo. Regis, faber.

Fuit ordinatum quod ipsi in eorum burgo Sancti Gervasii vigil faciant die ac nocte.

Expediantur eis claves cathenarum et iiij^or^ colovrine.

Fiat mandatum receptori de xvij florenis, iij grossis et ix denariis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Ordinatur quod per octo dies teneantur sex custodientes portam Roddani, sumptibus communitatis.

Fiat mandatum de dono dato domino de La Marche[1], prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

(124) *Eadem die Martis,* post prandium, fuit tentum consilium de L^ta^.

Jo. Orseriis, P. Magnini, G. Ravenelli, G. Rogeti; — Jo. Fogia, Lestelley, R. Privissini, Ja. Nergaz, B. Dorerii, Ste. Pecollat, Ja. Pa-

[1] Olivier de La Marche, le poète et historien bien connu, était maître d'hôtel et capitaine des gardes du duc Charles de Bourgogne. Au commencement de mai, il fut envoyé à Genève avec mission d'obliger les nombreux déserteurs à rallier l'armée et de débarrasser la grande route des malfaiteurs qui l'infestaient. Voir Gingins, *Dépêches,* t. II, p. 115-116 (5 mai 1476). Les mesures de sécurité que prend le conseil de Genève sont peut-être en rapport avec la mission de La Marche.

queti, G. Boverii, P. Mermodi, F. Vaudo, F. Serrason, P. Gacheti, G. Serralion, G. de Boulo, P. Cresto, R. Coste, P. Flory, Reynaudus Roguz, Ja. de Villario.

Fuit propositum quod dominus noster episcopus fieri precepit quod custodia bona ponatur in portis usque ad summam ducentum hominum.

Et quod fiat bonum vigil de nocte in magno numero hominum bene armatorum.

Fuit ordinatum quod in duobus portis pontis Roddani ponantur decem octo homines quolibet die, ultra sex jam ordinatos. Et illarum portarum custodiam habeat Stephanus Pecollat.

Item in porta Fratrum Rive ponantur xij homines et custodiam dicte porte habet Jaquetus Legras.

Item in porta Sancti Anthonii, ponantur sex homines et habet custodiam Franciscus Violant.

Item claudatur porta Bellirigardi, excepto guicheto, et ponantur duo homines et custodiam habet Pe. Nycodi, notarius.

Item in porta Sancti Leodgarii ponantur sex homines et onus custodiendi habet Guigo Locheti.

Item porta Baudet claudatur, excepto guicheto, et ponantur vj homines, cujus porte onus habet G. Caro.

Item Franciscus de Vaudo onus habet custodiendi portam magistri Guerbini[1] cum sex hominibus, que claudatur, excepto guicheto.

Item ordinatur de nocte fieri bonum vigil.

Pro parte nobilis Johannis de Rupecula fuit petitum fieri graciam de talliis suis ad causam suarum domuum, que ascendunt ad xxxij florenos. Et fuit ordinatum quod solvat xxx florenos.

(125) *Dominico xxvj maii*, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — Jo. Fogia, Jacobus Nergaz, Jo. Clerici, B. Dorerii, G. Caro, Hugonetus Grossi, Ansermetus de Platea, Jacobus Paqueti, Nycodus de Nanto, Franciscus Perrotini, Jo. Tornerii, P. de Cresto, Clasquini, P. Flory, P. Gacheti, Roletus Arnaudi, P. Arlo, Matheus Peytralis.

[1] La maison de maître Guerbin Cruse, docteur en médecine et père de Louis Cruse, l'un des premiers typographes genevois, s'élevait à côté de la porte du Marché ou de la Tertasse; voir Chaponnière, *Etat matériel de Genève*, dans M. D. G., t. VII, p. 294 et 318.

Fuit propositum quod nobilis Aymo de Versonex dietim molestat sindicos pro solucione sibi fienda de vc florenis, et ipsos pluribus vicibus assignari fecit in domo episcopali, et adhuc sunt assignati ad Martis proximam nisi interim sibi fiat solucio. Petunt igitur quid sit fiendum.

Ordinatur quod cras super hujusmodi materia teneatur et proclametur consilium generale.

Lune xxvij maii, in claustro beati Petri, fuit tentum consilium generale ad sonum magne campane, more solito.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — Jo. Fogia, Jo. Clerici, P. Jaqueti, B. Dorerii, P. Cortagerii, Ja. Tombeti, Jo. Tornerii, Hugonetus Grossi, P. Guersi, Jo. Engley, P. Vesserii, Bartholomeus Bernardi, Jo. Monteysel, Valterius Charavex, P. Exerton, Mermetus Bucterii, Franciscus Cergat, Jo. de Planis, Franciscus Clerici, Hugonetus Bosonis, Ja. Roguz, Petrimandus Mabosson, Jo. Ansermeti, Reymundus Coste, (126) Jo. Ruffi alias Pecollat, Ludovicus Genodi, Nycodus de Nanto, Henricus Galatini, Nycodus Chenevalis, Franciscus Borsat, P. de Cresto, Hugonetus Loguz, Jo. Novelli, Perretus Chenuti, Henricus Folliosii.

Fuit propositum quod nobilis Aymo de Versonex mutuavit, super cruce Sancti Petri et magno calice, de ejus vassella argentea usque ad summam vc florenorum quos nunc petit sibi solvi, et pro solucione sibi fienda jam pluries sindicos assignari fecit in domo episcopali arrestum tenturos, et sunt remissi dicti sindici ad diem crastinam in domo episcopali tenturi arrestum, nisi interim fiat sibi solucio dictorum vc florenorum.

Igitur petunt modum habendi pecunias pro hujusmodi solucione fienda.

Dictum consilium ordinavit quod fiat dicto nobili Aymoni satiffactio de summa quam ipse mutuavit, et quod pro solucione hujusmodi fienda vendatur casale emptum pro faciendo forum bladi[1] et proclametur, sicut consuetum est.

Item dictum consilium dat omnimodam potestatem dictis sindicis et

[1] Voir ci-dessus, p. 367, n. 2. Le remboursement du prêt consenti par Aymon de Versonnex n'eut lieu que le 11 décembre 1476; voir ci-après, à la suite de la séance du 10 décembre.

eorum consilio ordinario super premissis agendi prout eisdem melius videbitur fore fiendum, et de proprietate communitatis vendendi et alienandi et dictos sindicos obligandi more cambii vel alias, sicut melius fieri poterit, pro hujusmodi solucione fienda, quos sindicos a premissis relevare volunt et indempnes custodire.

Martis xxviij maii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — H. Bona, Jo. Fogia, R. Privissini, Jo. Clerici, G. Vaudo, P. Jaqueti, B. Dorerii, G. Caro, P. Cortagerii, Ja. Nergaz, H. Valeti, Ste. Pecollat.

Ordinatur dari fratri Matheo Capitosi, qui in Quadragesima preterita predicavit, iiij^{or} florenos. — *(Levatum est.)*

Commictitur visio in computis rotuli domini prioris Lemencii, Aymoni de Lestelley et Girardo de Fogia, qui, Veneris seu Martis proxima, refferre de libratis debeant.

(127) *Martis iiij^{ta} junii,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona, Jo. Fogia, Lestelley, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, P. Jaqueti, B. Dorerii, P. Cortagerii, G. Quarro, G. de Vaux.

|| Pro libro confecto, ad opus communitatis, taxarum et extimacionis omnium bonorum immobilium infra franchesias et banna civitatis existencium, et pro libro registri omnium instrumentorum publicorum ad opus dicte communitatis faciencium, confecto seu conficiendo per Aymonem de Lestelley, ordinatur sibi dari et solvi ducentum florenos auri parvi ponderis et ordinatur fieri mandatum dictorum ducentum florenorum, videlicet centum florenos pro libro taxe domorum et possessionum, et pro registro omnium publicorum instrumentorum alios centum florenos[1]. || — *(Levatum est mandatum.)*

Commictitur visio computi Theobaldi Chicant, designerii, Girardo de Vaux et G. de Fogia.

Martis xj junii, in claustro beati Petri, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — H. de

[1] Sur ces deux registres, voir ci-dessus, p. 400, n. 1, et 355.

Bona, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, G. Vaudo, R. Privissini, Ja. Nergaz, P. Jaqueti, Caro, Dorerii.

Fuit propositum de palio quem petit scutiffert domini ducis.

Item de carnibus, quod ponantur ad pondus.

Item de victualibus, quod ponatur remedium quod non vendantur ita cara.

Item de cridis fiendis, fuit ordinatum quod non imponatur pena nisi trium solidorum.

Item de palio fuit jam ordinatum quod solvantur vj scuti, et iterum sic ordinatur.

(128) *Martis xviij junii,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. de Bona, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Ja. Nergaz, R. Privissini, P. Cortagerii, B. Dorerii, G. Caro.

Fuit ordinatum quod omne vinum transiens per civitatem, licet dechergetur supra navem seu infra navem, quod tale vinum teneatur ad solucionem introgii, ideo quod ducitur ad vendendum.

Item vinum transiens per civitatem supra currum seu supra bestias sine dechergiando nichil solvere debet.

Fiat mandatum Jacobo Quiblerii, carpentatori, de xxvij florenis, causa tachii lubiarum. — *(Levatum est.)*

Martis xxv junii, fuit tentum consilium in Domo ville.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, H. Bona, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Ja. Nergaz, P. Jaqueti, G. Caro, Valeti.

Fiat mandatum Ludovico Michallie, quod ipse, nomine Johannis Magnini, ejus hospitis, tradidit communitati x florenos. — *(Levatum est.)*

Ordinantur fieri processiones per tres dies et retineatur predicator[1].

(129) *Jovis xxvij junii,* post prandium, in claustro beati Petri Gebenn., fuit tentum consilium generale.

[1] A la suite de la bataille de Morat, livrée le samedi 22 juin, les Suisses décidèrent, le mardi matin, de marcher sur Lausanne et Genève; voir la chronique de Schilling, éd. citée, t. II, p. 56-57; Gingins, *Episodes, loc. cit.,* p. 334 et suiv.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — reverendi domini Philipus de Compesio prothonotarius, Andreas de Malvanda vicarius, Franciscus de Charranzonex curatus Marie Magdalenes, P. de Lornex, F. de Saconay, G. de Greyriis curatus Thorencii, Richardus de Rossillione, Ludovicus de Lornex, magister Guerbinus Cruse, P. Farodi judex excessuum; — Aymo Versonex, Jo. de Lestelley, Aymo de Lestelley, Jo. de Fogia, P. Gavit, A. de Sancto Michaele, Ja. Nergaz, Glaudius de Peymex, Jo. Polliuti, Roletus Arnaudi, Bartholomeus Vicencii, Anthonius Lionardi, Mermetus Choupini, Jacobus Paqueti, Jo. Choutagnie, Martinus Danelli, P. Blonnex, Jo. Engley, A. Fabri, P. de Rossillione, Glaudius Morelli, Jo. Challex, Guillelmus Mourier, F. Perrotini, Jo. Boconis, Perretus Chenuti, Bezansonus Dorerii, Reymondus Dorsier, Guillelmus Chivalerii, Jo. Berterat, Reymundus Coste, Nycodus Testucti, P. Gacheti, Jo. Novelli, P. Michaelis, P. Jaqueti, Franciscus de Mota, Guillelmus Fabri, F. Cergat, Jo. de Cresto, Jo. Gonvillie, Ste. de Puteo, Jo. Bracoz, Petrus Mermodi, (130) Mermetus de Cresto, Henricus de Fontanis, Jo. Bueti, Henricus Galatini, Thomas de Bernecio, Michael Cugniardi, Reymondus Lullini, F. Grossi, Ludovicus Genodi, Reymundus Privissini, P. Joli, P. de Vessiaco, Hugonetus Villete, Mahuet, Hugonetus Bocardi, P. Prepositi, Jo. de Puteo, Ludovicus Morelli, Ja. de Villario, P. de Nanto, Ja. Tombeti, Mermetus Borgesii, P. Mugnerii, Andreas Regis, Clemens Rore, Jo. de Fontana, Guillelmus Borgesii, Vicencius Buffeti, Jo. Bernardi, Jacobus Cambrex, Johannes Besson, Franciscus Malieti, Theobaldus Albi, Benedictus Malieti, nobilis Nycodus de Grangia, Hugonetus de Ponte, Johannes Rubini, Hugonetus Valeti, Georgius Porterii.

In quo consilio fuit propositum quod Jacobus soudanus et Johannes de Alamagnia fuerunt missi per illustrem et reverendum dominum nostrum episcopum apud Bernenses et Friburgenses, ad sciendum si ipsi sunt intencionis invadendi civitatem istam Gebenn. vel ne, si eisdem non fiat solucio de composicione cum eisdem facta, et in quibus terminis materia dicte civitatis esse potest[1].

[1] L'armée suisse avait atteint Lausanne le mercredi 26 juin. Sur les négociations entamées alors avec les capitaines suisses par les représentants de la Savoie et de Genève, voir Schilling, *loc. cit.*, p. 59-60. Ces négociations aboutirent à une trêve conclue, le 29 juin, entre le duc de Savoie, l'évêque et la ville de Genève, d'une part, et les Confédérés, de l'autre. Un congrès, qui se réunirait à Fribourg le 25 juillet, devait régler les conditions d'une paix définitive entre la Savoie et les Suisses. Voir G.-F. Ochsenbein, *Die Urkunden der Belagerung und Schlacht von Murten* (Fribourg, 1876), p. 327-328; *Eidgenössische Abschiede,* t. II, p. 596.

Qui Johannes de Alamagnia ibidem retulit quod ipse, cum dicto soudano, fuit apud Lausanam, et cum magna comitiva Alemagnorum loquti fuerunt, qui eisdem dixerunt quod si ipsi non habeant eorum solucionem infra unam diem post notiffi[ca]cionem et relacionem dicti Johannis, quod ipsi venient ad hanc civitatem quesituri dictam solucionem, et tunc homines in dicta civitate non se reperiant sub pena mortis. Queritur igitur quid sit fiendum super premissis.

(131) Super quibus premissis fuit ordinatum et conclusum quod magis prodest solucio quam si tota civitas dextruretur. Ideo ordinatur quod eisdem solvatur compos[ic]io juxta obligacionem eisdem factam.

Et pro premissa solucione fienda acceleranda, dictum consilium generale dat potestatem omnimodam consilio episcopali dominisque de capitulo et sindicis et eorum consilio ordinario de et super premissis omnibus providendi, sedandi, patifficandi, provisionesque neccessarias faciendi, ambasiatasque eligendi et ipsas illud et ad loca neccessaria mictendi.

Eciam consencientes omnes supranominati posse et debere pignorari per jocalia argentea et alias mercancias pro hujusmodi solucione fienda, quilibet tamen secundum valorem bonorum suorum et taxam super eisdem bonis factam.

Martis secunda jullii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, G. Rogeti, consindici; — P. Gavit, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Ja. Nergaz, Reymundus Privissini, Jo. Clerici, G. Quarro, Reymundus Lullini.

Fuit propositum quod actilieria petita fuit per reverendum dominum nostrum episcopum, quam portare intendit extra civitatem.

Item quod dominus noster episcopus vult quod claudantur tres porte civitatis.

Item quod prelibatus dominus noster episcopus vult ponere gentes armigerorum in civitate ad custodiendum civitatem[1].

[1] Le 27 juin au soir, la duchesse de Savoie se rendait du château de Gex à Genève lorsqu'elle fut enlevée, à peu de distance de cette ville, sur l'ordre

Item fuit loqutum de dono fiendo ambasiatoribus regis[1] qui veniunt pro negociis patrie.

Super premissis concluditur quod non permictatur quod actillieria portetur extra civitatem, sed se opponant pro communitate.

Item quod sindici non consenciant quod ponantur armigeri extranei infra civitatem.

Item ordinatur quod claudantur tres porte juxta velle domini nostri episcopi.

Item quod fiat donum in victualibus ambasiatoribus regis. — *(Mandatum alibi est.)*

(132) *Martis ix julii,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Ay. Lestelley, G. Vaudo, Ja. Nergaz, Reymundus Privissini, P. Jaqueti, B. Dorerii, G. Caro, P. Cortagerii, H. Valeti, G. Peymex, Jo. Clerici.

Fuit propositum et conclusum quod quando serenissimus rex erit Gracinopollen. seu Chamberiaci, quod illud accedere debeant ambasiatores hujus civitatis, qui tractaverunt composicionem cum dominis Bernensibus et Friburgensibus, ad demostrandum quod civitas non erat in culpa et ad demostrandum quod mediante dicta composicione tota patria fuit preservata.

Fiat mandatum reverendo domino Petro de Viriaco de decem florenis, v solidis, vj denariis, prout in rotulo, ad causam certarum expensarum. — *(Levatum est.)*

du duc de Bourgogne, par Olivier de La Marche qui la conduisit en Bourgogne. Le jeune duc Philibert et son frère Jacques-Louis échappèrent et se réfugièrent à Genève où ils séjournèrent jusqu'au 3 juillet sous la protection de leur oncle, l'évêque Jean-Louis. Voir Gingins, *Episodes,* loc. cit., p. 346-353 et 472-477; Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 182 et suiv.; Colombo, *loc. cit.*, p. 158-161 et 295.

[1] Le roi de France Louis XI, qui se trouvait alors à Lyon; c'est grâce à son intercession qu'avait été conclu l'armistice du 29 juin dont il a été parlé ci-dessus, p. 450, n. 1. Sur la manière dont Louis XI intervint alors dans le gouvernement intérieur de l'état savoyard, voir *Chronica latina Sabaudiæ, loc. cit.*, col. 656; Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 192 et suiv; Colombo, *loc. cit.*, p. 168-170.

Fiat mandatum receptori de iiij^{or} florenis et tribus solidis, pro dono in victualibus dato ambasiatoribus regis. — *(Levatum est.)*

|| Fiat mandatum receptori de septem florenis, pro octo facibus cere portatis ad oviam domine duchisse et in ensultu ejusdem. || — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de iiij^{or} florenis et tribus grossis, pro dono dato domino episcopo Gracinopollensi[1], ambasiatori regis.

(Nota!) — Die xj julii, Petrus Furjodi promisit solvere pro domina Cursingii, Girardo de Fogia, receptori emolumentorum civitatis Gebenn., quinque florenos cum dimidio, solvendos infra festum sancti Bartholomei. Presentibus Petro Cheynuz, suctore, et Johanne Magnini. — De precepto[2] nobilis Johannis de Orseriis, pro tempore hujus [civitatis] consindici, et ad requestam nobilis Humberti de Fansonex, castellani Cursingii, cancellatur suprascripta obligacio etc.

Martis xvij [*xvj*] *julii,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium ordinarium et de L^{ta}.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Ay. Lestelley, Jo. Clerici, G. Vaudo, B. Dorerii, P. Cortagerii, G. Quarro, P. Jaqueti, Hu. Valeti, A. Achardi, G. Blanmantel, G. Fabri, G. de Peymex, Hugonetus Grossi, Jo. Pecollat, G. de Castronovo, (133) Jo. Bellini, Jacobus de Villario, Jo. Roberti, Clasquin, Bartholomeus Bernardi, Jacobus de Mara, Glaudius Ansermeti, Jo. Brasardi, Reymundus Lullini, P. de Cresto, Reymundus Coste, Masset, Franciscus Mugnerii, Ludovicus Genodi, P. Mermodi, Matheus Peyralis, Glaudius Girfaudi, qui fuit receptus designerius loco Brasardi, Ja. Legras.

Fuit propositum de ambasiata mictenda ex parte civitatis apud dominos Bernenses et Friburgenses, in jornata tenenda die festi Jacobi et Christofori[3], quod eligantur ambasiatores qui illud ire debeant cum ambasiatoribus domini ducis et domini nostri episcopi.

[1] Le Lucernois Jost de Silinen, coadjuteur de Grenoble et l'un des plénipotentiaires français envoyés en Suisse, précéda ses collègues et assista à la diète de Lucerne (12 juillet); *Eidgenössische Abschiede,* t. II, p. 599.

[2] Cette décision a été écrite en marge et avec une autre encre.

[3] C'est-à-dire au congrès de Fribourg, fixé au 25 juillet; voir ci-dessus, p. 450, n. 1.

Item et de modo habendi pecunias pro subveniendo neccessitatibus, quia nullus est qui velit solvere.

Super ambasiata, concluditur et ordinatur quod si magister requestarum Jo. de Lestelley haberi possit et illud pro civitate ire velit, quod ipse pre ceteris eligitur. Et si haberi non possit, eliguntur Ny. Lingocti et P. Gavit.

Super argento recuperando, ordinatur quod omnes compellantur ad solvendum secundum eorum taxam.

|| Fiat mandatum receptori allocandi lxxx scuta donata et soluta domino nostro episcopo ad causam sentencie absolutorie in favorem sindicorum late et relaxacionis eorumdem a carceribus, habitorum de receptore per manus Johannis Clerici. || — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Rignerio Berchaudi, appothecario, de ix florenis et viij grossis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Jacobo de Verruciis, appothecario, de septem florenis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Fiat aliud mandatum dicto Jacobo de Verruciis, ad causam specierum portatarum Friburgi, de octo florenis et septem solidis, prout in rotulo.

Veneris xix julii, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, Ravenelli, Rogeti; — H. Bona, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, Lestelley, Caro, B. Dorerii, Cortagerii.

Fuit ordinatum quod loquatur reverendo domino Petro de Viriaco et, secundum quod ipse voluerit consulere, quod scribatur domino cancellario Sabaudie[1] quod idem dominus cancellarius rescribat si occurrant aliqua bona nova de jornata proxime tenenda cum dominis Bernensibus et Friburgensibus, et super hoc suum consilium rescribat.

(134) *Martis xxiij julii,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, Jo. Fogia, Ny. Lingocti, Ay. Lestelley, Jo. Clerici, G. Vaudo, R. Privissini, P. Jaqueti, G. Quarro, Ja. Nergaz, P. Cortagerii, H. Valeti, B. Dorerii.

Fuit propositum quod eligantur ambasiatores ad eundum ad ambasiatam apud dominos Bernenses et Friburgenses, et electi se excusare non possent, sicut jam Martis preterita loqutum fuit, et presto et parati sint quando venient ambasiatores regis.

[1] Le chancelier de Savoie était alors Pierre de Saint-Michel.

Item quod electi faciant provisionem de equis.

Item quod fiant instruciones excusatorie pro civitate.

Super quibus premissis ordinatur quod ambasiatores ex parte civitatis eligantur de et cum consilio domini nostri episcopi, et super hoc conferatur cum reverendo domino Petro de Viriaco.

Item quod loquatur dicto domino Petro de Viriaco quod si sibi videatur utile, quod scribatur dominis Bernensibus et Friburgensibus de prolungacione jornate, ad finem quod ipsi non essent indignati.

Fiat mandatum receptori pro pluribus pecuniis exbursatis, ad causam plurium ambasiatarum, de lxxj florenis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

|| Fiat mandatum Jacobo Quiblerii, carpentatori, de tribus florenis cum dimidio, prout in rotulo. ||

Martis xxx^a^ mensis julii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, P. Magnini, G. Rogeti, Ravenelli, sindici; — H. de Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, R. Privissini, Jo. Clerici, G. Vaudo, Ja. Nergaz, Ny. Lingocti, P. Jaqueti, G. Quarro, P. Cortagerii, B. Dorerii, H. Valeti.

(135) Fuit propositum de eleccione ambasiate eligende pro eundo apud Bernam et Friburgum cum ambasiata regis.

Fuit eciam loqutum de dono dando a l'amyraux regis Fransie[1], qui venit ad ambasiatam apud Bernenses et Friburgenses.

[1] Louis, bâtard de Bourbon, amiral de France et gendre du roi Louis XI, était le chef de l'ambassade extraordinaire envoyée par ce prince au congrès de Fribourg; voir B. de Mandrot, *Etude sur les relations de Charles VII et de Louis XI avec les Cantons suisses,* dans *Jahrbuch für schweizerische Geschichte,* t. VI, p. 226 et suiv.; E. Rott, *Histoire de la représentation diplomatique de la France auprès des Cantons suisses,* t. I, p. 45-47. — Les ambassadeurs français, accompagnés de l'évêque de Genève, principal négociateur savoyard, arrivèrent à Fribourg le lundi 5 août. Sur les délibérations du congrès, on consultera les actes dont la copie nous a été conservée par Knebel, dans son journal, *Basler Chroniken,* t. III, p. 435-476. Dans la suite de l'évêque se trouvaient, entre autres, le commandeur de Ranvers, le chanoine Pierre de Viry, Pierre Farodi, l'official André de Malvenda, l'avoué de l'évêque (le vidomne?), le maître d'hôtel Jean d'Espagny, enfin les deux

Fuit propositum de illis qui vadunt pro civitate ad ambasiatas, quantum solvere debetur eisdem qui cum uno equo vadunt extra pro civitate.

Super quibus premissis ordinatur et concluditur, una pro omnibus, quod pro quolibet mictendo equester cum uno equo extra pro civitate, solvantur, tam pro equo, jornata, quam expensis, duodecim solidi. — *(Servetur ordinacio.)*

Martis sexta augusti, in Domo ville, fuit tentum consilium.

G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, consindici; — Jo. Fogia, Reymundus Privissini, Jo. Clerici, P. Jaqueti, G. de Vaudo, P. Cortagerii, G. Quarro, B. Dorerii.

Fuit propositum de mictendo apud Morgiam duos aut tres naves ad obviam de l'amyral, bene ornatas, cum victualibus et marvatico.

Item fuit loquutum de appunctuamento nundinarum, de duabus tenendis Gebennis et duabus tenendis Lugduno, et quid prevalet, an libertas aut due nundine[1]. Sed nichil super hoc fuit conclusum.

Fuit super primo propositum quod fiat provisio de navibus et victualibus, et quod mictantur ad obviam cum victualibus et duobus bonis personagiis.

Fuit eciam ordinatum quod, pro diligencia demonstranda, detineantur navaterii si culpabiles reperiri possent.

Fiat mandatum domino Johanni Fabri, utriusque juris professori, de xvj florenis et iiij grossis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Rignerio Berchaudi, ad causam doni dani[2] ad l'amiral Francie, de xvij florenis, ij grossis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Ibidem fuit datus tachius Jacobo Quiblerii, carpentatori, ad faciendum trabaturam ale, precio viginti florenorum. — *(Levatum est mandatum.)*

anciens syndics Nicolas Lingot et Pierre Gavit, désignés par le conseil de Genève le 16 juillet; *ibidem,* p. 467. — Sur le congrès, voir encore Schilling, éd. citée, t. II, p. 78-94; *Eidgenössische Abschiede,* t. II, p. 601-608. Par le traité de paix conclu, le 13 août, entre les Confédérés et la Savoie (*ibidem,* p. 608-613), la ville de Genève fut condamnée à payer aux Suisses les 24,000 écus qui restaient dus, de la contribution de guerre consentie en octobre 1475 (ci-dessus, p. 397, n. 1). Ce paiement devait s'effectuer en trois termes de 8000 écus chacun, à Noël 1476, à la Saint-Jean (24 juin) et à Noël 1477.

[1] Voir, à ce sujet, Borel, *Les foires de Genève,* p. 36 et suiv. et 54. La question des foires avait déjà été traitée avec le roi Louis XI par l'évêque de Genève, au mois de juillet; Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 198.

[2] *Sic;* lisez : *dati* ou *dandi.*

(136) *Martis xiij^a augusti.*

Glaudius Ravenelli, consindicus; — H. de Bona, Jo. Fogia, G. Vaudo, Jo. Clerici, Reymundus Privissini, P. Jaqueti, P. Cortagerii, B. Dorerii.

Fuit loqutum de hiis qui minantur Allemanos, quod apponatur remedium.

Fuit ordinatum quod signifficetur consilio episcopali.

Martis xx^a augusti.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, consindici; — Ay. Versonex, H. de Bona, Jo. Fogia, Reymundus Privissini, Jo. Clerici, Ny. Lingocti, P. Cortagerii, H. Valeti.

Fuit propositum de modo habendi ducentum scuta petita pro parte domini nostri Gebenn. episcopi, pro expensis fiendis per ambasiatores qui vadunt ad regem pro facto nundinarum et composicionis facte cum Alemanis.

Item de officio cride, quia crida non vult dare nisi decem florenos de crida.

Item de solucione fienda navateriis qui sunt Morgie pro adducendo dominum nostrum episcopum et dominum l'amyrard Fransie a Friburgo.

Super omnibus premissis concluditur quod post prandium teneatur consilium iterum.

(Nota!) — Ibidem domini sindici, nomine communitatis, ad firmam tradunt Roberto de Cresto, presenti, officium cride sub firma duodecim florenorum pro uno anno jam incepto die festi Marie Magdalenes proxime preterito et simili die finiendo, solvendum medietatem in principio anni et medietatem in fine. Et cavet per Petrum Cortagerii, barberium. Presentibus Ludovico Brant et Jacobo Savoex.

Eadem die, post prandium, in conventu Fratrum Minorum.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, Ay. Versonex, Ny. Lingocti, G. de Peymex, P. Jaqueti, Jo. Clerici, P. Cortagerii.

(137) In quo consilio fuit ordinatum et conclusum quod sindici, nomine communitatis, respondere debeant nobili Petro de Peymex, thesaurario, qui vadit ad dictam ambasiatam, de centum scutis, et quod

ipse illos velit mutuare civitati, et si ipse non habeat, quod ipse illos capiat Lugduno in cambio, et quod quando ipse venerit, communitas sibi restituet dictos centum scutos cum cambio, seu sibi tradet ad recuperandum de melioribus debitis dicte communitatis, si dicta ambasiata obtineat ea pro quibus ipsa vadit ad regem pro utilitate civitatis.

Martis xxvij augusti, in claustro Sancti Petri, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli; — Ny. Lingocti, Reymundus Privissini, Jo. Clerici, P. Cortagerii, B. Dorerii, P. Jaqueti.

Fuit iterum propositum quod dominus episcopus semper petit ducentum scuta, et scripsit sindicis quod sibi provideant quod ipse habeat dictam summam.

Super premissis concluditur quod non fiat responsio donec venerit Petrus Magnini, consindicus, qui fuit missus ad dictum dominum nostrum episcopum.

Fiat mandatum Michaeli de Riva, seu Dominico de Salatis, ejus factori, de iiij florenis et iiij grossis pro iiij^{or} quarteronis malvatici et iiij^{or} boytis dragie datis admiraudo Fransie. — *(Mandatum levatum est.)*

Martis tercia septembris, in claustro Sancti Petri.

Jo. Orseriis, G. Ra[ve]nelli; — Ay. Versonex, H. de Bona, Ny. Lingocti, Reymundus Privissini, Jo. Clerici, P. Jaqueti, P. Cortagerii, G. de Peymex.

Proponit quidam Allemanus quod quidem dorerius de Allamania sibi nictitur retinere certa bona mobilia, videlicet vestes et galligas. Petit sibi provideri de justicia.

Fuit presentata lictera ex parte sculteti bernensis[1].

Item de illis mercatoribus qui petunt sibi dari salvum conductum ad veniendum ad nundinas.

Super omnibus ordinatur quod sindici conferant de dictis materiis cum domino Petro de Viriaco et omnia sibi dicant.

Eciam de persev[er]ando domini ducis Burgundie, quod fiat bona responsio[2].

[1] L'avoyer de Berne était alors le chevalier Pétermann de Wabern.

[2] Le duc de Bourgogne séjournait alors au château de La Rivière, en Franche Comté, où il réunissait une nouvelle armée. Sur les menaces proférées par lui contre les Genevois, qui, à la suite de la bataille de Morat et de l'enlèvement de la duchesse de Savoie, avaient pillé et mis à mort un grand nombre de soldats de l'armée bourguignonne, voir Gingins, *Dépêches*, t. II, p. 342 (3 juillet); comp. p. 327 et 370 (29 juin et 27 juillet).

|| Fiat mandatum Jacobo Quiblerii de xxvj solidis et vj denariis, prout in rotulo. || — *(Mandatum levatum est.)*

(138) *Martis x^{a} septembris,* in conventu Fratrum Minorum, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, P. Magnini, Reymundus Privissini, H. de Bona, Ny. Lingocti, Jo. Clerici, A. Achardi, P. Cortagerii.

Fuit propositum quod scribatur fratri Johanni Borgesii quod ipse fieri faciat in ejus conventu prosessiones ad tencionem conservacionis civitatis.

Item et per septem parrochias quod fiant prosessiones.

Item fuit ordinatum quod fiat crida quod vinum novum non vendatur nisi ad tres denarios.

Martis xvij septembris, in conventu Fratrum Minorum, fuit tentum consilium.

Jo. de Orseriis, P. Magnini, Ay. Versonex, Ny. Lingocti, Jo. Clerici, Ja. Nergaz, A. Achardi, Reymundus Privissini, P. Cortagerii, H. Valeti, G. de Peymex.

Fuerunt lecte tres lictere dictate ad mictendum, altera earumdem, ad ducem Burgundie, et fuit ordinatum quod mictatur lictera quam fecit nobilis Ay. de Versonex.

Item fuit ordinatum quod ad dictum dominum ducem mictatur Jaquex le Catellans.

Martis xxiiij septembris, in claustro beati Petri.

Jo. de Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — H. Bona, Jo. Clerici, R. Privissini, P. Cortagerii, B. Dorerii.

Fiat mandatum Jacobo Quiblerii, carpentatori, de xx^{ti} florenis pro tachio trabature ale bladi. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de sex florenis libratis Jacobo Le Catellans. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de sex florenis libratis P. Magnini. — *(Levatum est.)*

(139) Fiat mandatum receptori de sex florenis et iiij^{or} solidis cum dimidio, pro dono dato ambasiatoribus Alamanie[1]. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Glaudio Ravenelli de xlvj florenis Alamagne, libratis pro expensis factis per ambasiatores civitatis qui fuerunt apud Friburgum[2]. — *(Levatum est in personam Francisci de Vaudo.)*

Martis prima octobris, in claustro Sancti Petri, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, P. Magnini; — Jo. Clerici, Reymundus Privissini, P. Cortagerii, H. Valeti.

Fiat mandatum Jaquemeto Roguz, procuratori boyete Omnium animarum, de xiiij florenis cum dimidio, causa mutui. — *(Levatum est.)*

Martis octava octobris, in claustro.

Jo. Orseriis, P. Magnini; — Jo. Clerici, H. de Bona, Ay. Lestelley, Reymundus Privissini, P. Cortagerii, B. Dorerii, G. de Peymex.

Fiat mandatum venerabili viro domino Petro de Viriaco de iiij^{or} scutis, causa mutui. — *(Levatum est.)*

Martis xv octobris, in claustro.

Jo. Orseriis, P. Magnini; — Jo. Clerici, H. de Bona, Lingocti, Lestelley, Reymundus Privissini, G. Vaudo, B. Dorerii, P. Cortagerii.

Fuit propositum de armigeriis venientibus ad patriam Sabaudie ex parte Burgundie.

(140) *Martis xxij octobris*, in claustro.

Jo. Orseriis, G. Rogeti, P. Magnini; — Jo. Clerici, H. de Bona, Lestelley, Reymundus Privissini, G. Vaudo, P. Cortagerii, G. Caro.

Fuit ordinatum quod sumptibus communitatis provideatur de una domo magistro scole et quod ipse observet pacta per ipsum facta communitati.

[1] Sur cette ambassade envoyée par les Suisses au roi Louis XI, voir Schilling, éd. citée, t. II, p. 94 et suiv.; Rodt, ouvr. cité, t. II, p. 328-329. A leur retour, les ambassadeurs se louèrent extrêmement de l'accueil qui leur avait été fait à leur passage à Genève; *Eidgenössische Abschiede*, t. II, p. 624.

[2] Ci-dessus, p. 455, n. 1.

Anno Domini m^{o} iiij^{c} lxxvj, indicione ix et die xxij mensis octobris, coram me notario personaliter constitutus Girardus de Fogia, receptor et procurator communitatis civitatis Gebenn., qui sponte admodiat et ad firmam tradit honeste mulieri Glaudie, relicte Johannis de Cauda, alias Jolipiaz, presenti, videlicet unum bancum pertinens dicte communitati, situm ante capellam beate Marie pontis Roddani, spacio trium annorum incipiendorum die festi Sancti Martini proxime futuri et simili die finiendorum, sub firma cujuslibet anni viginti solidorum, de quibus confitetur habere xx^{ti} grossos pro primo anno et residuum promictit solvere medietatem in principio cujuslibet anni et medietatem in fine, cum dampnis etc. Cum promissionibus, submissionibus et renunciacionibus opportunis. Actum in operatorio dicti Girardi, presentibus venerabili viro domino Amedeo Quarterii, curato Cussiaci, et Glaudio de Nemoribus, clerico, cive Gebenn., testibus etc. — *(Dicta Glaudia habet penes se duplum.)*

(141) *Martis xxix octobris*, in claustro.

Jo. Orseriis, G. Rogeti, P. Magnini; — Jo. Clerici, H. Bona, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, Reymundus Privissini, G. Vaudo, P. Cortagerii, A. Achardi, G. Peymex, Ay. Versonex.

Fiat mandatum Jacobo de Monsiouz, pro xj diebus quibus stetit ad ducem Burgundie, tam pro expensis quam jornatis, de xj florenis, inclusis sex florenis jam habitis. — *(Levatum est.)*

Recepcio vigillum commictitur duobus ex sindicis et receptori.

Illi de designeria Corraterie conqueruntur de custodia pontis Roddani.

Et ordinatur quod ipsi non tenentur custodire, ideo quod morantur in suburbiis.

Martis quinta novembris, in claustro.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, Ja. Nergaz, G. de Vaudo, R. Privissini, B. Dorerii, G. Caro, H. Valeti.

(Nota! Burgenses.) — Admictitur burgensis Durandus Babodi, alias Matelli, suctor, et promictit solvere vij florenos et j sellioctum.

Creatur burgensis Michael Beyterelet, alias Siferouz, suctor, mediantibus septem florenis et j selliocto.

Creatur burgensis Glaudius Lathomi, de Ambillier, pro septem florenis et j selliocto.

Admictitur burgensis Johannes Medici, affanator, et promictit solvere vij florenos et j sellioctum.

Creatur burgensis Franciscus Maniglerii, fornerius, promictitque solvere vij florenos et j sellioctum.

Propositum fuit utrum procedi debeat ad recuperacionem mutui vel non.

Item de macellariis, quod vendantur carnes ad pondus.

Item de furno locando Domus ville, quia fornerius vult se assecurari.

(142) De macellariis ordinatur quod sindici totis viribus procurent quod carnes vendantur ad pondus.

De fornerio, quod preferatur Mermetus, modernus fornerius, pre ceteris, et non diminuatur precium locagii.

Item quod Ja. Nergaz et Johannes Clerici computent de receptis per eosdem et postea videbitur quid erit fiendum.

Perretus Chenuti, suctor, cui traditur clavis porte Sancti Leodegarii, promictit fideliter et probe custodire clavem et nemini, hora suspecta, apperire.

Veneris viij^a novembris, post prandium, in claustro.

Jo. Orseriis, P. Magnini, G. Rogeti; — Jo. Clerici, H. Bona, G. Vaudo, H. Valeti, Roletus Arnaudi, Ja. Paqueti, P. Arlo, Charavex, Perretus Chenuti, P. Bidalis, G. Boverii, Ramboson, F. Perrodi, P. Mermodi, Guillelmus Ballet, P. Flory, Clasquin; — domini de consilio episcopali : P. de Viriaco, Bonifacius Fabri, P. de Grandivalle, Ay. Versonex, P. Mermeti.

Fuit propositum ex parte domini nostri Gebenn. episcopi, per os domini Bonifacii Fabri, quomodo dominus Renversi et Petrus de Peymex[1]

[1] Voir ci-dessus, p. 457-458. Le commandeur de Ranvers avait été entièrement gagné au parti français par les promesses du roi Louis XI; voir *Mémoires de Philippe de Commynes,* éd. de Mandrot, t. I, p. 365; Gabotto, ouvr. cité, t. I, p. 195 et suiv. En récompense de ses services, il reçut en 1477 l'évêché d'Agen, et en 1478 celui de Viviers qu'il conserva jusqu'à sa mort (1498). On ne lira pas sans intérêt le jugement que Louis XI portait sur lui, d'après le témoignage d'un ambassadeur milanais, rapporté par Gabotto, *loc. cit.,* p. 196, n. 3.

fuerunt missi et jam diu steterunt apud regem pro facto nundinarum et composicionis revocande et cassande erga Alemanos, et quod ipsi, in eorum recessu, pecierunt pro eorum expensis ducentum scuta, et iterum habent in mandatis a dicto domino nostro episcopo dicta ducentum scuta dicte civitati petendi. Igitur ipsa petunt civitati pro expensis quorum supra.

Super quibus premissis fuit conclusum, in absencia dictorum dominorum, quod consiliarii sunt in pauco numero et quod teneatur aliud consilium super premissis. Alioquin fiat excusacio remostrando onera et paupertatem dicte civitatis.

(143) *Martis xij novembris,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — H. Bona, Jo. Clerici, Ja. Nergaz, Reymundus Privissini, G. Vaudo, B. Dorerii, P. Cortagerii, G. Caro.

Fuit propositum si esset plus utile communitati admodiare partem alarum pertinentem communitati, quam recuperare nomine communitatis.

Item eciam de introgio bocetorum, si introgium bocetorum detur ad firmam seu recuperetur nomine communitatis et deputetur unus probus receptor qui recuperet dictum introgium sumptibus moderatis.

Super quibus premissis ordinatur quod ale, videlicet pars pertinens communitati recuperetur nomine communitatis.

Item et eciam pariter introgium bocetorum vini anni proxime futuri recuperetur nomine communitatis.

Et ad recuperandum dictum introgium bocetorum fuit electus Petrus Cortagerii, barberius, qui se obtulit dacturum de dicto introgio vini iiij^c et xl florenos auri parvi ponderis. Qui juravit, super sanctis Dei Evangeliis, diligenter fideliterque et probe dictum introgium vini recuperare et de recuperatis bonum et legare computum dicte communitati reddere.

Et pro ejus salario fuit ordinatum sibi dari xl florenos parvi ponderis, sub condicionibus videlicet quod si introgium predictum ascendat ultra summam predictam iiij^c et xl florenorum, quod tunc dictus receptor pro ejus pena et salario habere debeat l^ta florenos, et si, a casu, dictum introgium non ascendat ad dictam summam iiij^c et xl florenorum, quod

eo casu habere debeat tantummodo xxx florenos, et si integre ascendat introgium ad iiij^{c} et xl florenos, dantur pro salario xl floreni.

Fuit eciam propositum de pondere carnium.

Item et de quadam meretrice commorante ante conventum Fratrum Minorum.

Item quod sunt aliqui qui emunt totum supum.

Item de responsione fienda super peticione ducentum scutorum petitorum ex parte consilii episcopalis.

Super qua responsione ordinatur quod fiat responsio negativa, remonstrando onera civitatis.

(144) *Admodiacio furni Domus communitatis ville.*

Anno Domini M^{o} iiij^{c} lxxvj, indicione ix et die xij mensis novembris, personaliter constituti Johannes de Orseriis, Glaudius Ravenelli, Girardus Rogeti et Petrus Magnini, sindici et procuratores communitatis Gebenn., quiquidem, nomine quo supra, admodiant et ad firmam tradunt Mermeto de Nanto, fornerio, presenti, videlicet furnum Domus ville et communitatis civitatis Gebenn., situm sub aulam Domus ville, juxta domum Johannis Pictet, alias Veluti, ex oriente, et domum heredum Johannis Bochet et carreriam publicam ex occidente, cum exiamentis ejusdem, spacio iiij^{or} annorum incipiendorum die prima mensis maii proxime futuri et simili die finiendorum, sub firma cujuslibet anni viginti quatuor florenorum parvi ponderis et duorum centum fassinarum nemoris, solvendum medietatem in principio cujuslibet anni et aliam medietatem in fine dicti anni, cum expensis fiendis etc. Cum promissionibus, submissionibus et renunciacionibus opportunis, scelicet sindici, nomine quo supra et de consensu consiliariorum supra nominatorum, manutenere, durante dicto tempore, et ipse Mermetus firmam solvere etc. Actum in Domo Communi ville, presentibus Ludovico Brant, Roberto de Cresto et Jacobo Savoex, testibus, cum consiliariis supra nominatis. — *(Alibi registratum est.)*

Die Dominica post festum Sancti Martini, xvij novembris, in claustro Sancti Petri, fuit tentum consilium generale super venta vini.

Jo. Orseriis, P. Magnini, Jo. Clerici pro Ravenelli; — duo domini de capitulo : P. de Lornex, Jo. Clix; — Jacobus Tombeti, Ste. de Puteo, Jo. Deriacti, P. Exerton, Jo. de Crosa, P. Cortagerii, Hugonetus Grossi, Jo. Calabri, Franciscus Grossi, Hugonetus Bocardi, P. Vignioli, Martinus de Cresto, Jo. de Domo, Nycodus Monitier, G. Fogia, Jo. Bouloz, Reymundus Dorsier, Laurencius Fabri, Guillelmus Chivalerii, Bartholomeus Mermodi, Theobaldus Martellet, Jo. Pecollat.

Et fuit taxata vini, auditis omnium votis, pro quolibet sestario vini ad sex solidos.

(145) *Martis xix novembris,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. de Orseriis, P. Magnini, G. Rogeti; — Jo. Clerici, H. Bona, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, Ja. Nergaz, R. Privissini, G. Vaudo, B. Dorerii, P. Cortagerii, H. Valeti.

Fuit propositum quod murus existens inter domos magistri Petri Vandel et Theobaldi Albi pertinet communitati et dicte partes inter se de dicto muro litigant. Igitur quid sit fiendum?

Ordinatur quod sindici deffendant jura dicti muri pertinencia communitati et non permictant dictis partibus uti dicto muro.

Fuit commissa visio computi B. Dorerii, Ay. Lestelley, Ja. Nergaz et Hugoneto Valeti.

(Nota! Burgenses.) — Fuit creatus burgensis Johannes de Passier, de Sys, suctor, parrochie Sancte Crucis, mediantibus septem florenis et una collovrina.

Item Glaudius Grasserii, de Sancto Jorio, suctor, ejusdem parrochie, mediantibus septem florenis et una collovrina.

Item Johannes Reynaudi, de Burdignino, boyterius, parrochie Sancti Germani, mediantibus vij florenis et uno selliocto. — Et[1] ordinatus pro viogiis vigilium.

Item Petrus Viogerii, de Annessiaco, boyterius, parrochie Sancti Gervasii, mediantibus septem florenis et una (collovrina) selliocto.

Item Mermetus Folliosii, de Langino villa, suctor, parrochie Sancti Gervasii, mediantibus vij florenis et una collovrina.

Fiat mandatum Johanni Mallens de xij florenis pro salario hospitalis percusorum de peste. — *(Levatum est.)*

[1] En marge.

Veneris xxij novembris, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Rogeti, P. Magnini ; — Jo. Clerici, G. Caro.

(Burgenses. Nota!) — Fuerunt creati burgenses sequentes :

Roletus Marchiandi, de Petra, mercator bladi, pro et mediantibus vij florenis et j selliocto.

Item Richardus Troctelini, de Sancto Johanne Gonvilliarum, chapellerius, parrochie Marie Magdalenes, vij florenis et j selliocto.

(Burgensis.) — Item Petrus Passeracti, barbitonsor, parrochie Marie Magdalenes, qui promictit solvere, pro sufferta borgesie, sex solidos quolibet anno, termino Nativitatis Domini, incipiendo in proximo eventuro festo Nativitatis Domini.

(146) *Martis xxvj novembris,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, Ravenelli, Magnini, Rogeti, sindici ; — Bona, Gavit, Jo. Fogia, Jo. Clerici, Reymundus Privissini, Ja. Nergaz, G. Vaudo, P. Jaqueti, B. Dorerii, P. Cortagerii, H. Valeti, G. Peymex.

(Burgenses. Nota!) — Fuit creatus burgensis Aymo Meynens, chapperius, parrochie Marie Nove, pro et mediantibus vij florenis et j collovrina.

Item Mermetus Copeti, macellarius, Sancti Germani, pro et mediantibus vij florenis et j collovrina.

(Burgensis.) — Item Johannes Lupi, de Rotomago, chauzaterius, Marie Magdalenes, mediantibus v scutis et j collovrina.

Ordinatur quod Johannes Babodi, alias Matelli, maneat in Domo ville, sicut faciebat Jacobus Chabodi, absque costu, et quod idem Matelli debeat per unum annum servire sicut unus vigil absque costu, et jurat bene servire.

Fiat mandatum Johanni Rosire de tribus florenis pro locagio unius equi per eum communitati locati. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de sex scutis Sabaudie libratis, manu Johannis Clerici, pro una disployde sirici data domino Petro de Viriaco. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de sex scutis regis libratis, manu Johannis Clerici, Johanni de Alamagnia pro expensis suis, ipso existente cum ambasiatoribus in Fransia. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de iiij^{or} florenis libratis, manu Jo. Clerici,

Johanni de Alamagnia pro expensis factis eundo apud Friburgum et Bernam. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de sex florenis ab una parte libratis, manu Jo. Clerici, Petro Magnini, consindico, eundo Chamberiacum, et xviij solidis pro una nave ducta apud Nernyer et expensis factis in ipso loco de Nernyer. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum de ix scutis libratis, manu Johannis Clerici, pro precio unius equi tradicti Johanni de Alamagnia in viagio facto in regno Fransie. — *(Levatum est.)*

(147) *Martis iij^{a} decembris,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici ; — H. de Bona, Jo. Fogia, Jo. Clerici, Ay. Lestelley, Ja. Nergaz, R. Privissini, G. Vaudo, P. Jaqueti, P. Cortagerii, G. Caro.

Fuit lecta lictera Trium Statum [1], et fuit propositum quid sit fiendum.

Et fuit ordinatum quod conferatur cum dominis de consilio domini nostri episcopi. Nichilominus concluditur quod mictatur Chamberiacum, non per modum Trium Statum, sed ad solicitandum factum civitatis.

Fuit eciam propositum de xlvj florenis Alamagnie debitis venerabili domino Petro de Viriaco. Et fuit ordinatum quod super introgio bocetorum solvantur.

Fuit ordinatum quod vinum de quo proposuit Bartholomeus Filancet solvat introgium.

Johannes de Alamagnia retulit, inter cetera, quod dominus noster dixit sibi quod ipse diceret dominis de consilio suo et sindicis quod ipsi faciant bonum festum ambasiatoribus Ligarum, et quod ipsi, in civitate Gebenn., solvant eorum expensas [2].

[1] Les États de Savoie étaient convoqués à Chambéry, où la duchesse Yolande venait d'arriver, pour le 12 décembre. Ils ratifièrent, le 14, les engagements que cette princesse avait pris envers Louis XI, son frère, à Plessis-lès-Tours, le 2 novembre précédent. Voir *Historiæ patriæ monumenta, Comitia,* t. I, col. 418 ; Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 226.

[2] Les ambassadeurs suisses envoyés auprès de Louis XI (ci-dessus, p. 460, n. 1) passèrent à Genève à leur retour de France ; ils arrivèrent à Berne le 11 décembre ; voir Schilling, éd. citée, t. II, p. 94, n. 9. — L'évêque de Genève s'était rendu, lui aussi, à la cour de France ; il se trouvait à Tours le

Fiat mandatum nobili Petro Magnini, consindico, de decem florenis, pro salario suo ad causam custodie pontis Roddani iiij^{or} mensium cum dimidio. — *(Levatum est.)*

Mercuri iiij^{ta} decembris, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — Jo. Fogia, R. Privissini, G. de Peymex, P. Jaqueti, G. Vaudo, Girardinus Blanmantel, G. Caro.

Fuit propositum de dono fiendo ambasiatoribus Alamagnie qui veniunt a rege.

Item et de ambasiata seu uno bono personagio mictendo apud Chamberiacum ad causam Trium Statum, ad solicitandum negocia civitatis.

(148) Fuit conclusum et ordinatum quod fiat donum in victu[alibus][1] dictis ambasiatoribus usque ad summam quindecem aut sexdecem florenorum.

Item ordinatur quod fiat eleccio de uno bono personagio ad mictendum Chamberiacum, non per modum Trium Statum, sed ad solicitandum quod loquatur de nundinis et revocacione composicionis.

Martis decima decembris, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, Jo. Clerici, Ja. Nergaz, G. Vaudo, R. Privissini, G. Caro, B. Dorerii, P. Jaqueti.

Fuerunt presentate due lictere missive, una ex parte domini ducis Aulteruppis, et alia pro parte [2] in favorem Alemanorum quibus sublate fuerunt mercancie, petendo super eisdem responsum.

Item fuit propositum de mictendo ad jornatam Trium Statum, Jovis proxima.

Item de rotulo tradicto per nobilem Petrum Gavit.

Item et de rotulo tradicto per Petrum Levrerii.

3 novembre, suivant Colombo, *loc. cit.*, p. 196; comp. *Eidgenössische Abschiede*, t. II, p. 624, lettre *i*. C'est probablement à cette époque qu'il convient de rapporter une lettre non datée de l'évêque Jean-Louis, adressée aux syndics de Genève et écrite « en Gallie »; Archives de Genève, *Pièces historiques*, n° 694.

[1] L'angle supérieur du folio est déchiré.

[2] Blanc de deux mots environ.

Qui Petrus Levrerii dixit quod bene videatur rotulus computi Besanzoni Dorerii, quia sibi scripsit unum computum bonum, sed postmodum vidit unum alium rotulum alterique manu quam sua scriptum, in quo computo, si ita transiret, communitas esset gravata de valore unius boni equi, salvo pluri.

Quibus verbis per dictum Bezansonum auditis, maxime quod ipse dicit quod ipse rescripsit rotulum sui computi, protestatur contra dictum Lev[r]erii de injuria et de habendo contra ipsum regressum dicte injurie loco et tempore opportunis, petendo sibi dari licteras testimoniales pro suo interesse.

Super licteris missivis ordinatur quod communicetur materia cum dominis de consilio episcopali. Et fiat responsio quod multum displicet communitati eorum perda, et quicquid poterit in eorum favorem fieri se offerunt sindici erga justiciam pro eisdem facere.

De mictendo Chamberiacum, ordinatur quod aliquis ex civitate ire debeat, non per modum comparendi in jornata Trium Statum, sed ad solicitandum negocia civitatis.

Item rotuli supradicti remictuntur ad Martis.

Fiat mandatum receptori de xx^{ti} florenis pro dono dato in victualibus ambasiatoribus Ligarum. — *(Levatum est.)*

(Burgensis.) — Creatur burgensis Aymo de Ulmo, alias Bolens, de Humillier, mediantibus vij florenis et collovrina.

(Burgensis.) — Creatur burgensis Aymo Ducis, navaterius, parrochie Marie Magdalenes, mediantibus vij [florenis] et collovrina.

(149) Nota quod Glaudius Lathomi, vigil, admictitur ad custodiendum clausuras possessionum infra franchesias civitatis ex parte Sancti Victoris et Palacii, sub pacto quod pro qualibet posa terre et pro qualibet seyturata prati debeat habere tres denarios, et pro quolibet curtili tres denarios, cum ampodiis suis, et promictit bene custodire.

Fiat mandatum vigilibus de xxx florenis pro eorum vestibus. — *(Mandatum levatum est.)*

Quictacio.

Anno Domini m° iiij^{c} lxxvj, indicione ix et die undecima mensis decembris, nobilis Aymo de Versonex sponte confitetur habuisse et recepisse a Girardo de Fogia, receptore dicte civitatis, absente, me no-

tario stipulante, videlicet quinque centum et septem florenos auri parvi ponderis, et hoc per manus Jacobi Nergaz ducentum florenos, et manu Johannis Clerici centum et septem florenos, et per manus dicti Girardi ducentum florenos, et hoc pro solucione xxxj marche argenti et quinque onciarum cum dimidia, ad racionem xvj florenorum pro qualibet marcha, in quibus dicta communitas sibi tenebatur causa boni mutui, de quibus dictam communitatem solvit et quictat per presentes. Promictens etc... Renuncians etc... Actum infra ecclesiam Sancti Petri, in capella Sancti Michaelis, presentibus Henrico Beatrisii, notario, et Amedeo Boneti de Thon[ono], testibus etc.[1] — *(Alibi est registrata.)*

Martis xvij decembris, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, Jo. Clerici, Reymundus Privissini, Ja. Nergaz, G. Vaudo, P. Jaqueti, G. Caro, B. Dorerii, P. Cortagerii, H. Valeti, Girardus Blanmantel.

Fuit propositum quod domini de capitulo petunt sibi restitui crucem et calicem.

Item de peticione facta per nobilem Petrum Gavit seu rotulo per eum tradicto de viagio Friburgi.

Item et de rotulo Bezanson Dorerii et eciam Petri Levrerii.

Super restitucione crucis et calicis ordinatur quod restituantur, si fieri possit[2], et quod sindici faciant diligenciam de recuperando a designeriis illud quod non fuit recuperatum.

Relacione facta per deputatos super rotulo Bezansoni Dorerii, ipse remanet debens communitati, ex eo quod plus recepit quam libraverit, lx florenos parvi ponderis. Nichilominus ordinatur quod sindici ad partem loquantur Petro Levrerii si ipse velit aliqua dicere super dicto computo.

Fiat mandatum Georgie, relicte Jacobi Chabodi, causa elemosine, de tribus florenis. — *(Levatum est.)*

[1] Sur ce prêt, dont il a souvent été parlé dans le présent registre, voir en particulier ci-dessus, p. 428, 447.

[2] Le 24 décembre 1476, la croix de Saint-Pierre, qui avait été prêtée à la commune de Genève par le chapitre au commencement de l'année et remise en gage à Aymon de Versonex, fut restituée au chapitre par les soins du receveur Girard de Fogia. Elle pesait 26 marcs et 6 onces d'argent. Archives de Genève, *Pièces historiques,* nº 697. Sur cette affaire, voir ci-dessus, note 1.

|| Fiat mandatum nobili Petro Gavit, ultra expensas, de octo solidis pro qualibet die. || — *(Non valet quia non fuit conclusum.)*

Fiat mandatum Petro Levrerii, ultra octo florenos per ipsum receptos, de duobus florenis et iiij grossis, prout in rotulo.

(150) *Veneris xx^a decembris,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — H. de Bona, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, G. Vaudo, R. Privissini, Ja. Nergaz, Girardus Blanmantel, B. Dorerii, Cortagerii, G. Caro, Jo. Clerici.

(Burgensis.) — Fuit creatus burgensis Johannes Ducis, de Farges, parrochie Sancti Gervasii, grinaterius, mediantibus vij florenis et collovrina. — *(Levata est lictera.)*

(Burgensis.) — Fuit creatus burgensis Michael Vionis, de Challon in terra Sancti Glaudii, parrochie Sancti Gervasii, mercator, pro et mediantibus octo florenis et collovrina. — *(Levata est lictera.)*

Fiat mandatum Johanni de Fogia pro locagio equi sui, quem nobilis Petrus Gavit duxit Friburgum, et stetit xij diebus, de ij florenis. — *(Levatum est.)*

Martis xxiiij decembris, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Ay. Lestelley, Jo. Clerici, G. Vaudo, Ja. Nergaz, G. Caro, B. Dorerii.

(Burgensis.) — Fuit creatus burgensis Anthonius Bergerii, de Corcellis, condurerius, parrochie Sancti Gervasii, pro vij florenis et collovrina.

Fiat mandatum nobili Petro Gavit, pro xij diebus vacatis cum duobus equis in ambasiata apud Friburgum, de decem florenis. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Petro Rambosson, indeducionem decem florenorum in quibus communitas sibi annualiter tenetur, de quinque florenis. — *(Fiat! Levatum est.)*

Fiat mandatum Francisco de Vaudo de sex florenis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Glaudio Ravenelli de xxxvj florenis, ij grossis, prout in quictacionibus navateriorum continetur. — *(Levatum est.)*

Item ordinatum fuit quod communitas solvere debeat, pro lictera obligatoria dominorum de capitulo, quinque florenos.

(151) *Martis ultima. decembris,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — H. Bona, P. Gavit, Lestelley, Jo. Clerici, Reymundus Privissini, Ja. Nergaz, P. Cortagerii, B. Dorerii, Girardus Blanmantel, P. Jaqueti.

Fuit propositum de domino abbate Stamedei, qui vadit apud Allemanos ad ambasiatam ex parte domine duchisse, si sit aliquid sibi dicendum ex parte civitatis[1].

Item et an detur sibi aliquid in victualibus.

Item de peticione facta pro balio.

Item fuit datus rotulus ex parte Francisci de Vaudo.

Item et rotulus ex parte Girardi de Fogia.

Super quibus fuit ordinatum quod recomandetur factum communitatis et civitatis domino abbati. Et sibi in victualibus detur usque ad valorem duorum florenorum.

Item de balio, juxta ordinata[2] solvantur sex scuta.

|| De rotulo Francisci de Vaudo fiat mandatum de octo florenis, incluso alio mandato. || — *(Mandatum levatum est.)*

|| Item fiat mandatum G. de Fogia, prout in rotulo, de lxx florenis parvi ponderis. || — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de centum triginta sex florenis, ix solidis, ix denariis cum obolo. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum receptori de xliij florenis, ij solidis, j denario cum obolo, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Martis ultima decembris, de vespere, in Domo ville, fuit tentum consilium.

[1] Urbain de Chevron-Villette, abbé de Tamié en Savoie (1472-1483), parut à la diète de Lucerne, le 20 janvier 1477, et invita les Suisses à envoyer leurs députés à Chambéry, afin de régler définitivement les conditions de la paix entre les Suisses et la Savoie; il paraît avoir été accompagné par un député de Genève. Voir *Eidgenössische Abschiede,* t. II, p. 642-643 et 645; Gabotto, ouvr. cité, t. II, p. 228.

[2] Voir ci-dessus, p. 429, 449.

Jo. Orseriis, G. Rogeti, P. Magnini; — H. Bona, Jo. Clerici, Reymundus Privissini, G. Vaudo, B. Dorerii.

Fuit propositum quod nobiles castellanus hujus civitatis et Aymo Versonex, ex parte illustris et reverendi domini nostri episcopi et principis et de ejus mandato, dixerunt sindicis quod prelibatus dominus noster volebat habere ducentum scuta a civitate, cras, hora octava, infidanter, et quod circa modum habendi dicta ducentum scuta sindici tantum faciant quod illa habeat cras, hora octava.

Fuit super premissis appunctuatum quod sindici, associati supranominatorum, accedere debeant ad dictum castellanum, sibi supplicando ut ipse velit remostrare prelibato domino nostro pauperitatem civitatis, excusando ipsam civitatem quod solvere non posset dicta ducentum scuta. Et si a casu ipse dominus velit perseverare dicte peticioni, quod tunc eidem dicat quod nichil fieri potest sine consilio generali et quod eo casu quod ipse sit contentus, quod vocetur consilium generale.

(152) *Mercuri prima januarii,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — domini Jo. Magnini, Ludovicus Botolierii, Jo. Fabri, jurisperiti; — H. Bona, P. Gavit, Lestelley, Jo. Clerici, Girardus Blanmantel, B. Dorerii, A. Achardi, G. Peymex, Reymundus Privissini.

Fuit propositum quomodo jam heri nobiles castellanus hujus civitatis et Aymo Versonex, ex parte illustris et reverendi domini nostri episcopi, pecierunt sindicis ducentum scuta que petit pro expensis factis in Fransia[1].

Item et quod jam heri sindici accesserunt ad dictum castellanum, rogando ipsum ut ipse vellet de premissis excusare communitatem, qui noluit accipere onus excusandi dictam communitatem.

Super premissis fuit ordinatum quod sindici accedere debeant ad dominum nostrum episcopum, ad excusandum de premissis ij^{c} scutis communitatem, sibi remostrando onera substenta per communitatem usque nunc et eciam pauperitatem civitatis, tam racione guerre quam pestis, et si a casu non sit contentus, quod velit consentire quod super premissis teneatur consilium generale.

[1] Voir ci-dessus, p. 462-463.

Jovis ij^da januarii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — dominus Johannes Fabri; — Jo. Clerici, B. Dorerii, P. Jaqueti.

Fuit propositum de materia ducentum scutorum per dominum nostrum episcopum communitati petitorum.

Fuit ordinatum quod de hujusmodi materia supersedeatur donec alia nova occurrant.

(153) *Martis septima januarii,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Lestelley, Ja. Nergaz, Jo. Clerici, G. Vaudo, R. Privissini, B. Dorerii, P. Cortagerii, Valeti.

Fiat mandatum Jo. de Lestelley, magistro requestarum, pro viagio facto in ambasiata apud Friburgum, de duodecim florenis, pro stipendiis suis xij dierum quibus ipse in dicta ambasiata vacavit. — *(Levatum est.)*

Fuit petitus Petrus Levrerii et inde interrogatus si aliquid vellet dicere quare fieri non debeat conclusio computi B. Dorerii.

Qui Levrerii dixit quod ipse nichil aliud vult dicere nisi quod dominus prior Lemencii fecit confessionem dicto B. Dorerii de habuisse xviij scuta et tamen illa non habuit, prout sibi dixit dictus dominus prior, quia fecit dictam quictanciam sub spe habendi, et idem Dorerii eciam sibi domino priori dixit quod non traderet sibi nisi illa intrare posset in ejus computo.

Dictus vero B. Dorerii juravit in presencia dicti Levrerii, super sanctis Dei Evangelis, tradidisse manualiter dicto domino priori dicta xviij scuta, ad racionem xxiiij grossorum pro quolibet, et quod ipse penes se habet quictanciam dictorum xviij scutorum, et de contentis in dicto ejus rotulo nichil retinet communitati sed bene et probe computat de receptis et libratis per eum sindicis, protestans semper de errore computi.

Mercuri viij^a januarii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — dominus Jo. Magnini; — Ay. Versonex, H. Bona, Jo. Fogia, Jo. Clerici, Reymundus Privissini,

B. Dorerii, G. Caro, Nycodus de Nanto, Hugonetus Grossi, P. Nycodi, A. Fabri, F. Violant.

Fuit propositum quod fuit injunctum sindicis, ex parte domini nostri episcopi, per castellanum hujus civitatis, quod ipsi solvant dicto domino nostro ducentum scuta, alioquin quod ipsi, sub pena ducentum librarum forcium, teneant arrestum personale in domo episcopali, hora nona.

Fuit conclusum et ordinatum quod sindici vadant et ire debeant ad domum habitacionis prelibati domini nostri episcopi ad obediendum mandatis ejusdem, et non alibi.

(154) *Mercuri viij^a januarii,* post prandium, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Clerici, Reymundus Privissini, Ja. Nergaz, G. de Peymex, P. Jaqueti, B. Dorerii, A. Achardi, B. Vicencii, P. Nycodi, Nycodus de Nanto, P. Marescalli, Laurencius Fabri, Jo. Pollerii, P. de Cresto, Cristinus Tombeti, Girardus de Boulo, Jo. Malagniodi, Girardus Debit, Hugonetus Bocardi, Charavex, A. Orjollet, Jo. Challex, P. de Ruella, G. Morelli, Reymundus Lullini, Ja. Roguz, Amedeus pocterius, Perretus Chenuti, Amedeus Thorens, Jo. Bouloz, Hugonetus de Ponte, F. Violant, Jo. Engley, Ja. Paqueti, Roletus Arnaudi, Hugonetus Grossi, Jo. Pecollat, Jo. Albi.

Fuit propositum quod illustris et reverendus dominus noster episcopus peciit acque petit sibi per sindicos, nomine communitatis, solvi ducentum scuta sibi ut dicit solvi promissa pro expensis factis per ambasiatam per ipsum missam ad regem, et pro solucione fienda quod dicti sindici erant assignati in domo episcopali, personale arrestum tenturi donec solutis dictis ducentum scutis.

Super quibus premissis fuit ordinatum quod insequendo conclusionem factam die xx^a augusti proxime preteriti, in conventu Fratrum Minorum[1], supranominati sindici ire debeant ad dominum vicarium et dominum officialem et eisdem monstrare dictam ordinacionem que non facit mencionem nisi de centum scutis, eisdem supplicando ut ipsi excusaciones civitatis erga prelibatum dominum nostrum episcopum facere

[1] Ci-dessus, p. 457.

velint, ad eo quod ipse idem dominus noster velit esse contentus de dictis centum scutis et habere compasionem et pietatem populi sue civitatis, et, quamcicius fieri poterit, solvantur sibi dicta centum scuta super melioribus debitis communitatis.

(155) *Veneris decima januarii,* post prandium, in Domo ville, fuit tentum consilium ordinarium et de L^ta.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, consindici; — H. Bona (non juravit[1]), G. Vaudo, Reymundus Privissini, Ja. Nergaz, Girardinus Blanmantel (non juravit[1]), B. Dorerii (non juravit[1]), G. Caro; — Hugonetus Grossi, Roletus Arnaudi (non juravit[1]), Jo. Tornier, Amedeus Thorens, G. Serralion, P. de Cresto, Valterius Charavex, Jo. Pollerii, P. de Becio, Guigo Lochet, P. Marescalli, G. Morelli, Martinus Danelli, Clasquin, Jo. Pecollat, Nycodus de Nanto, Jo. Roberti, B. Vicencii, Girardus de Boulo, Clemens Rore, G. de Castronovo, F. Violant, G. Boverii, Jo. Engleys, Bartholomeus Bernardi, Ja. Roguz, G. Debit, Reymundus Coste, P. Nycodi (non juravit[1]), A. Fabri, P. de Ruella, Hugonetus Bocardi, Jo. Bouloz, P. Flory, Perretus Chenuti, Reymundus Dorsier, Laurencius Fabri, Mermetus de Cresto.

Fuit propositum de materia jam pluries in pluribus consiliis proposita, quomodo ex parte illustris et reverendi domini nostri episcopi fuerunt petita solvi per communitatem ducentum scuta, et quomodo sindici, juxta ordinacionem factam mercuri proxime preterita, se obtulerunt solvere centum scuta, supplicando ut de ipsis centum scutis vellet esse contentus.

Iterum ex parte ejusdem domini nostri fuit responsum quod ipse non est contentus de dictis centum scutis, sed omnino vult habere ducentum scuta et pro ipsis habendis detineri fecit dictos sindicos in domo episcopali, et sunt assignati iterum reddituri ad domum episcopalem cras, hora decima, nisi de premissis ducentum scutis fiat solucio, quare petunt super premissis quid sit fiendum.

Super quibus premissis, post plura verba, fuit ordinatum et conclusum quod postquam prelibatus dominus noster vult habere dicta ducentum scuta et non minus, quod sibi solvantur, et de modo ipsa ha-

[1] Ajouté en marge.

bendi ordinatur quod super mutuo recuperentur et ab illis qui nundum nichil solverunt, et compellantur per levacionem bonorum seu detencionem persone.

Item fuit ordinatum quod sindici, nomine communitatis, perquirant aliquem qui dictam summam mutuet communitati, et se erga eundem obligare debeant pro dicta communitate, et omnes supranominati, exceptis nonnullis signatis in pede eorum nominis[1], gratis et sponte promictunt juramentis suis de predictis ducentum scutis per ipsos sindicos mutuo accipiendis ipsos relevare et illos custodire. Et eciam dicti sindici promictunt diligenciam bonam facere erga illos qui nundum nichil solverunt, sic eciam quod ipsi indempnes preservabunt omnes supranominatos a dicta promissione. Presentibus Johanne Medici, Ludovico Brant et Johanne Babodi, alias Matelli.

(156) Fuit ordinatum, eo quod consiliarii nolebant venire, quod voce cride petantur et super hoc fuit obtenta licencia a domino vicario.

Postmodum incontinenti fuit inhibitum ne peterentur voce cride.

Martis xiiij januarii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, consindici; — H. Bona, Jo. Fogia, Lestelley, Jo. Clerici, G. Vaudo, Reymundus Privissini, Ja. Nergaz, P. Jaqueti, B. Dorerii, P. Cortagerii, Caro.

Fuerunt tradicte due lictere, una ex parte dominorum Bernensium, et alia Friburgensium.

Super quibus fuit ordinatum quod fiat responsio verbalis graciosa, sicut melius fieri poterit, et non in scriptis.

Fuit propositum de ducentum scutis libratis illustri et reverendo domino nostro episcopo, et quomodo noluit facere quictanciam nisi indeducionem ducentum scutorum regis. Igitur petitur si dicta quictacio sit neccessaria vel ne.

Ordinatur quod sindici dictam quictanciam capere debeant ut constet de soluto.

(Mandatum.) — Item datur potestas magistro scole locandi unam domum pro scolis tenendis, et ordinatur fieri mandatum dicto magistro

[1] Voir, dans la liste qui précède, les cinq noms accompagnés de la note : *non juravit.*

pro salario dicte domus de decem florenis pro quolibet anno. — *(Levatum est.)*

(157) *Martis xxj januarii,* in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — H. Bona, P. Gavid, Lestelley, Jo. Clerici, A. Achardi, Ja. Nergaz, Reymundus Privissini, G. Vaudo, P. Jaqueti, G. Caro, P. Cortagerii, H. Valeti.

Fuit propositum si posset fieri seu teneri modus diminuendi composicionem et de modo habendi argentum.

Fuit ordinatum quod domini sindici vadant ad dominos de capitulo et eisdem petant super omnibus consilium.

Item et quod ipsi sindici recuperent ab illis qui nichil solverunt.

Veneris xxiiij januarii, in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini; — Jo. Clerici, Ja. Nergaz, Reymundus Privissini, G. Caro, P. Cortagerii, P. Jaqueti, Girardus Blanmantel.

Fuit propositum quod, ex parte monetariorum, fuit inhibitum sindicis ne ipsi in personis neque bonis ipsos molestent [1].

Item fuit relatum quod sindici exposuerunt neccesitates civitatis dominis de capitulo, prout eisdem sindicis dictum fuit.

Qui domini de capitulo consulunt quod mictatur una ambasiata ad dominam duchissam.

Ordinatur de inhibicione, quod sindici petant consilium domino officiali quid sit fiendum, et cum consilio dominorum doctorum procedatur in dicta materia.

De mictendo ad dominam duchissam, ordinatur quod parum de materia loquatur, tamen concluditur quod quando videbitur expediens, quod mictatur unus secretus ambasiator ad hoc sufficiens.

(158) *Martis xxviij januarii,* in Domo ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — H. Bona, P. Gavid, Lestelley, Jo. Clerici, G. Vaudo, Valeti, G. Caro, P. Cortagerii, P. Jaqueti.

[1] Voir ci-dessus, p. 416, n. 1.

Fiat mandatum receptori, prout in rotulo, de iiij^{xx}xj florenis, vj grossis, iiij denariis. — *(Levatum est.)*

Fiat aliud mandatum receptori de xxxiiij florenis, iiij grossis et vj denariis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

Martis quarta februarii, in Domo Communi ville, fuit tentum consilium.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti, sindici; — H. Bona, P. Gavit, Jo. Fogia, Lestelley, Jo. Clerici, Ja. Nergaz, G. Vaudo, Reymundus Privissini, P. Jaqueti, G. Caro, P. Cortagerii, B. Dorerii, H. Valeti, G. Pillicerii.

Fuit propositum de ambasiata Alamagnie, que in brevi est ventura et transitura apud Chamberiacum, cui ambasiate erit neccesse facere aliqualem visitacionem [1].

Item et de eleccione mictendorum Chamberiacum ex parte civitatis.

Super quibus premissis non fit aliquod appunctuamentum donec aliis sindicis electis et creatis.

Fiat mandatum providis viris Ay. Lestelley et Girardo Rogeti de decem florenis, pro factura instrumenti transsaccionis turris domini Renversi. — *(Levatum est.)*

Fiat mandatum Jacobo Quiblerii, carpentatori, de xxxiiij solidis, iiij denariis, prout in rotulo. — *(Levatum est.)*

(159) *Die Dominico post festum Purifficacionis beate Marie virginis, nona februarii,* in claustro ecclesie beati Petri, fuit tentum consilium generale ad sonum grossi cimballi, more solito, anno m° iiij^{c} lxxvij°.

Jo. Orseriis, G. Ravenelli, P. Magnini, G. Rogeti; — Ay. Versonex, P. Gavid, Jo. Clerici, P. Jaqueti, G. Caro, P. Cortagerii, Hugonetus Grossi, P. Vignioli, Hugonetus Bocardi, Roletus Arnaudi, Petrus Peernarti, Hugonetus Consilii, Jo. de Crosa, Martinus Danelli, Guillelmus Chivalerii, P. Levrerii, Jo. Ruffi alias Pecollat, magister Petrus Vandelli, Cristinus Tombeti, P. de Cresto, Jo. Christini, Mermetus de Cresto, Jo. de Marlio, Ste. de Puteo, P. Richon, Ja. Paqueti, Franciscus Grossi, Jo. Berterat, Franciscus Serrason, Nycodus Vesceti (?),

[1] Voir ci-dessus, p. 472, n. 1.

Jo. Peytralis, Glaudius de Siegex, P. Bidalis, Franciscus Lionardi, Glaudius Arnaudi, P. de Crou, Mermetus Borgesii, Valterius Charavex, Guillelmus Rogeti, Franciscus de Mota, Jo. de Palude alias Challex, Reymundus Dorsier, Jo. Flory, P. Rosset, Ja. Roguz, P. Flory.

In quo consilio fuit propositum, sicut consuetum est, de eligendo iiij^{or} sindicos et procuratores communitatis civitatis Gebenn.

Et, auditis omnium votis, fuerunt electi et constituti sindici et procuratores pro anno presenti et proxime futuro, videlicet honorabiles viri Jacobus Nergaz, Girardinus Blanmantel, Bezansonus Dorerii et Bartholomeus de Monte, alias Bernardi. Presentibus Ludovico Brant, Roberto de Cresto, Johanne Magnini, Jacobo Savoex. — *(Alibi registrata est.)*

LETTRE DE CHARLES-LE-TÉMÉRAIRE

Besançon, 22 janvier 1476 (n. st.).

Archives de Genève, Pièces historiques, nº 692.

(Voir ci-dessus, p. 424, n. 1.)

Le duc de Bourgoingne, de Brabant, de Lembourg, de Lucembourg et de Ghelres, conte de Flandres, d'Artois, de Bourgoingne, de Haynnau, de Hollande, de Zellande, de Namur et de Zuytphen.

Tres chiers et bons amis,

